Cælij Secundi Curionis, in M. T. Ciceronis oratorias Partitiones, Explicationum Libri tres.

HIS ACCESSERE,

CICERONIS *trium de Oratore librorum Summa absolutißima.*

IVLII SEVERIANI, *ueteris autoris, artis Rhetoricæ Syntomata utilißima, nunquam antea edita.*

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio ad annos decem.

BASILEAE, PER IOannem Oporinum.

CAELIVS SECVNDVS CVRIO ILLVSTRI AC *magnifico D.D.* STANISLAO TENCINIO *Comiti, Palatino Cracouiẽſi & Lublinenſi, Belſenſi, Vezedouienſiq́ Præfecto, eiuſq́ generoſo filio Ioanni, S.P.D.*

VIDI ſtatim, quum haſce noſtras Oratorias Explicationes ederem, TENCINI Comes Illuſtris, quid moroſi quidam dicturi forent: quamq́ parum tuta apud eos noſtra exiſtimatio futura eſſet. Nam quia aliquot alij uiri de literis præclarè meriti, ſuas in hunc Dialogũ cogitationes euulgarunt, nos dicent non ſatis cõſideratè feciſſe, qui poſt tales uiros, aliquid in Oratorias partitiones edere uoluerimus: hoc eſt, Iliada poſt non dicã Homerũ, ſed Homeros cõſcripſerimus. Quos etſi contẽnere, candidorũ iudicio cõtentus, poteram: nolui tamẽ cõmittere, ut eos ſine reſponſione dimitterem. Quod cum

fecero, ad te Tencini sapiētissime ueniā: & cur hęc in tuo nomine apparere uoluerim, breuiter exponā. Aç primum illud dicam, me ijs qui ante me lumē huic aureolo Dialogo pro sua quisq; portione & facultate afferre uoluerūt, & uiā ad eum intelligendū patefecerunt, gratiam habere: existimareq;, ab omnib. eloquentiæ studiosis habendā esse. Neq; enim is sum, qui ullius quāuis infimi laborē in re literaria contemnā: aliene uidelicet laudis minime inuidus, sed cādidus ęstimator, nisi si quis sui tantū amans, aliorū molestus contēptor, quasi Suffenus alter extiterit. Huic enim, si quis fuerit, respōderē, quod ille in senatu Romano dixit: Neminem alterius, qui suę confideret, uirtuti inuidere. Lacessere quenquam non cōsueui: lacessitus fero, quoad decet. Tum si quis est, qui dictū in se indemētius existimat esse, sic existimet: sciat responsum, nō dictū esse, ut ueteris poetę uerbis utar.

Sunt, certè sunt, quemadmodũ & ratio docet, & ueteres testãtur, gentes aliæ alijs perspicaciores, propter cœli primùm, deinde humorũ tẽperatione: nullius tamẽ nationis cuncti homines tam stupidi inueniuntur, quin, si excolantur multũ, in quauis re cõsequi possint. Attici, alijq; Græci ferè, propter cœli bonitatem, semper excellẽti ingenio habiti sunt: unde & ab eis omnes fermè disciplinæ, quas modò colimus, emanarũt. contra Bœotij, in crassiore cœlo nati, locum dederũt prouerbio, Bœoticum ingeniũ: & ut Horat. ait, Bœotũ in crasso iurares aere natũ: cũ tamẽ ea gens Pindarũ & Plutarchũ, alterum poetã, eximiũ philosophũ alterũ, & Epaminondã belli ducẽ præstantissimũ dederit. Atq; idem de reliquis gentibus intelligendũ est, eo acutiores, atq; ad omnes disciplinas aptiores esse, quo puriore, tẽperatioreq; cœlo utantur: stupidiores ferè, quo crassiore: nõ ob animi uim quidẽ il-

lam, uel maiorem uel minorẽ, quę eadem est semper, quod ad ipsius naturã attinet, sed propter corporis tẽperationẽ diuersam, quã animus sequit: ut Galenus ea de re edito opere perspicuè ostẽdit. Hãc naturarũ, morũ, gentiũ uarietatẽ teneat Oratorem oportet, sine quibus nõ satis callidè & peritè (ut Cicero ait) poterit dicere. Hæc igitur ratio, quæ testem totã antiquitatẽ habet, tantũ apud me ualet, ut nullã gentẽ, nullã nationẽ, nullũ hominẽ contemnendũ putem: cũ pręsertim sciã, Deũ huius diuersitatis autorẽ, & naturarũ tẽperatorem esse. Nec idcirco hæc scripsimus, quòd aliorũ conatus, operasq; irritas esse putemus: sed ut, quoniã in eadẽ arena uersamur, Spartam & ipsi nostrã pro nostra uirili exornemus. Quòd si nemini post alios scribere in aliquẽ autorẽ cõmentarios licet, cur post Aphrodiseũ & Auerroem, Simplicij, Themistij, Philoponi, Suessani, Fabri, Schegkij, Vico-

mercari, aliorũq; cõmentarij in Ari-
ſtotelẽ legũt? Et ut ad Ciceronẽ ue-
niamus, cur in haſce Oratorias par-
titiones (ut alia eius omittã opera)
poſt Georgiũ Vallã, & Strebæũ, La
tomus, Sturmius, Hegẽdorphinus,
Melanthon, Camerarius, Vitus A-
merpachius, ſuas cogitationes ſen
ſaq; protulerũt? Certè eædẽ cauſę ſe
rè (quas honeſtas fuiſſe nõ dubito)
quæ illos, nos etiã ad ſcribendũ ex-
citarũt. Explicãdę nobis fuerũt Ora
toriæ partitiones: dum cura & cogi
tatione in hoc munus incumbimus,
alia ex alijs, ut fit, in mentẽ uenerũt.
neq; enim erant à nobis aliorũ com
mentarij tantũ recitandi, ſed noſter
nobis genius ſequendus: ex eis, quã
tum quoq; modò uidebatur, ſumen
dum: alia probanda, alia reijcienda,
alia corrigenda, explicanda, confir-
mãda, differẽda, atq; in certũ ordinẽ
digerẽda: afferenda etiam noua for-
taſsis aliqua: & ex ijſdem fontibus, è
quib. ipſe hauſerat Cicero, hauriẽda:

atq; ad eosdē fontes reuocanda. Cicero quoq; ipse, ex Cicerone (quæ optima interpretandi ratio est) explicandus. Hæc aut similia, fortassis illos, nos quidem ad scribendum impulerunt: quæ si minus præstitimus, præstare certè conati sumus: ac speramus æquos homines, & candidos, peritosq; ingeniorum æstimatores, nostros conatus in bonam partem accepturos. De adolescentibus autem, quibus hæc elaborauimus, ita præclarè sentio, ut existimē illos etiam nobis gratiam non paruam habituros. Iam superest, ut cur hæc edamus, & tuū illustre nomen præferre uelimus, indicemus; ne quid sine ratione susceptū à nobis esse uideatur. Cum ego iampridem Polonam gentem, non ineptis aut leuibus de causis diligere & colere cœpissem, factū est, ut etiam quorundam interiore notitia, aut literis, aut consuetudine domestica contracta, uterer. Quare tanta facta est beneuolen-

uolentiæ, obseruantięq; accessio, ut hāc mihi aliquo publico monumento testandam esse putarem. Hinc factum est, ut primarios quosdā istius amplissimi Regni uiros literis nostris, atq; adeò Regē ipsum appellauerimus, eisq; lucubrationes quasdam nostras commendauerimus. Quod aūt hactenus idē erga te non tentauerim, haud equidē factū est, quo nobis minus notus esses, aut quo te reliquis proceribus minoris facerē: sed quòd nulla mihi dum idonea occasio oblata uideretur. Neq; enim decebat me, hominem externum, ac tuis fortassis auribus inauditum, in tuū conspectū temerè irrumpere. Nam quod ad tui tuorumq; maiorum noticiā attinet, satis mihi cùm fama illustri, tum uestrorum annaliū lectione, Tenciniorū familia antiquissima, ab ipso Andrea Cracouiensi Palatino, uiro belli & pacis artibus magno, & Polonici senatus tum facilè principe, nota est. Huius

uirtutẽ atq; in patriam charitatẽ imi
tati posteri, Nauoius, Stanislaus, Ni
colaus, & Ioannes, res magnas, cùm
sibi gloriosas, tũ Reip. salutares gesserunt. Inter quos Ioannis fides, elo
quẽtiaq; maximè enituit. Nam quũ
in eligendo rege, studijs partiũ omnia essent perturbata, & pleriq; deteriora cõsilia sequerentur: unus Ioannes Tencinius, oratione sua omniũ mentes uoluntatesq; conuertit,
atq; ad saniora maturioraq; consilia
reuocauit. Iniecta enim deliberandi
ac decernendi mora, eò res adducta
est tandẽ, ut Heduigis regni Vngarici hęres, puella lectissima, in regnũ
Polonicum accersita, Iagelloni magno Lituanorũ Duci nuberet: quo
sancto feliciq; cõnubio factum est,
ut & Lituania antea falsorũ deorũ
superstitioni assueta, Christianis initiaretur sacris: & tria potentissima
regna coniungerentur: & Iagellonis, quæ etiamnum feliciter regnat,
heroica progenies, Sarmatarũ imperium

perium obtineret: qua nulla potuit omni regia laude augustior aut clarior inueniri. tantum unius hominis Tencinij prudens ualuit oratio. Omitto quę tum illi ipsi, tum alij maiores tui pro patria & religione contra externos hostes, ac Turcas pręsertim, gesserunt, & sustinuerunt: ne non prefationem, aut epistolã, sed historiam uelle scribere uideamur. De te quoq;, qui Tencinios omnes tuos pietate ac dignitate superas, cũ sit mihi nota modestia, grauitasq; tua, nũc reticebo. Quę cum ita sint, non ignoratione tui, ut dixi, tuæq; claritatis, nihil ad te, sed occasionẽ, tempusq; obseruans, in hunc distuli diem, mei erga te animi significationem: quæ mihi non incõmoda oblata est. Nam cum proxima hyeme filium tuũ charissimũ Ioannẽ in Galliam mitteres, ut & ibi animi cultũ aliquẽ caperet: & mores naturasq; hominũ uarias pnosceret (quod ad prudentiam comparandã, & augendam,

dam, non parũ habet ponderis) contigit ut hac iter faceret. Habebat autem à te comites datos, uiros nobiles, prudẽtes, & doctos. inter quos eminet Martinus Suięcitius, uir cordatus & grauis: quẽ tu & filij moribus, & toti eius familiæ præfecisti. Cũ aũt eos in hac urbe esse, mihi renunciatũ esset, generosum filiũ tuũ (ut decuit) salutatũ ueni: à quo tãta humanitate acceptus fui, ut in eo familiæ uestræ antiquã magnificentiã recognoscerẽ. Hic ego, dũ uariè sermocinamur, cui uiro, quàm moderato, quàm perspicaci, quanto usu rerum perito, filiũ tuum commiseris, facilè perspexi. Aderat etiam inter cæteros Andreas Siemitius, iuuenis pereruditus, à quo filius tuus literis & moribus instituitur. Quid de filio ipso tuo dicam? quanta indole, quanta spe, quàm generoso animo mihi uisus est? qua attentione auscultabat nos colloquẽtes? qua modestia & oris suauitate rogatus respon-

spondebat: mihi certè permirũ fuit, ea ætate adolescentulum tam scitè atq; appositè loquentẽ audire. Sed duæ sũt, ut ego arbitror, eius rei causæ: ortus ipse, & educatio. Nam ut Horat. ait, *Fortes creãtur fortibus, & bonis.*

Et paulo pòst:

Doctrina sed uim promouet insitam,
Rectiq; cultus pectora roborant.

Vtrũq; diuina prouidentia filio tuo contigit, ut & te parentem omni genere laudis cumulatum haberet, & pueritiæ suæ rectores atq; moderatores tales nancisceretur, quales eius egregia ac generosa indoles poscit: ut quod bonum est in natura, liberali educatione, doctrinaq; augeretur, & cõfirmaretur. In Galliã igitur, uti à te iussi erant, profecti sunt: quò etiã paulo pòst meus filius Horatius medicinæ, quã in Italia didicerat, usu confirmãdæ causa profectus est: quiq; ab eodẽ filio tuo honesta conditione inuitatus, apud eum Lutetiæ agit. Ita factũ est, ut hac inter

nos quasi necessitudine, sermonib. & literis ultro citroq; missis contracta, uiam mihi ad te scribendi patefactam uideam. Cogitanti igitur mihi de aliquo literario munere ad te mittẽdo, ecce commodũ nostræ hæ Oratoriȩ explicationes occurrerũt, quas filio tuo utiles esse putaui: si modò per te, ac tuis auspicijs, illas acciperet. Aequum enim est, ut ea quibus utendũ est filio, à parentis prudentia comprobentur: ut maiorem apud eum autoritatẽ inueniant. Faciam igitur, quod utriusq; naturæ charitatisq; necessitas postulat, ut ambos appellem: neq; eos mea oratione disiungam, quos tantis uinculis Deus Naturaq; coniunxit: præsertim cum hic pater & filius de doctrina dicendi inter se colloquãtur. Eloquẽtiæ præcepta sunt, quȩ principum uirorum & nobilium est propria: cuius quanta uis sit expromere, quantaq; ijs qui sint eam consequuti, dignitatem afferat, neq; pro-

posi-

positum nobis est hoc loco, neq; necessarium: id enim alijs in locis fecimus. Hoc uerò sine ulla dubitatione cōfirmauerim, Eloquentiā unam quandā de summis uirtutibus esse, quæ scientiam cōplexa rerum, sensa mentis & cōsilia sic uerbis explicat, ut eos qui audiāt, quocūq; incubuerit, posit impellere: quę quo maior est uis, hoc est magis probitate iungenda, summaq; prudētia: quarum uirtutū expertibus, si dicēdi copiam tradiderimus, (ut uerè Cicero dixit) nō eos quidē oratores effecerimus, sed furētib. quędā arma dederimus. Hanc itaq; cogitādi pronūciandiq; rationē, uimq; dicēdi, ueteres sapiētiam nominabāt. Hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones, atque ab hac similitudine Corūcani nostri, Fabricij, Catones, Scipiones, Lælij, alijq; in alijs gentib. fuerūt. Verū hoc cōmune nomen posteritas eripuit: sapienterq; sentiendi, & ornatè dicendi scientiā, re cohęrentes, separauit.

tuit. Hinc dissidium illud extitit quasi linguę atq; cordis, absurdũ sane & inutile, & reprehẽdendũ, ut alij nos sapere, alij dicere docerent. ab hoc dissidio abhorrẽs Cicero noster, nõ modò ipse scientiã rerũ cum dicẽdi arte, quasi Mineruã cum Mercurio, cõpulauit; uerùm etiã in omnib. oratorijs libris censuit esse faciendũ. Idcirco & in hoc ipso Dialogo, tam amplam materiẽ, quãta quæstionis nomine cõtinetur, oratori subiecit: id quod hosce cõmentarios legẽs, facile, quo est ingenij acumine, intelliget filius tuus: cuius institutioni hęc ipsa tanq; adminicula, incitamẽta q; submittimus, atq; in tui Palatini nominis tutelã emittimus. Oramus aũt, ne muneris paruitatẽ, sed pręstãtẽ meã in te, filiũq; tuũ uolũtatẽ spectes: existimesq; te hic hominẽ habere, qui Tenciniorũ nomẽ illustre, summa fide, obseruãtia, charitate colat. Vale. Basileæ, Cal. Sept. Anno à Christo nato 1556.

CAELII S. C. IN M. T. CICERONIS PARTITIONES ORATORIAS EXPLICATIONUM LIBER PRIMUS.

INCSRIPTIONIS EXPLICATIO: id est, cur Partitiones appellatæ, & de Methodo pauca.

Partitiones appellauit Cicero, hunc de arte Rhetorica absolutißimum dialogum, propterea quòd artem ea methodo tradere proposuit, quæ διαιρετικὴ siue διαίρεσις appellatur: in qua sumpta artis definitione, à summis generibus ad ultimas usq; partes & formas progreditur: ex quibus demum tota ars constituitur. quæ ratio docendi cõmodißima est, & ad recordandum aptißima: idcirco à Platone ipso, itemq; Cicerone & Galeno usitata. Est autẽ Methodus, autore Galeno, uniuersalis quædam uia & ratio, omnium singularium eiusdem generis, qua omnia rectè inueniuntur, & inuenta approbantur: quæ uerò perperam habent, redarguuntur. Nam qui methodo utitur, uerba in primis, quibus utendum est, si obscura sint, explicat, atq; distinguit: res definit, definitas diuidit: à sum

mis usq; generibus, ad infimas formas, ubi opus est resoluit, componitq;: rei proportiones & caussas inquirit: argumenta rationes que, ex natura, caußis & effectibus rerum, ex ijs denique quæ aut sensibus aut rationi perspicua sunt, colligit: neque unquam quiescit, donec id, de quo quæritur, ad sua principia fontesq; reuocauerit. Differt autem methodus ab arte, ut scientia ab actione: siue ut scire & docere. Est enim ars, eorũ quæ natura fiunt, notatio quædam, & obseruatio: siue præceptorum ad unum aliquem utilem & laudabilem finem coaccruatio. Methodus autem, artis est dispositio, atque tractatio: siue communis quædam rectè docendi ratio. Neque est hic requirenda illa subtilis distinctio partium & formarum, quæ à nostro Cicerone in Topicis, atque itém ab alijs traditur: propterea quòd illic subtiliter distinguuntur, ut quot modis argumenta, & ex quot locis eruenda sint, intelligatur. extra autem illam rationem locorum, partes, tum pro formis, tum etiam pro ipsis partibus & membris usurpantur: & multis in locis Ciceronis inueniet, qui uolet. Ergo quoniam partiendi & diuidendi uia artem dicendi tradere instituit, in qua non solum formæ, sed etiam partes cadunt: à communi, eo que commodißimo nomine, Partitiones appellauit.

Perso-

Personæ huiusce dialogi sunt, Pater & Filius. Filio partes interrogandi dantur, patri respondendi. & quoniam in Dialogis decorum maximè spectatur, idcirco filio attribuitur reuerentia: patri uerò authoritas docendi. nam decorũ illud potissimum in personis uersatur, in quibus ætas, sexus, genus, patria, uita, institutum, natura, mores, considerantur. Et quoniam dialogi, omnę dicendi genus admittunt, summum & medium & infimũ: in hoc Partitionum dialogo, subtile tenueq; illud dicendi genus elucet, cuiusmodi esse debet in hac ratione docendi: in qua omnia tenuiter & subtiliter, tum exquiruntur, tum etiam distribuuntur. Atq; hæc de scribendi genere.

Nunc pauca de totius operis summa distributione dicenda sunt. Totum harum Partitionum opus tres habet primas partes: principium, oratoriarum partitionum explicationem, & totius operis conclusionem. Principium duobus capitibus continetur, petitione & concessione. Expositio præceptorum tribus: officio oratoris, oratione, quæstione: quas partes secuti, tres fecimus Explicationum libros: quarum rursum multæ & uariæ sunt partes. Superest Conclusio, cuius capita & membra suo indicabimus loco.

PARTITIONUM
Exordium.

Cicero. Filius.

STudeo mi pater Latinè ex te audire ea, quæ mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidisti: si modò tibi est ociũ, & si uis. C. PAT. An est, mi Cicero, quod ego malim, quàm te quàm doctissimum esse? Ocium autem primũ, & summum est, quoniã aliquando Roma exeundi potestas data est: deinde, ista tua studia uel maximis occupationibus meis anteferrem libenter. C. FIL. Vis'ne igitur, ut tu me Græcè soles ordine interrogare, sic ego te uicissim eisdem de reb. Latine interrogem? C. P. Sanè, si placet. Sic enim & ego te meminisse intelligã, quæ accepisti: & tu ordine audies, quæ requiris.

C. F. Studeo mi pater.) *Quatuor sunt, ut Crassus apud Ciceronẽ lib. 1. de Orat. docet, quæ*

ad eloquentiam aſſequendam requiruntur: Natura, *ſiue ingenium primùm: deinde ſtudium, ſiue ardor animi: tertium, ars: quartũ, exercitatio. quorum duo priora in nobis eſſe debent, ingenium uidelicet, & diſcendi cupiditas: reliqua duo extrinſecus aſſumuntur, nimirum doctrina & exercitatio. Sed quoniam uoluntas & ſtudiũ, etiam in mediocrib. naturis & ingenijs multum poſſunt: idcirco* Cicero *filius, ſtudium & deſiderium diſcendi profitetur, artem uerò à patre audire uult: exercitationem pòſt adhibiturus, ubi artis præcepta ordine cõprehẽderit.* Hæc *quidem quatuor, ut dixi,* Craſſus. Antonius *autem lib. 2. de* Oratore *tria tantum facit, ut etiã* Fabius Orat. *inſtit. lib. 3. cap. 5.* Et *ſic ad inueniendum, inquit* Antonius, *in dicendo tria ſunt: acumen, deinde ratio (quam licet, ſi uolumus, appellemus artem) tertium diligentia, non poſſum equidem non ingenio primas cõcedere: ſed tamẽ ipſum ingeniũ, diligentia etiã ex tarditate incitat.* Et *paulo pòſt:* Inter *ingeniũ quidem & diligentiam perpaululum loci reliquũ eſt arti. Ars demonſtrat tantum, ubi quæras, atq; ubi ſit illud quod ſtudeas inuenire. reliqua, quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, aßiduitate, labore, cõplectar uno uerbo, quo ſæpe iam uſi ſumus, diligentia: qua una uirtute, omnes uirtutes reliquæ continentur.* Sed *hic. ſtu-*

dium & uoluntatē, ut etiam exercitationem, diligentiæ nomine cōplexus eſt. Cornificius aũt ab ijs omnib. diuerſa tradit lib. 1. Rhetorices: Omnia, inquit, tribus modis aſſequi poterimus, arte, imitatione, et exercitatiōe. Mox ſingula definitionib. explicat: Ars eſt, inquit, quæ dat certā uiā rationemq; dicēdi. Imitatio eſt, qua impellimur diligēti ratione, ut aliquorũ ſimiles in dicēdo eſſe ualeamus. Exercitatio eſt, aſsiduus uſus, cōſuetudoq; dicēdi. Hic neq; naturā ſiue ingeniũ habet, qua quis aptus ad aliquid ſit: neq; ſtudiũ ardorē ue animi, quo incitetur quis ad præclarum opus & laborē: neq; illi imitationis meminerũt. Sed intelligendũ eſt, naturam & ſtudiũ ab eloquentiæ ſtudioſo adferenda. nam donari ab arte, magiſtro ue, nō poſſunt: ſunt enim illa naturæ dona diuinitùs inſita. Reliqua doceri & tradi poſſunt. Itaq; illa ſuperiora requirit in oratore Cicero, non dat: ut admoneat, ſine illis oratorem fieri nō poſſe. Cornificius aũt, quæ ſui muneris ſunt, proponit: & tria quæ tum in diſcētis, tum docentis ſunt facultate, enumerat, omiſsis ijs quæ in deliberatiõnē non cadũt: nec ſi nō adſunt, dari à quoquā mortali poſſunt. Quod autē addit Imitationem, quam alij ſeorſim non poſuerunt, eam Quintilianus arti ſubijcit: alij exercitationi, ſiue diligentiæ. Atq; ita unuſquiſq; ſuum inſtitutum ſecutus eſt, non ſine ratio-

ne tamen. Vt aũt ad Ciceronẽ filiũ reuertamur, is uehementer patris animum sibi conciliat, dum suum discẽdi studium & ardorem patri exponit.

Quæ mihi de ratione dicẽdi Græcè tradidisti.) Idcirco Græcè, quoniam pauci liberales artes, Latino sermone cõscripserant, antequam Cicero eis lumen Romani sermonis afferret. quare necessitas cogebat, è fontibus Græcorum haurire, quæ in Latinis non inueniebantur. Atq; hæc ipsa fuit etiam caussa, cur Cicero præcepta dicendi, Ciceronii filio Græcè prius tradidisset: sed filius illis non contentus, eadẽ Latinè uult à patre discere, quem scit utrunq; præclare posse. Quod quidẽ facit paterno exẽplo, qui in procemio librorũ de Officijs dicit, ad suam utilitatẽ se Græca cum Latinis semper coniunxisse: atq; idem filio censet esse faciendum, ut par sit in utriusq; orationis facultate.

Si modò tibi est ocium, & si uis.) Duo sunt quæ ad omnem rẽ gerendam requiruntur, uoluntas & facultas, quemadmodũ ipsi quoq; Rhetores tradunt. hæc duo si adsint, nihil uetat, quo minus res conficiatur. Hec igitur duo si in patre adsint, non dubitat filius, quin dicendi rationem Latino sermone ab eo sit accepturus. Idcirco dicit: Si modò tibi est ocium, & si uis. quibus uerbis, ingenuum pudorem, & modestiam, morumq; suauitatem præ se fert hic adolescens.

dium & uoluntatẽ, ut etiam exercitationem, diligentiæ nomine cõplexus eſt. Cornificius aũt ab ijs omnib. diuerſa tradit lib. 1. Rhetorices: Omnia, inquit, tribus modis aſſequi poterimus, arte, imitatione, et exercitatiõe. Mox ſingula definitionib. explicat: Ars eſt, inquit, quæ dat certã uiã rationemq́; dicẽdi. Imitatio eſt, qua impellimur diligẽti ratione, ut aliquorũ ſimiles in dicẽdo eſſe ualeamus. Exercitatio eſt, aßiduus uſus, cõſuetudoq́; dicẽdi. Hic neq; naturã ſiue ingeniũ habet, qua quis aptus ad aliquid ſit: neq; ſtudiũ ardorẽ ue animi, quo incitetur quis ad præclarum opus, & laborẽ: neq; illi imitationis meminerũt. Sed intelligendũ eſt, naturam & ſtudiũ ab eloquentiæ ſtudioſo adferenda. nam donari ab arte, magiſtro ue, nõ poſſunt: ſunt enim illa naturæ dona diuinitùs inſita. Reliqua doceri & tradi poſſunt. Itaq; illa ſuperiora requirit in oratore Cicero, non dat: ut admoneat, ſine illis oratorem fieri nõ poſſe. Cornificius aũt, quæ ſui muneris ſunt, proponit: & tria quæ tum in diſcẽtis, tum docentis ſunt facultate, enumerat, omißis ijs quæ in deliberatiõe non cadũt: nec ſi nõ adſunt, dari à quoquã mortali poſſunt. Quod autẽ addit Imitationem, quam alij ſeorſim non poſuerunt, eam Quintilianus arti ſubijcit: alij exercitationi, ſiue diligentiæ. Atq; ita unuſquiſq; ſuum inſtitutum ſecutus eſt, non ſine ratio-

ne tamen. Vt aũt ad Ciceronẽ filiũ reuertamur, is uehementer patris animum sibi conciliat, dum suum discẽdi studium & ardorem patri exponit.

Quæ mihi de ratione dicẽdi Græcè tradidisti.) Idcirco Græcè, quoniam pauci liberales artes, Latino sermone cõscripserant, antequam Cicero eis lumen Romani sermonis afferret. quare necessitas cogebat, è fontibus Græcorum haurire, quæ in Latinis non inueniebantur. Atq; hæc ipsa fuit etiam caussa, cur Cicero præcepta dicendi, Ciceroni filio Græcè prius tradidisset: sed filius illis non contentus, eadẽ Latinè uult à patre discere, quem scit utrunq; præclare posse. Quod quidẽ facit paterno exẽplo, qui in procemio librorũ de Officijs dicit, ad suam utilitatẽ se Græca cum Latinis semper coniunxisse: atq; idem filio censet esse faciendum, ut par sit in utriusq; orationis facultate.

Si modò tibi est ocium, & si uis.) Duo sunt quæ ad omnem rẽ gerendam requiruntur, uoluntas & facultas, quemadmodũ ipsi quoq; Rhetores tradunt. hæc duo si adsint, nihil uetat, quo minus res conficiatur. Hec igitur duo si in patre adsint, non dubitat filius, quin dicendi rationem Latino sermone ab eo sit accepturus. Idcirco dicit: Si modò tibi est ocium, & si uis. quibus uerbis, ingenuum pudorem, & modestiam, morumq; suauitatem præ se fert hic adolescens.

C. P. *An est mi Cicero.*) Hic patris erga filiũ studium & beneuolentia ostẽditur. quid enim magis cupiat pater, quàm filium suum eruditißimũ & sapientißimum esse? Filius sapiens (inquit Solomo) gloria sui patris est. Cum igitur duo sint cũ adiectione patri à filio proposita, ocium & uoluntas: de uoluntate prius respondet pater, deinde de ocio & facultate, cum ait:

Ocium autem primùm, & summum est.) Ocium significat temporis uacuitatem à consuetis laboribus & occupationibus: ex quo sequitur, aliud agendi facultas. Ocium, inquit, primum adest, idq́; summum. nam particula illa Primùm, ordinem significat, & respondet particulæ sequenti, Deinde. Duo enim proponit, quorum primũ est, ocium adesse: alterum, etiamsi ocium non adesset, se tamen omnibus occupationibus filij studia antepositurum. Neq; est quod quisquam obijciat illud, Primum non de duobus, sed de pluribus dici. Terẽtius enim in Heauton. Id primum dicam, inquit, deinde quòd ueni eloquar. idem usurpat Cicero in Ver. 2. & pro Rabirio perduellionis reo, & alibi sæpe.

Quoniam aliquando Romæ exeundi potestas data est.) Rationẽ reddit, cur ocium summũ esse dixit: nimirũ, quia Cæsare dominãte, illius uox nõ uidebatur Reipub. opportuna. Itaq; secesserat ille

in

in Tusculanum, ibiq; commentabatur. Videntur enim hæ Partitiones eo tempore conscriptæ, quo C. Cæsar deuicto Pompeio Romæ imperabat, & omnia solus gubernabat. nam Topica post Cæsaris necem, Antonij gladios fugiens, conscripsit, ut in ipsis Topicis diximus.

C. F. *Vis'ne igitur, ut tu me Græcè soles ordine interrogare.*) *Vult filius patrem interrogare, quod quidem nemo præter decorum fieri existimare debet. Sunt enim quæ adolescentulos ex senioribus percontari deceat, si modò ea eiusmodi sint, quæ senes docere non dedeceat. Quanquam nihil est, quod ab illis sciscitari non liceat, quibus nos charos esse sentimus. Quod si quis dicat, difficiliores esse partes rectè interrogandi, quàm respondendi, idcirco minus adolescenti conuenire: huic occurrit ipse filius, Vt tu me Græcè soles ordine interrogare. quibus uerbis significat, sibi à patre ordinem & uiam interrogandi propositam: quam si sequatur, aberrare non possit.*

C. P. *Sanè, si placet.*) *Hoc est, si magis tibi placet interrogare, quàm respondere, equidem annuo.*

Sic enim & ego te meminisse intelligam.) *Duplicem fructũ ex huiusmodi interrogatione percipi ostendit: alterum, ad confirmandam memoriam eorum quæ antè didicerat: alterum uerò,*

quòd, quæ non didicit, ordine sit accepturus. quæ duo sunt ab adolescētib. maximè notāda. Nam *& confirmare memoriā debent, subinde repetendo quæ didicerunt: & quæ ignorant, ordine discere.* Ordo *enim & lucē reb. affert, & memoriā iuuat.*

SVMMA ET PRIMA RHEtoricæ partitio.

C. F. Quot in partes distribuēda est omnis doctrina dicendi? C. P. In treis. C. F. Cedò quas? C. P. Primùm in ipsam uim oratoris, deinde in orationem, tum in quæstionem.

C. F. *Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicēdi?*) Proponit *filius patri, artis* Rhe*toricæ definitionē, et simul eius partes primas requirit.* Nā *omnis quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut ipse* Cicero *de* Off. *li.1. testatur.* Deinde *hoc ipsum etiā requirit partiēdi ratio, ut primùm id quod distribuendum sit definiatur: deinde ex ipsa definitione, partes totius rei primæ eliciantur.*

Omnis *doctrina dicēdi.*) Quæri *potest, an his uerbis ars ipsa dicendi, quæ* Rhetorica Græcè *dicitur, intelligēda sit. uidetur aūt nō esse.* Rhetoricæ *enim partes sunt, ut omnes fatētur, quinq; illæ tantum:* Inuentio, *dispositio, elocutio, pronunciatio,* me-

memoria. neq; enim oratio & quæstio partes artis esse poßũt, cũ oratio opus sit oratoris: & quæstio tanquã subiecta materia, quam tractet, & in qua uersetur. nisi etiã marmor, & statuam ipsam Herculis, *fingendi artis partes esse uelimus: quod quidẽ fieri nõ potest, cũ ars sit ratio, et uis, qua aliquid efficimus. illa uerò subiecta quidẽ arti sunt, ad eamq; pertinẽt, eius aũt partes dici nõ possunt.* Sed dicendũ est, materiẽ & opus duob. modis cõsiderari. uno modo, quatenus res sunt oratori subiectæ: & ita partes artis nõ sunt: altero, quatenus præceptis subijciũtur, arteq; tractãtur. Ita oratio ipsa nõ est pars Rhetoricæ, sed orationis præcepta. Idẽ de quæstiõe intelligẽdũ est. Quod aũt illæ quinq; Rhetoricæ partes magno cõsensu à Cicerone & ab alijs esse dicantur, id ita intelligendum est: quinq; esse proprias & naturales, quibus non modò ars ipsa constituitur, uerùm etiam orator efficitur, etiam si opus nullum eius extet. Reliquas duas, assumi extrinsecus: atq; eatenus partes esse, quatenus sub actionem oratoris cadunt, easq; artis præceptis tractat & uersat. Id quod dico, illa uniuersali addita nota uisus est innuere Cicero, Omnis doctrina: quasi diceret, Non ars sola Rhetorica, sed quicquid toto ambitu eloquẽtiæ cõplectitur: quæ nõ modò præceptis qbusdã cõtinetur, sed quæ multis & magnis reb. cõstat. ut de Inuentione

tione idem loquitur: Omnis inquam doctrina dicendi, tum quæ propriè & anguſtè, tum quæ latè & impropriè dicitur. Eſt igitur hæc Rhetoricæ breuis quædam definitio: ita plena tamen, ut omnia quæ quoquo modo ad eloquentiam pertineāt, complectatur. Nam Doctrinæ uerbum loco generis eſt poſitum: dicendi uerò, eius proprietatem continet, qua à reliquis doctrinis ſciungitur, & in ſuo proprio genere reponitur. Nam cum tres ſint artes in ſermone, tanquam in communi quadam regione uerſantes, Grammatica, Dialectica, Rhetorica: hæc ita ab illis diſtinguitur duabus, ut cum Grammatica emendati & puri ſermonis rationem habeat, Dialectica diſputandi, hæc dicendi ſibi aſſumpſerit partes. De Grammatica perſpicuum eſt, de Dialectica ac Rhetorica confirmat Cicero in Oratore: Aliud, inquit, uidetur oratio eſſe, aliud diſputatio: nec idem loqui eſſe, quod dicere: attamen utrunq; in diſſerendo eſt. Diſputādi ratio & loquendi Dialecticorum ſit: Oratorū autem, dicendi & ornandi. ubi uerbum Ornandi expoſitionis gratia additum eſt, quod probant illa eiuſdem pòſt in eodem libro uerba: Nec aliud quicquā eſt dicere, niſi omnes, aut certè plераſq; aliqua ſpecie illuminare ſententias. Interdū additur qualitas, ut cum bene dicendi artem eſſe dicunt: quod non tam neceſſitate faciunt, quàm declaran-

clarandi caussa. Nisi uelimus id, Bene, aliquid amplius significare, quàm ornatè, quod in dicēdi uerbo inclusum est: ut benedicere sit, non solum ornatè, sed etiam scienter & peritè dicere. Vt autē ad huius loci definitionem redeamus, Rhetoricam dicemus esse doctrinā dicēdi: quæ definitio idem ualet, quod illa Cornificij lib. 1. qui Rhetoricam definiens ait: Ars est præceptio, quæ dat certam uiam, rationemq; dicendi. Aristotelis autem ad Theodect. lib. 1. plenior esse uidetur, sed tamen idem explicat. Rhetorica, inquit, est uis quædam perspiciēdi, quid in quaq; re sit ad persuadendum accommodatum. Iam uidendum est, ad quā Philosophiæ partem referenda sit Rhetorica. Non repetam autem ab ouo, quod dicitur, diuisionem artium, sed cui parti tum Aristoteles tum Cicero subiecerint, indicabo. Ac primùm certū, eam ab his duobus, politiæ, hoc est, ciuilis scientiæ partem & quasi propaginē iudicari. Et Aristoteles quidem Rhet. lib. 1. idcirco eam à ciuili scientia manare dicit, quod de uita hominum ac moribus dicendum sit, & ab ea argumēta sint ducenda: quatenus autem oratione fit fides, atq; ex ijs argumenta ducuntur, quæ in quaq; re sint ad persuadendum accommodata, cum Dialectica similitudinem habere. Tria enim facit artificiosa fidei faciendæ genera, unum, quod in uita & moribus

positum

positũ est: secundũ, in permouendo: tertiũ, in oratione ipsa, cũ probatur aliquid, aut probari uidetur. Ex *quo cõcludit,* Rhetoricã *partẽ esse Ciuilis scientiæ, pa rtim* Dialecticæ *similem esse.* Cicero *uerò initio artis de* Inuentione, *Aristotelem interpretans:* Ciuilis, *inquit, quædã ratio est, quæ multis & magnis ex rebus constat: eius quædam magna & ampla pars est artificiosa eloquẽtia, quã* Rhetoricam *uocant.* Nam *neq; cũ ijs sentimus, qui ciuilem scientiam eloquentia nõ putant indigere: & ab ijs, qui eam putant omnem* Rhetoris *ui & artificio contineri, magnopere dissentimus.* Quare *hanc oratoriã facultatẽ in eo genere ponemus, ut eam ciuilis sciẽtiæ partem esse dicamus.* In *his* Ciceronis *uerbis tria obseruanda sunt.* Primum, *eum ciuilẽ rationem appellare, doctrinã de uita et moribus, quæ cõmuni nomine* ἠθικὴ καὶ πολιτικὴ *à Græcis dicitur.* Secundum *est, quòd magnam ciuilis rationis partẽ* Rhetoricã *esse dicit, quã* Aristoteles *minorem esse uult, cũ eam modò tãquam pullum & sobolem ad arboris stirpem adnatã dicit: modò particulam eiusdem uocat, in principio* Rhetorices *ad* Theodecten. Esse *eius partem, ita demõstrauit* Victorinus: Ciuilis, *inquit, ratio duplex est: una, quæ res certas solenni cursu, & sine ullo tumultu agit: altera, quæ in lite ac disceptatione uersatur. illam priorẽ* Ciuilem *scientiã no-*

mine

mine generis, hanc eloquentiam artificiosam appellauit. Magnā autem & amplam, propter magnitudinē uarietatemq́; causarum, quod etiam de Oratore docet Cicero. Aristoteles uerò, paruā eius partē dixit, quoniā in Rhetoricā ex ciuili doctrina pauca quædā quasi deriuātur, quæ copiosiorà in philosophorū fontib. & libris inueniri possunt. Et illud cogitandū est, Aristotelem ut philosophū magnam eius rei scientiam ab oratorib. detraxisse, quam Cicero summus orator eisdē attribuit: ut etiam in Oratorijs eius libris uidere licet. Tertiū est, quod nec ciuilem scientiam sine eloquentia cōstare posse putat, neq; eloquentiā sine ciuili sciētia: neq; tamē Rhetoris ui & artificio uult omnē scientiā cōtineri, quod quidā partim imperitia, partim ostentatione ac uento, partim alijs rebus impulsi (ut Aristoteles ait) putauerunt. Est aūt alia quoq; caussa, cur pars ciuilis rationis Rhetorica dicatur: nimirū, quòd siue ars est Rhetorica, siue prudentia quædā, eam ciuilis scientiæ partem eße necesse est: cum & illæ doctrinæ moralis, siue ciuilis sint partes, ut Aristot. lib. 6. ad Nicomachū docet, cū uirtutes quæ in ratiōe sitæ sunt enumerat. Eße aūt Dialecticæ similē Rhetoricā, et Aristoteles scripserat: et Cicero cōfirmauit, cū in Oratore dixit, eā ex altera parte respōdere Dialecticæ. Similitudinis quoq; Aristoteles rationē ponit initio

Rheto-

Rhetorices, tum quòd ambæ in eiusmodi reb. sint, quæ à cunctis hominibus quodammodo cognosci possunt: tum quòd non sint in aliquo definito ac certo genere sciētiæ. ut numeri (exempli gratia) in Arithmetica, magnitudines in Geometria, in Musica soni; & id genus alia, tantum cernuntur. Artem porrò esse Rhetoricam, neque Aristoteles, neq; Hermogenes, neq; Cicero, neq; Quintilianus dubitarunt: ut ex illorum de ea libris, cuiuis perspicuū esse potest. Nam si certā habet præceptorum cōprehensionem, si usum in omni uita magnū & honestum, certè ab artium uerarū genere Rhetorica, non magis quàm uel Ciuilis ratio, uel Dialectica, quarum est siue pars, siue partus, siue imago, excludi potest. Sed siue est ars, siue artis quædam similitudo, non est quidem ea propter maximas & plurimas utilitates negligenda.

C. P. *In treis.*) *In hac diuisione artis Rhetoricæ, obseruat Cicero, quod ipse seruādum esse de Oratore præcipit, cum dicit: Partes in diuidendo definitas esse debere, non solum numero, sed etiā paucitate. illud innuens, illum non satis peritè partiri, qui aliquo numero parteis alicuius rei comprehendit, nisi adsit etiam paucitas, quæ in partitione seruatur: si genera ipsa prima rerum ponūtur, neq; permistè cum partibus implicantur, ut ipse de Inuent. lib. 1. docet. Cum igitur neq; plures,*

neq;

neque pauciores esse poßint partes Rhetoricæ, quàm tres, ut ostendam, rectè & appositè respondet pater.

C. F. *Cedò quas?*) *Cedò flagitantis est uerbum, à Comicis poetis sæpe usurpatum: & idem est quod* Dic *quæso, dic obsecro.*

C. P. *Primùm in ipsam uim oratoris, deinde in orationem, tum in quæstionem.*) *Vera est illa Platonis in Epinomide uox, Omnem doctrinam ingenuarum & humanarum artium, uno quodam societatis uinculo contineri. Vbi enim perspecta uis est rationis eius qua caussæ rerum atq; exitus cognoscuntur, mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum, concentusq; reperitur. Hoc & in hac tripartita Rhetoricæ diuisione uidere licet. Tria enim sunt principia rerum naturalium, si Aristoteli credimus: materia, forma, & priuatio. Hæc pariter ad hãc artem suo modo quodam transferuntur: nisi quòd pro priuatione efficiens ponitur caussa, ipsa nimirum uis oratoris. in quo fortaßis Platonem sequi maluit, qui Deum, non priuationem, inter principia posuit: atque ab eo, unà cũ materia & forma, omnia effici uoluit. nam priuatio ipsa, haud propriè principiũ est, sed fortuitò. Sunt autem hæc tria in Rhetoricis, uis oratoris, oratio, & quæstio. Et quæstio quidem, materiæ loco est: oratio & forma; & opus est quod-*

dam, siue potius effectio: Vis oratoris horum efficiens est caussa, quam Cicero in Oratore tanquam in subiecto, uel quasi artificium & ideam in artifice, collocauit. Hæc etiam in communibus artibus licet animaduertere. Quid enim in statua fingenda ultra hæc tria magnopere desiderabis? Si enim Phidias (exempli gratia) & ebur uel aurum, & forma Iouis adsit, nihil uetat quo minus Iupiter Olympius fiat. Peritè igitur Cicero, tria statuit Rhetoricæ quasi principia, et caussas: Vim oratoris, orationem, & quæstionem. quod perinde est ac si diceret, ad persuadendum, qui finis est oratori propositus, opus esse artifice, materia et forma. nam artis cuiusq; cōstitutio, à finis cognitione rectè proficiscitur. Sed hic uidendū est, quomodo Quintiliani partitio cū Ciceronis partitione cōsentit. Is enim lib. 1. Instit. orat. cap. 14. Rhetoricen diuidit in artem, artificē, & opus. Sed hic arti materiem cum inuentione et dispositione subiecit: operi uerò, orationem cum elocutione, & memoriā & pronunciationē. Artificem porrò lib. 12. instruit, & suis ornat uirtutibus. Ex quo perspicuū est, eū diuersam à Cicerone, & minus probatā uiam secutū esse. Quod aūt idem lib. 3. cap. 5. scribit, Facultatem orandi cōsummari (sic enim loquitur) natura, arte, exercitatione: non partes Rhetoricæ, sed adiumenta, & tanquam in-

instrumenta dicendi, ut suprà ostendimus, intellexit. Illud autem obseruandum est, uim oratoris esse, quod alibi officium appellauit. Quamobrem hic locus admonet, ut de oratoris officio, materia, & fine aliquid dicamus. Primùm, quam hic appellat uim, ea est, quæ ab Aristotele in Rhetor. δύναμις appellatur. Est enim Rhetorica δύναμις, hoc est uis & facultas, nõ ἐπιστήμη, id est, scientia: nisi scientiam cõmuniter & latè intelligamus, quemadmodum Galenus posse capi dicit, initio libri de Arte medica. Est autem officium oratoris, de quauis re proposita dicere appositè ad persuasionem: finis autẽ, persuadere dictione. Inter officium autem & finem hoc interest, quòd in officio quid fieri, in fine quî officio conueniat, consideratur. ut medici officium dicimus esse, curare appositè ad sanandum: finem, curatione sanare. Item oratoris, quid officiũ, quid finem esse dicamus, intelligemus: cum id quod facere debet, officiũ esse dicemus: illud cuius caussa facere debet, finẽ appellabimus. Hæc Cicero lib. 1. de Inuen. ex Aristot. lib. 1. ad Theodect. Iam de materia idem sentiendũ est, quod et Aristoteles, & Cicero, duo huius artis lumina senserunt. Etenim (inquit Cicero in proœmio lib. 2. de Orat.) cæteræ ferè artes seipsæ per se tuentur singulæ: bene dicere autem, quod est scienter, & peritè, & ornatè dicere,

dam, siue potius effectio: Vis oratoris horum efficiens est caussa, quam Cicero in Oratore tanquam in subiecto, uel quasi artificium & ideam in artifice, collocauit. Hæc etiam in communibus artibus licet animaduertere. Quid enim in statua fingenda ultra hæc tria magnopere desiderabis? Si enim Phidias (exempli gratia) & ebur uel aurum, & forma Iouis adsit, nihil uetat quo minus Iupiter Olympius fiat. Peritè igitur Cicero, tria statuit Rhetoricæ quasi principia, et caussas: Vim oratoris, orationem, & quæstionem. quod perinde est ac si diceret, ad persuadendum, qui finis est oratori propositus, opus esse artifice, materia et forma. nam artis cuiusq; cõstitutio, à finis cognitione rectè proficiscitur. Sed hic uidendũ est, quomodo Quintiliani partitio cũ Ciceronis partitione cõsentit. Is enim lib. 2. Instit. orat. cap. 14. Rhetoricen diuidit in artem, artificẽ, & opus. Sed hic arti materiem cum inuentione et dispositione subiecit: operi uerò, orationem cum elocutione, & memoriã & pronunciationẽ. Artificem porrò lib. 12. instruit, & suis ornat uirtutibus. Ex quo perspicuũ est, eũ diuersam à Cicerone, & minus probatã uiam secutũ esse. Quod aũt idem lib. 3. cap. 5. scribit, Facultatem orandi cõsummari (sic enim loquitur) natura, arte, exercitatione: non partes Rhetoricæ, sed adiumenta, & tanquam in-

instrumenta dicendi, ut suprà ostendimus, intellexit. Illud autem obseruandum est, uim oratoris esse, quod alibi officium appellauit. Quamobrem hic locus admonet, ut de oratoris officio, materia, & fine aliquid dicamus. Primùm, quam hic appellat uim, ea est, quæ ab Aristotele in Rhetor. δύναμις appellatur. Est enim Rhetorica δύναμις, hoc est uis & facultas, nõ ἐπιστήμη, id est, scientia: nisi scientiam cõmuniter & latè intelligamus, quemadmodum Galenus posse capi dicit, initio libri de Arte medica. Est autem officium oratoris, de quauis re proposita dicere appositè ad persuasionem: finis autẽ, persuadere dictione. Inter officium autem & finem hoc interest, quòd in officio quid fieri, in fine quî officio conueniat, consideratur. ut medici officium dicimus esse, curare appositè ad sanandum: finem, curatione sanare. Item oratoris, quid officiũ, quid finem esse dicamus, intelligemus: cum id quod facere debet, officiũ esse dicemus: illud cuius caussa facere debet, finẽ appellabimus. Hæc Cicero lib. 1. de Inuen. ex Aristot. lib. 1. ad Theodect. Iam de materia idem sentiendũ est, quod et Aristoteles, & Cicero, duo huius artis lumina senserunt. Etenim (inquit Cicero in proœmio lib. 2. de Orat.) cæteræ ferè artes seipsæ per se tuentur singulæ: bene dicere autem, quod est scienter, & peritè, & ornatè dicere,

non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur. Omnia quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profitetur: aut eloquentiæ nomen relinquendũ est. Idcirco in definitione Officij *positum est,* De quauis re dicere *apposite ad persuadendum: quod quidem huic arti cũ* Dialectica *commune est. Aristot. lib. 1. Rhet. Quæstio igitur omnis à nostro Cicerone materia oratori proponitur, in qua elaboret, & uim suam dicēdi, munusq; exerceat: ut ex ea præclarum opus, orationem nimirum, quam Sophocles reginam rerũ appellauit, conficiat: qua finem (si nihil impediat) assequi poßit, quod est persuadere.*

C. F. In quo eſt ipſa uis? C. P. In rebus, & uerbis. Sed & res & uerba inuenienda ſunt, & collocanda. Propriè aũt in reb. inuenire, in uerbis eloqui dicitur. Collocare autem, etſi eſt cõmune, tamen ad inueniendum refertur. Vox, motus, uultus atq; omnis actio eloquendi comes eſt, earumq; omnium cuſtos eſt memoria.

C. F. *In quo est ipsa uis?* C. P. *In rebus & uerbis.) Vim ipsam oratoris rebus & uerbis contineri ait: hoc est, artificio & scientia, qua res &*

uerba

uerba tractare, expolireq; nouit. Et rectè quidē res antepoſuit uerbis, qui naturalis eſt ordo. Res enim natura priores ſunt, uerba inuētis rebus impoſita. Itaq; res ſi adſit, facilè ſequuntur uerba, ut inquit Horat.

Rem tibi Socraticæ poterunt oſtendere chartæ,
Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur.

Et quoniam in figuris & ornamentis ſententiarum ſchemata rebus reſpondent, naturalis ordo poſcere uidetur, ut in tradenda arte, ſententiarum lumina prius explicentur: deinde uerborū, quod Cicero in tertio de Oratore fecit, & Quintilianus, & Aquila Romanus, qui etiam cur id faciat rationem reddit: Natura, inquit, eſt prius ſentire, quàm eloqui. Cornificius tamen contrarium eſt ordinem ſecutus libro 4. ad Herennium: quod etſi quidam minus probent, quòd artem traderet ex profeſſo ut Rhetor: tamen cum Cicero idem fecerit in Bruto, & in Oratore ad eūdem, & in Partitionibus hiſce, non uidetur eſſe reprehendēdum: à facilioribus enim & ſimplicioribus incipere uoluerunt, quod etiam in docendo laudatur. Hinc Eraſmus Roterodamus in opere de Duplici copia: Rerum, inquit, cognitio potior, uerborum prior. idcirco & ipſe à copia uerborum exorſus eſt. Rerum nomine argumenta omnia, & rationes, quibus aliquid uel confirmatur, uel refellitur,

intelligit, de quibus postea. Verba autem tum simplicia tum coniuncta intelliguntur, de quibus etiam suo loco dicet. In his igitur duobus omnes officij oratorij partes uersantur, sed non uno modo. Quanquam enim & res & uerba inueniẽda sunt, & collocanda, propriè tamen res inueniri dicuntur, & uerba ad unam elocutionem referuntur. Collocare quoq; etsi amborum cõmune est, inuentioni tamen propriè subijcitur. in quo iam habemus tres officij partes: Inuentionem, elocutionẽ, & collocationem, siue dispositionem. duæ reliquæ sunt, actio siue pronunciatio, & memoria. Ex *his igitur apparet, peritè scripsisse Cornificium, cum lib. 1. Rhetoricorum dixit:* Oportet igitur in Oratore esse *inuentionem, dispositionem, elocutionem, memoriã, & pronunciationẽ.* Duo enim *complexus est, oratorem ipsum, & eius uim: hoc est, facultatem horum omnium quæ enumerata sunt. Sed iam singula officia ex alijs* Ciceronis *locis sunt definienda. Inuentio igitur (ut de* Inuentione *idem definit) excogitatio est rerum uerarũ, aut uerisimilium, quæ causam probabilem reddũt.* Dispositio *siue collocatio, est rerũ inuentarum in ordinem distributio.* Elocutio *autem est, idoneorum uerborũ & sententiarum ad inuentionẽ accommodatio: nimirum ut humilia submisse, mediocria temperatè, magna grauiter dicamus, ut* Cicero *ad*

Brutum

Brutum ait. Actio siue pronũciatio est, ex rerum & uerborum dignitate, uocis & corporis moderatio: siue (ut Cicero *in* Orat. *ait) est corporis quædam eloquentia. Memoria postremò, horum omnium custos, est firma animi rerum ac uerborum ad inuentionem perceptio. Sed hic occurrit quæstio, Quomodo actionem orator in uocem, motum, & uultum distribuat: cum in* Oratore, *uocem tantum & motum ei subiecerit? Sed facilis est solutio. Nam motus nomine ibi uultum etiam complexus est. Complectitur enim motus duo genera: alterũ obscurum, alterum clarum. obscurus motus in uultu est, clarus in reliquo corporis gestu: uox autem ad pronunciationem refertur. Atque hæc omnia actioni, tanquam generi summo, subijciuntur: quæ elocutionis quasi comes est, & socia.*

Sed quærat hic aliquis, Quomodo hæc officia oratoris cum illis conueniant, quæ in Oratore *ad* Brutum, *ex* Aristotelis Rhetoricorum *tertio traduntur? Nam tria, inquit, uidenda sunt Oratori: quid dicat, & quo quidque loco dicat, & quomodo. Item, cum officium oratoris esse ait, probare, delectare, flectere: in quibus primum sit necessitatis, secundum suauitatis, tertium uictoriæ. Ad quod respondemus, illis etiam tribus hæc quinque contineri. Nam*

cum dicit, uidendum eſſe quid dicat, rerum inuentionem innuit: cum uerò, quo quidque loco, collationem: & cum quomodo elocutionem, quæ unà actionẽ quoq; ſecum trahit, quam idcirco eloquendi comitem hoc loco dicit orator. Nec à dicendi modo memoria excludi poteſt. nam ſi quis quærat, quomodo dicendum ſit? reſpondendũ eſt, Ornatè & memoriter. Similiter dicendum de reliquis tribus. probare enim, eſt inuentionis: delectare, elocutionis: flectere autem, etſi eſt etiam collocationis, quatenus ad finem motumq; refertur, tamen magis inuentionis eſt, & elocutionis. Quinetiam quot ſunt officia oratoris, ut in Oratore ait Cicero, tot ſunt genera dicendi: ſubtile in probando, modicum in delectando, uehemens in flectendo: in quo uno uis omnis oratoris eſt. Sed de ui oratoris hactenus. Iam de oratione breuiter uideamus: pòſt latius omnia audiemus.

Volumus autem ſtatim initio Partitionum rem uniuerſam Schemate ob oculos ponere, ut tota res ſic melius percipiatur.

Doctri-

Doctrina dicendi distribuitur in partes tres, in

- Vim oratoris, quæ habet
  - Inuentionem
    - Rerum propriè,
    - Verborum impropriè.
  - Collocationem
    - Rerum ad quas propriè refertur.
    - Verborum impropriè.
  - Elocutionem in uerbis.
  - Actionem eloquendi comitem, quæ est in
    - Voce,
    - Motu,
    - Vultu.
  - Memoriam, quæ custos est earum omnium.
- Orationē, cuius partes sunt quatuor: quarum aliæ ualent ad
  - Rem docendam,
    - Narratio,
    - Confirmatio.
  - Impellendos animos,
    - Principium,
    - Peroratio.
- Quæstionem
  - Infinitam, quæ Consultatio appellatur.
  - Definitam, quæ Controuersia & causa nominatur.

C. F. Quid? orationis quot sunt partes? C. P. Quatuor. earum duæ ualent ad rem docendam. narratio & confirmatio: ad impellendos animos duæ, principium & peroratio.

C. F. Quid? Orationis quot sunt partes?) Orationem oratoris pauci definiuerunt. Itaque primùm illud sciendum est, quod & noster Cicero in Oratore tradit, quòd quanquam omnis locutio oratio est: tamen unius oratoris locutionem, hoc proprio nomine, propter eius excellentiam significari. Oratio communiter Græcè ἑρμηνεία dicitur: hinc Aristoteles librum suũ de oratione, siue mentis explicatione, περὶ ἑρμηνείας appellauit. Nam est oratio, ut idem philosophus ait, earum quæ in animo sunt notionum interpres: scripta uerò, orationis. Sed hæc de qua hic loquimur, oratio, sic definiri potest: ut eam dicamus esse, cuiusque rei, quæcunque dictione explicari poßit, splendidam, copiosam, ornatam & aptam explicationem. Iam sequitur, ut de eius partibus uideamus.

C. P. Quatuor.) Mediam uiam tenuit Cicero. nam Aristoteles & duas facit, & quatuor: alij uerò plures. Sunt (inquit Aristoteles libro 3. Rhetoricorum) partes orationis duæ. necesse est

enim rem primò, de qua agitur, exponere: deinde illam argumentis confirmare. horum autem alterum Propositio, *alterum* Fides *appellatur. quemadmodum si quis diuideret aliquid in quæstionem & demonstrationem.* Deinde paulo *pòst:* Necessariæ *igitur sunt partes duæ, propositum & confirmatio. ac propriè quidem hæ duæ partes sunt: sed si plures fuerint, tunc erit prooemium, propositio, confirmatio, peroratio.* Quoniam autem his aliqui, atque adeò ipse Cicero in Rhetoricis, addunt diuisionem siue partitionem, narrationem, & refutationem: sciendum est, diuisionem sub propositione contineri, & refutationem sub confirmatione, quæ communi nomine ab Aristotele πίστις, hoc est fides nominatur. Atque ita, ut plena sit partitio, sex parteis numerabimus: Exordium, Narrationem, Partitionem, Confirmationem, Refutationem, & Perorationem. Est autem Exordium, principium orationis, per quod animus auditoris, aut iudicis constituitur uel apparatur ad audiendum. Narratio est, rerum gestarum, aut ut gestarum expositio. Partitio est, per quam aperimus, quid conueniat, & quid in controuersia sit, & per quam apponimus quibus de rebus simus dicturi. Confirmatio est, nostrorum argumentorum expositio, cum asseueratione. Confutatio siue re-

prehensio

C. F. Quid? orationis quot sunt partes? C. P. Quatuor. earum duæ ualent ad rem docendam. narratio & confirmatio: ad impellendos animos duæ, principium & peroratio.

C. F. *Quid? Orationis quot sunt partes?*) *Orationem oratoris pauci definiuerunt. Itaque primùm illud sciendum est, quod & noster Cicero in Oratore tradit, quòd quanquam omnis locutio oratio est: tamen unius oratoris locutionem, hoc proprio nomine, propter eius excellentiam significari. Oratio communiter Græcè* ἑρμηνεία *dicitur: hinc Aristoteles librum suũ de oratione, siue mentis explicatione,* περὶ ἑρμηνείας *appellauit. Nam est oratio, ut idem philosophus ait, earum quæ in animo sunt notionum interpres: scripta uerò, orationis. Sed hæc de qua hic loquimur, oratio, sic definiri potest: ut eam dicamus esse, cuiusque rei, quæcunque dictione explicari poßit, splendidam, copiosam, ornatam & aptam explicationem. Iam sequitur, ut de eius partibus uideamus.*

C. P. *Quatuor.*) *Mediam uiam tenuit Cicero. nam Aristoteles & duas facit, & quatuor: alij uerò plures. Sunt (inquit Aristoteles libro 3. Rhetoricorum) partes orationis duæ. necesse est*

enim

enim rem primò, de qua agitur, exponere: deinde illam argumentis confirmare. horum autem alterum Propoſitio, *alterum* Fides *appellatur. quemadmodum ſi quis diuideret aliquid in quæſtionem & demonſtrationem.* Deinde paulo *poſt: Neceſſariæ igitur ſunt partes duæ, propoſitum & confirmatio. ac propriè quidem hæ duæ partes ſunt: ſed ſi plures fuerint, tunc erit proœmium, propoſitio, confirmatio, peroratio.* Quo*niam autem his aliqui, atque adeò ipſe* Cicero *in* Rhetoricis, *addunt diuiſionem ſiue partitionem, narrationem, & refutationem: ſciendum eſt, diuiſionem ſub propoſitione contineri, & refutationem ſub confirmatione, quæ communi nomine ab* Ariſtotele *πίστις, hoc eſt fides nominatur. Atque ita, ut plena ſit partitio, ſex parteis numerabimus:* Exordium, Narrationem, Partitionem, Confirmationem, Refutationem, & Perorationem. Eſt *autem* Exordium, *principium orationis, per quod animus auditoris, aut iudicis conſtituitur uel apparatur ad audiendum.* Narratio *eſt, rerum geſtarum, aut ut geſtarum expoſitio.* Partitio *eſt, per quam aperimus, quid conueniat, & quid in controuerſia ſit, & per quam apponimus quibus de rebus ſimus dicturi.* Confirmatio *eſt, noſtrorum argumentorum expoſitio, cum aſſeueratione.* Confutatio *ſiue re-*

prehenſio

prehensio est, contrariorum locorum dissolutio, quæ fiat aut diluendo, aut infirmando, aut eleuando. Peroratio, siue Conclusio est, artificiosus terminus totius orationis. Singularum autem partium partes suis explicabimus locis. Illud porrò attendendum, quod orator dicit, earũ partium quasdam ad rem docendam ualere, alias ad animos impellendos. Quibus uerbis significat, quosdam fines partibus orationis esse propositos, ut (exẽpli caussa) principio & perorationi, motum: narrationi autem & confirmationi, doctrinam siue intelligentiam. Sed quoniam duos tantum fines recenset, cum alibi tres: admirari aliquis posit. Erit (inquit in Oratore) eloquens is, qui in foro caußisq; ciuilibus ita dicit, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare neceßitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriæ. Idem de optimo genere Oratorum: Optimus est enim orator, inquit, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permouet. Docere debitum est, delectare honorarium, permouere necessarium. De Oratore autem lib. 2. Ita ratio omnis dicendi, inquit, tribus ad persuadendum rebus est nixa, ut probemus uera esse ea quæ defendimus, ut conciliemus nobis eos qui audiunt, ut animos eorum ad quemcunq; caussa postulabit motũ uocemus. Quæ sententia ad uerbum sumpta est ex Aristot. Rhet.

lib.

lib.2. Sed ut hosce locos conciliemus, illud animaduertendum est, illis duob. hæc tria contineri. Nam cum in Partitionibus dicit, Ad impellendos animos duæ: motum, quo animi impelluntur, significauit. Impellere enim est, motum animis afferre. Atqui duplex est motus: unus moderatus, ad conciliandum, qui ἦθος dicitur Græcè: alter uehementior, qui πάθος appellatur. illo genere in exordijs, altero in amplificationibus & perorationibus utimur. Ac de his duobus generibus multa M. Fabius, Inst. orat. lib. 6. cap. 3. Sed diuinitus & breuiter Cicero in Oratore: Duo sunt etiam, inquit, quæ bene tractata ab oratore, admirabilem eloquentiam faciunt. quorum alterum est, quod Græci ἠθικὸν uocant, ad naturam & mores, & ad omnem uitæ consuetudinem accommodatum: alterum, quod ijdem παθητικὸν nominant, quo perturbantur animi, & concitantur, in quo uno regnat oratio. Illud superius, come, iucundum, ad beneuolentiam conciliandam paratum: hoc uehemens, incensum, incitatum, quo caussæ eripiuntur, quòd cum rapidè fertur, sustineri nullo pacto potest. Hæc duo genera motuũ ex uno eodemq; fonte, nimirum ab animi ui, quæ appetitus dicitur, fluunt. Sed quoniam ea uis est duplex: una, in qua irarum existit ardor: altera, quæ uoluptate, cupiditateq; alitur, ut Aristoteles & Plato & Gale-

nus

nus docent: ex illa turbidi & concitati, ex hac leniores & suauiores animorum existunt motus. Bipartitam igitur motuum rationem in Partitionibus his est secutus, ut in diuidendo paucitatem illam, de qua de Inuentione libro primo præcipit, retineret: in alijs uerò, in quibus hanc partiendi uiam non tam subtiliter persequi uoluit, distinctius tripertitò distribuit, genere relicto, partibus retētis, quod copiosius et maius fore existimabat. Possemus etiam dicere, eum ex tribus uirtutibus oratorijs, duas tantum posuiße, docere & impellere: propterea quod hæc sint illa præcipua & necessaria. nam ut de Optimo genere oratorum ait, Docere debitum est, delectare honorarium, permouere necessarium. quod enim honorarium est, neque debitum, neque necessarium uideri potest. Et debitum est, quod iure præstare debeas: necessarium, sine quo orator esse non poßis: id est, neque munere tuo fungi, neque persuadere. Et docere ita debet orator, ut tamen sit ei cum multis alijs commune: permouere autem sic eius est proprium, ut in nullum alium transferri poßit. Sed illud quoq; aliquem mouere poßet, quod in Oratore dixit, Probare neceßitatis: de Optimo autem genere oratorum, Permouere necessarium. Sed hoc ita intelligendum est, ut necessarium dixerit in Oratore, pro eo quod debitum est. & cùm

dixit,

dixit, Permouere necessarium, ei qui uelit uictoriam adipisci: hoc est, oratione persuadere. Nam tota spes uincendi, in illis uehementioribus permotionibus sita est, quibus animi in quam uelis partem flectuntur.

C. F. Quid? quæstio quas'nam habet partes? C. P. Infinitam, quam cõsultationem appello: & definitã, quam caussam nomino.

C. F. *Quid? Quæstio quas'nã habet partes?) Indicatis duorum capitum partibus totius doctrinæ dicendi, iam ad tertiã se cõfert filius, hoc est, ad materiẽ subiectã oratori. nã id nomine Quæstionis intelligimus. Est enim quæstio, quã cõmuni nomine rhetores Græci ζήτημα solent appellare, quicquid ad disceptandũ proponitur, siue id de quo agitur & quæritur, à quærendo & dubitãdo appellata. Definit aũt quæstionẽ Arist. de Interpret. in hũc modũ: Quæstio, inquit, est respõsiõis petitio: ut uel propositio explicetur, uel pars altera repugnãtiæ. Cicero aũt in Academicis: Quæstio, inquit, est appetitio cognitionis: quæstionisq; finis, inuẽtio. Possumus etiã breuißimè definire, ut dicamus: Quæstio Rhetorica, est quæstio probabilis. Vniuersam oratoris materiẽ in duas parteis distribuit orator, in quæstionem scilicet infinitam,*

finitam, quæ θέσις dicitur Græcè: & definitam, quæ ὑπόθεσις. qua partitione indicat, quod antea diximus, materiem oratoris nullo proprio aut definito genere contineri. quod etiam confirmăt illa Aristotelis uerba Rhet. 1. *Rhetorica, inquit, de omni penè dixerim proposita quæstione appositè ad persuadĕdum dicere potest.* De *omni quæstione, inquit, nimirum tam definita quàm infinita: quandoquidem hæc est prima & summa quæstionum partitio. Sed illud etiam non est prætereundum, utrunq; genus non uno appellari modo. nam infinita illa, tum cōsultatio tum propositum nominatur: definita uerò, & cōtrouersia & caussa. Quid, quod etiam nomine generis infinita uocatur? Quæstio enim dicitur à Cicerone, lib. 2. de* Oratore. *Prior illa infinita idcirco appellatur, quòd nullis quasi personarum & temporum septis cōclusa & circumscripta teneatur: altera uerò definita, quòd habeat controuersiam in se, in dicendo positam, cum certarum personarum & tĕporum interpositione, quemadmodum multis in locis autor noster describit.* Hanc *autem definitā, quæ caussa dicitur, solam oratori subiectam materiem putauit* Cicero *adolescens adhuc, ut lib. 1. de* Inuentione *apparet: fortassis Aristotelem secutus, quem tunc non satis intellexit.* Nam *quemadmodum ostēdimus, Aristoteles ipse omnem quæ-*

stionem

stionem quasi materiē Rhetoricæ subiecit. Quòd si postea Rhetoricæ genera numero tria idē Aristoteles statuit, & ex ijs caussarum totidem genera: id fecit, ut ostenderet id in quo sæpius uersaretur orator, non quid posset suscipere. Quare stat sententia, eum esse oratorem, qui quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter & compositè, & ornatè, & memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. Nam etiam si materia aliarum sit facultatum, ornatus tamē & tractatio semper erit oratoris, ut copiosè ostendit Cicero de Orat. lib. 1. Hasce quæstiones suo loco exemplis illustrabimus. nam suo quæque, & idoneo loco dicenda sunt.

DE INVENTIONE.

C. F. Quoniam igitur primum est inuenire Oratoris, quid quæret? C. P. Vt inueniat, quemadmodum fidem faciat eis, quib. uolet persuadere, & quemadmodū motum eorum animis afferat. C. F. Quibus rebus fides fit? C. P. Argumētis, quæ ducuntur ex locis, aut in re ipsa insitis, aut assumptis.

C. F. *Quoniam igitur primum est inuenire oratoris.) Iam redit ad inuētionem, quæ primas*

 sibi

sibi partes, in officijs Oratoris deposcit: eius'que munus & parteis quærit. Idcirco dixit, primum oratoris scilicet officium est, inuenire. Huic duas partes subijcit pater, fidem nimirum, & motum: id est, ut doceat siue probet, & motum animis afferat. quod quidem fit, ut paulo antè diximus, tum conciliando, tum flectendo, siue permouendo. Sed quærat aliquis, an non permouendis etiam animis fides fiat? Respondeo, uerum esse. Sub fide enim, quam πίστιν *appellauit Aristoteles, tum probandi, tum mouẽdi ratio cõtinetur. Sed quoniam utrunq; separatim fieri potest, aut alterũ (nimirum motus) omitti, idcirco noster autor sub inuẽtione subijcere maluit tum fidem, tum etiam motum, & utrunq; ad persuadendũ (qui finis est oratoris & propositũ) refertur. Nam quoniam Rhetorica, ut diximus, est facultas & uis quædã perspiciendi, quid in quaq; re sit ad persuadendũ accommodatũ: iurè quærit, quid quærendum sit ad persuadendum. Quid autem sit motus & fides, postea dicet.*

C. F. *Quibus rebus fides fit?) Primũ cum dicit, fides fit, alludit ad fidei Etymologiam, quam Stoici (teste Cicerone de Offic. lib. 1.) adhibebãt: nimirũ fidem dictã esse, quòd fiat quod dictũ est. Deinde illud est obseruandum, facere fidem nihil aliud esse, quàm probare aliquid, & ratione confirmare.*

firmare. Item illud quod dixit, Quibus rebus: etsi res & uerba inuenienda sunt, tamẽ rerum inuentio & inquisitio prior esse debet, uerborum posterior. quoniam, ut ipse paulo antè dixit, propriè in rebus inuenire, in uerbis eloqui dicitur. Nam quoniam inuentio prior elocutione est, meritò rerum cura praecedit. Rerum autem nomine quid intelligat, iam suprà diximus, nimirum argumenta atq; sententias.

C. P. *Argumentis, quae ducũtur ex locis.*) *Cum* Rhetores *hanc partẽ* Dialecticae, *quae inueniẽdorum argumentorum disciplinam continet, in suis praeceptis inserunt: non idcirco faciunt, quòd eius doctrinae praecepta tradere, ad se pertinere putent: sed ut adolescentes admoneant, debere eos* Dialecticam *discere, & ad* Rhetoricã *discendam afferre. Nam quoniã multi* Rhetoricã, *pauci uerò* Dialecticã *tum discerent, prudentes uiri fonteis etiam, unde argumenta ducerẽtur, indicabant. Id ostẽditur ex eo, quod neq;* Hermagoras, *neq;* Hermogenes, *ullam horum cõmunium locorũ in suis* Rhetoricis *mentionem fecerunt, sed locos tantũ caussarum & statuũ tradiderũt. Quare factũ est, ut necesse fuerit* Ciceronem, *quoties de hac arte scriberet, semper hosce cõmunes locos saltẽ enumerare, et digitos (quod dicitur) ad fonteis intẽdere. Quamobrẽ & nos quoq; breuißima indicatione*

 con-

contenti erimus: faciemusq́;, quod Antonius lib. de Orat. 2. faciendū consulit, sedes uidelicet, & tanquam domicilia omnium argumentorum commonstrabimus: & ea breuiter illustrabimus, uerbisq́; definiemus. Si quis autem copiosiorem explicationem requirat, uel Topica Ciceronis, cum Commentarijs quæ ad ea scripsimus, legat: uel Perionij secundum de Dialectica librum. Nam quos idem Antonius appellat riuulos, id est statuum locos proprios, eos diligenter postea, & accuratè nobis ipse Cicero explicabit. Primùm igitur locos Cicero in insitos & assumptos distribuit: quæ distributio sumpta est ex primo Aristotelis lib. Rhetoricorum: Probationum autem, inquit ille, aliæ quidem expertes artis, aliæ uerò artificiosæ sunt. Expertes artis eas uoco, quæ nostra opera non pariuntur, sed extrinsecus assumuntur: ut testimonia, & quæstiones, & eius generis cæteræ. Artificiosas autem eas, quas artis præsidio discimus: & cū inhæreant in ipsa re, reperiri industria nostra, atque inde erui possunt. Ita in superiore genere, de tractandis argumentis: in hoc etiam de inueniendis, cogitandum est. quæ uerba Cicero in secundum de Oratore transtulit. Quod autem dicit, In re ipsa insitis: intelligit, in ipsa caussa, siue quæstione. Sic enim sæpe rem intelligit.

C. F. Quos uocas locos? C. P. Eos, in quibus latent argumenta. C. F. Quid est argumentum? C. P. Probabile inuentum, ad faciendum fidem. C. F. Quomodo igitur duo genera ista diuidis? C. P. Quæ sine arte putantur, ea remota appello, ut testimonia. C. F. Quid insita? C. P. Quæ inhærent in ipsa re.

C. F. *Quos uocas locos?*) *Definitionem locorum quærit filius: & respondet pater, Aristotelis uerbis.* Eos enim, *inquit libro primo: ego* Dialecticos & Oratorios *syllogismos uoco, qui ducuntur ex locis, in quibus latent argumenta: quos etiam ob id sedes argumentorum appellat, æqualiter omnibus communes. Quæ definitio* Aristotelis *est diligenter obseruanda. Communes enim appellat, quoniam locorũ alij sunt qui ad mores, alij ad naturam, alij ad ciuilem scientiam pertinẽt. Alij uerò nullius propriè artis aut facultatis sunt: quoniam nullam habent certam subiectam materiam, sed adhibentur ad omne genus quæstionis communiter tractandum, cuiusmodi sunt ij quos* Dialecticos *appellamus.*

C. F. *Quid est argumentum?*) *Nunc argumenti mentione facta, poscit argumenti definitionem.*

tionem. Nam cum argumentũ multis modis dicatur, definiẽdum erat: ut quomodo in arte hac acciperetur, intelligi posset. Argumentum igitur dicit esse probabile inuentum, ad faciendam fidem: nimirum ab arguendo, id est, ostendendo, demonstrando, & probando dictũ. ut illud Virgilij,

Degeneres animos timor arguit. —

Est autẽ probabile, id quod ferè fieri solet, aut quod in opinione positũ est, aut quod habet in se ad hoc quandã similitudinẽ: siue id falsum est, siue uerũ. de Inuent. lib. 1. Quæ definitio ex primo Rhetoricæ Aristotelis sumpta est: nec est admodum dissimilis ei, imò re ipsa idem continet, quod illa alia, quam initio Topicorũ protulit idẽ Aristoteles: Probabilia, inquit, sunt, quæ probãtur aut omnibus, aut plurimis, aut certè sapientibus. atqui ea quæ huiusmodi probãtur, aut ferè fieri solent, aut uera sunt, aut quandam ueri similitudinem habent. In probabilibus cautio una adhibenda est, ut ea generibus hominum accõmodemus. ut si de hominum genere loquamur, ea probabilia afferamus, quæ omnibus hominibus probentur, aut plurimis: sin uerò sermo fit ad priuata quædam genera hominum, cuiusmodi sunt, quæ ab ætate, patria, gente, sexu, conditione nominantur, ijs probabilib. utamur, quæ ei generi de quo agitur cõueniant. Et hoc est quod indicauit Aristot. Rhet.

lib.1. Neque igitur, inquit, Rhetorica probabile quærit eiusmodi, quod unius alicuius opinioni cō ueniat, ut Socratis, aut Hippiæ: sed quod omnibus ad quos sermo habetur, qui ita animo sunt affecti, quemadmodū etiā Dialectica. Sed dicat aliquis, an nō etiam ex ueris interdū & necessarijs, non modò ex probabilib. & uerisimilibus, conclu dit tum Dialecticus, tum Orator? Fateor id fieri posse, & interdum quoq; euenire: uerū quoniā id rarò fit, & ferè probabiliter concludit, ideo de eo loquuntur, quod sæpius accidit, & in quo potißimum uersantur. Ex maiore enim parte, pleræque res nominantur, ut Cicero ait Tusculanarū quæstionū lib.5. Idcirco de Inuēt. lib.1. Omnis aūt argumētatio, inquit Cicero, quæ ex his locis quos cō memorauimus, sumitur, aut probabilis, aut necessaria debebit esse. Probabilis: ut, Si mater est, diliget filiū: Si auarus est, negligit iusiurandū: & huiusmodi. Necessaria uerò: ut, Lac habet, igitur peperit: & quoniam cicatrix est, fuit uulnus.

C. F. Quomodo igitur duo ista genera diuidis? *) De insitis & assumptis loquitur, ut postea in partitione locorum positum est, atq; utriusque quærit formas & parteis.*

C. P. Quæ sine arte putantur, ea remota appello, ut testimonia. *) Remota appellat, quod in re ipsa non sint, sed extrinsecus assumantur.*

 Nam

Nam quicquid assumitur foris, in re ipsa non fuit. Atq; ita in Topicis *definit:* Testimonium *autem nunc dicimus, omne quod ab aliqua re externa sumitur, ad faciendam fidem. Sed non omnia pondus testimonij habent. ad faciendam enim fidem, in testimonio, uel in teste autoritas quæritur. Sed autoritatem aut uirtus adfert, aut fortuna. Nam quos aliqua uirtute præditos putamus, in eis autoritatem esse credimus. idem facimus in his, in quibus ingenium, opes, ætatem, arteis, usum, potentiam esse uidemus.*

C. F. *Quid insita?*) *Nunc non genera & parteis, sed definitionem insitorum requirit.* Et *respondet pater, ea esse, quæ inhærent in ipsa re: idest, in caussa, siue in quæstione: uel quemadmodũ in* Topicis *dixit, in eo ipso de quo agitur.* Hoc *autem intelligendum est, uel rem subiectam esse, uel quæ attributa dicuntur, ut in hac quæstione, an* Rhetorica *sit utilis, argumentum elici potest aut ab ijs quæ sunt in* Rhetorica, *ut ars, habitus,* Rhe*toricæ definitio,* Rhetoricæ *notatio, partes, caussæ, effecta, & id genus reliqua.* Itemq; *ab attributo, quòd fuit utilis: in quo eadem quæruntur ferè, quæ in* Rhetorica *quæri poße dixi.* Ergo *semper id constitutum sit, argumenta quæ eliciuntur ex ijs locis qui in re ipsa sunt, aut à subiecto, aut ab attributo, aut ab utroq; sumi posse.*

C. F.

C. F. Et teſtimoniorum quę ſunt genera? C. P. Diuinum & humanũ. Diuinum, ut oracula, ut auſpicia, ut uaticinationes, & reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, coniectorum. Humanum, quod ſpectatur ex autoritate, & ex uolũtate: & ex oratione aut libera, aut expreſſa. in quo inſunt ſcripta, pacta, promiſſa, iurata, quæſita.

C. F. *Et teſtimoniorum quæ ſunt genera?*) *Hic primò obſeruandum illud, Quæ ſunt genera, pro, quot ſunt genera?* Et reſpondet *pater, eſſe duo, diuinũ & humanũ. Sic enim ferè ob omnib. qui de* Rhetorica *ſcripſerunt, diuidi ſolent. Quãquam ſunt qui putent, Ariſtotelem diuinorum teſtimoniorum nunquam mentionem feciſſe: ſed lõgè falluntur, mea quidem ſententia.* Is *enim* Rhetoricorum *lib. 1. de teſtibus agens, cum eos diuiſiſſet in eos qui præterita, & eos qui futura dicũt,* Vates *&* Augures *nominat: iiſq́; qui de futuris teſtantur, ſubijcit, atque etiam teſtatur habere locum in conſultationibus: producit que* Themiſtoclis *exemplum, qui cum nauali prælio confligendum eſſe probare uellet,* Oraculum *interpretatus eſt, quod iubebat, ut ſeſe ligneo muro defenderẽt* Athenienſes. Ac Cicero *diuinorum genera facit,*

oracula, auſpicia, uaticinationes, item reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, coniectorum. In his oracula primum ex eo ipſo appellata ſunt, ut in Topicis definit, quod ineſt in ijs deorũ oratio: cuiuſmodi ſunt (ut ueterum gentiũ ſuperſtitionẽ omittã) quæ Deus *ipſe, aut* Genij *diuini, aut* Christus, *aut etiã eius diſcipuli ſunt loquuti.* Auſpicia *aũt, quæ ſeruabant augures, non in auib. tantũ aſpiciendis, ſed in fulminibus, tonitru, tempeſtatibus, & procellis.* Vaticinationes, *fatidicorum & uatum prænũciationes ſunt: ut* Sibyllæ, Calchãtis, *apud* Græcos: *in noſtra uerò religione, ut* Dauidis, Eſaiæ, *aliorũq; ueridicorũ minimeq; mendaciũ.* Reſponſa *ſacerdotum, ſunt rerum diuinarum interpretationes.* Sacerdotes *enim, ſiue ut in noſtra religione, theologi, & doctores, nodos religionis explicant, & de diuino iure reſpõdent.* Aruſpices *erãt, qui quæ extis animaliũ atq; præcordijs portendebantur, aperire norant.* Exta *enim à uictimis exẽpta, deorũ putabantur indicare uoluntatẽ: ſi integra & ſana, ſi corrupta, ſi deminuta, ſi qua ratione affecta.* Cõiectores, *qui ſomnia & uiſa enodabant, ac naturalia à diuinis diſtinguebant, & quid quæq; denunciarent aperire poterãt: cuiuſmodi fuere* Ioſephus *ille in* Aegypto, & Daniel Babylone. Humana *ſequũtur, quæ (ut inquit* Cicero) *ſpectantur ex autoritate, & ex uolũtate: & ex oratione*

ratione aut libera, aut expressa. Nam hæc genera sũt humanorũ testimoniorũ tria. Autoritas enim habet dignitatẽ, & præ se fert aliquid, quod imitandũ esse uideatur. quæ aũt faciãt autoritatẽ, suprà dictũ est. Volũtas aũt ualet in ijs qui ius habent statuendi, ut principes atq; alij magistratus: quorũ sunt edicta, plebiscita, senatusconsulta, leges. deinde etiam parentes idẽ ius uoluntatis habent, & magistri, & qui testamentũ facere possunt, qui aliquid mãdare, qui priuilegijs donare. Sequitur tertium, quod est Oratio: cuius duo sunt genera. Nã & libera est oratio, & expressa. libera est, quam nulla ui coacti homines proferũt: cuiusmodi sunt poetarũ, oratorũ, philosophorũ dictæ & scriptæ sentẽtiæ, ueluti cum Atheniẽses Homeri testimonio de Salamine usi sunt, ut est apud Aristot. in Rhetoricis. Sic noster Paulus cũ Athenis sermonẽ haberet, uatis Arati testimoniũ protulit, quo probaret, homines esse Dei cognatos, et cõsanguineos. Sic etiã referũtur prouerbia et apophthegmata. Sequitur alterũ mẽbrũ, de oratione expreßa. Ea est, quã inuiti aut neceßitate, aut cõditiõe aliqua impulsi proferũt: ut illa q̃ in tormẽtis siue quæstionib. miseri cõfitẽtur, aut q̃ iureiurãdo astricti dicimus, aut pturbatiõe aliqua incitati. Scripta uerò, pacta & promissa, partim ad liberã, partim ad expreßã orationẽ referũtur: cuiusmodi

modi sunt, chirographa, codicilli, stipulationes, tabulæ item accepti & expensi: quæ tamen potius liberæ orationis esse uidentur. Pactum *uerò est, quod inter aliquos cõuenit, quod iam ita iustum putatur, ut iuri præstare dicatur: de* Inuent. *lib. 2.* Vel *ut* Iuris*cõsulti definiunt, pactum est duorum uel plurium in idem placitum & consensus.* Differunt *pacta à promissis: quòd pacta minimum duorum sunt, promissum unius esse potest.* Deinde *omnia pacta promissa, at non contrà.* Postremò *pactũ firmius est, promissum debilius.* Scripta *autem, omnium genera complectuntur.* Nam *hæc omnia scribi mandariq́; literis possunt. locus communis horum omnium est, quod testimonia ad probandum, siue confirmandum ualeãt, minimum uerò ad refellendum seu negandum, nisi in diuinis.* Neq; *enim firmiter dixeris:* Huius *loci non meminit* Aristoteles, *ergo locus non est.* Assumptos *præterea locos,* Aristoteles *facit numero quinq;:* Leges, Testimonia, Tabulas, Quæstiones, & Iusiurandum: *quæ, ut uides, hac* Ciceronis *enumeratione continentur.*

C. F. Quæ sunt quæ dicis insita?
C. P. Quæ infixa sunt rebus ipsis, tũ ex toto, tum ex partibus, tum ex notatione, tum ex ijs rebus quæ quodammodo

dammodo affectę ſunt ad id de quo quęritur. & ad id totum de quo diſſeritur, tum definitio adhibetur, tum partium enumeratio, tum notatio uerbi.

C. F. *Quæ ſunt quæ dicis inſita?*) *Explicatis aßumptorum locis, iam inſitorum enumerationem poſcit, quam breuiter pater proſequitur: atq; inſitorum genus dicit ex toto appellari: ad quod quidem explicandum adhibeatur tum definitio, tum partium enumeratio, tum uerbi notatio. Ex quo ſatis liquet, totius nomine rem uniuerſam intelligi, ad diſceptandum propoſitam, quæ quæſtio ſolet appellari. Quare ex hoc loco, quēadmodū etiam ex Topicis, perſpicuū eſt, Ciceronem noſtrum nullum aliud ex toto argumentum elici docuiſſe, quàm quod aut ex definitione, aut ex partibus, aut ex uerbo ſiue uocabulo eliceret. Sed illud animaduertendum eſt, inſitorū duo eum facere genera, quorū alij ex toto, alij ex ijs rebus quæ quodāmodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur, appellentur. Cur autem huiuſmodi locos, ad aliquid affectos appellarit nouo modo Cicero, uariæ ſunt eruditorū ſententiæ. Nam alij affecta, quaſi inchoata putant: quod non ut illa ſuperiora totam rem conſignent, ſed conſociatam cum ipſa*

re naturam aliquam significent. Alij affecta, τὰ πρός τι uolunt esse: id est relata, uel quæ cum aliquo conferuntur, quòd mutua se affectione declarent, ut genus & species, item'que eodem modo reliqua. Alij affecta, cognata & propinqua intelligunt, quòd neq; prorsus remota sint, ut testimonia: neque in re insita, ut definitio, partes, nomen, sed mediæ cuiusdam inter ea naturæ. Qui quidem omnes aliquid dicunt: sed quod dicunt, non satis probãt aut declarant. Nos autem ad sua principia singula reuocantes, affecta ad id de quo quæritur, ea intelligi hoc loco dicimus, quæ rei uel materiam tantum, uel formam separatim declarant. Cum enim res quæuis naturalis, atque ad eius similitudinem, artificiosa, ex materia forma'que constet: ea erit perfecta rei consignatio, & declaratio, quæ materiam simul formamq; cõplectitur: quæ alterum tantum, hoc est, uel materiem, uel formam, imperfecta. Ex ijs igitur principijs Cicero, quum unum genus locorum fecisset, quo res tota, quasi dicas materia & forma ostenderetur, uidit aliud genus esse, quo non tota res declaratur, sed aliquid tamẽ ad eam ostendẽdam faceret: id igitur notauit, atq; à superiori genere seiunxit, proprioq; nomine donauit. Affecta enim ad rem de qua quæritur, appellauit, quasi inchoatam & imperfectam rei notionẽ, cum superioribus

Affecta

rioribus illis collata, continentia. Nam rei definitio, & partium enumeratio, & nominis natura, cum toto ipso reciprocantur, & quasi materiam cum forma cōplectuntur. In definitione enim (ut ex hac una quod uolo ostendā) genus pro materia, differētia uerò siue proprietas pro forma sumitur. Reliqui uerò loci, quos affectos uocat, aut eiusdē generis nominū collationē, aut genus tantū rei, aut generis partē, aut similitudinē tātū, aut differentiā aliquā, aut rei cōtrariū quid, aut adiūctū, aut quod antecedit rē, aut cōsequitur, aut eidē repugnet, aut quod sit rei caussa, aut effectus: aut re aliqua maius, aut minus, aut par: quæ singula, uel materiem solam, uel formam, uel affectionem quampiam ad ipsam rem declarant, rei'que notionem gignunt imperfectam. Ex quo apertè iam liquet, cur affecta sint huiusmodi appellata. Affectio enim, non perfectum habitum, sed inchoatum tantū, siue habitus principiū significat: ut in Qualitatis categoria Dialectica docet. Quæ autē hic Ad rē affecta uocat, de Oratore lib. 2. quæ rē illā de qua quæritur attingant, appellauit. Sed ut breuiter hosce locos omnes illustremus, definitionem primùm, deinde reliquos percurremus.

Tum definitio.) *Definitio igitur est oratio, quæ id quod definitur, explicat quid sit. cuius duo sunt præcepta; alterum, ut nihil desit: alterum,*

alterum, ut nihil superſit. Conſtat aũt definitio genere & differentia, aut proprietate quadam, aut communium frequentia. Definitionis communis locus eſt, Vt quæ cadunt in definitionem, ea & in rem quæ definitur cadant, & contrà. Nam definitio cum re definita reciprocatur. Exemplum: Si ueri falſiq; dijudicandi facultas tantopere expetitur, Dialectica expetenda eſt.

Tum partium enumeratio.) Partium enumeratiõ eſt, cum partibus omnibus enumeratis totũ concluditur, ſiue affirmando, ſiue negando: aut cæteris partibus remotis, una reliqua concluditur. Partes autem intelligimus tam earum rerum quæ animo percipiuntur, quàm quæ corporis ſenſib. ut leges, ſenatuſconſulta, edicta magiſtratuum, iuris ciuilis partes dicuntur: & prora, pupis, carina, malus & antennæ, nauis partes: ut nunc ſubtiliorem partium diuiſionem omittamus. Quãquam etiam tum formæ ipſæ, tum differentiæ, tum etiam accidentia, generis partes ſint: quas etiam liceat enumeratione cõcludere. Propriè tamẽ generis in formas diſtributio, Diuiſio dicitur: et Partitio, totius aut integri in ſua mẽbra. Locus cõmunis eſt: Partibus omnib. ſublatis, & totũ tolli: & iiſdẽ attributis, ſimiliter totum conſtitui. Exemplum ſit: Cicero & inueniendi & argmentandi peritus fuit: ergo Dialecticæ ſcientiam habuit.

Tum

Tum notatio uerbi.) Nota seu notatio uerbi est, cum ex ui & interpretatione uocabuli argumẽtum elicitur: sunt enim uerba rerũ notæ. Locus communis est: Cui conuenit notatio seu interpretatio uerbi, eidem conuenit & nomen. quod argumentum in utranq; partem ualet, tum ad probandum, tum etiam ad refellendum. Exemplum: Si philosophia studium est sapientiæ, & sapientia nihil præstantius: ergo omnium artium præstantissima philosophia est.

Ex ijs autem reb. quæ quodammodo affectę sunt, ad id de quo quęritur, alia coniugata appellantur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex coniunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex caussis, alia ex affectibus, alia ex cõparatione maiorum aut parium, aut minorum.

Sequuntur affecta ad aliquid, quorum primus locus est, eorum quæ cõiugata dicuntur, quæ sunt ex uerbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis uerba sunt, quæ orta ab uno uariè commutantur: ut sapere, sapiens, sapientis, sapientior, sapientissimus,

tißimus, ſapientia, ſapienter. Sed Ariſtoteles caſus uerborum, & comparationes & aduerbia, caſus propriè nominat, reliqua communi appellatione Coniugata. Locus cõmunis: Cuicunq; unũ aliquod coniugatorum conuenit, aut nõ cõuenit, eidẽ etiã cætera neceſſe eſt cõuenire, aut non cõuenire: ut, Si uitioſum eſt dicere ornatè, pellatur omnis è ciuitate eloquentia. Quod ſi eloquentia laudatur, erit etiam orator laude dignus.

Alia ex genere.) *Genus eſt, quod formas aliquas complectitur: uel notio eſt, quæ ſui ſimiles cõmunione quadã, ſpecie autem differentes duas aut plures complectitur partes: ut cupiditas. Genus ad probandam formam minimum ualet, plurimum ad refellendam. Item, totius generis affirmationem, conſequitur affirmatio cuiuslibet formæ: & totius generis negationem, omnium pariter formarũ negatio intelligitur. ut, Si nõ eſt magiſtratus, eũ tribunũ eſſe dicere nõ debes: Et ſi omnib. magiſtratib. parendũ eſt, ergo etiã tribuno.*

Alia ex forma.) *Forma eſt, quæ ſubeſt generi. Aut formæ ſunt, quæ generibus ijs ex quibus emanãt, ſubijciũtur: ut cupiditati amor, auaricia, & id genus reliqua. Forma ſiue ſpecies firmã habet generis probationem, infirmam uerò refutationem. Formis omnibus remotis, remouetur etiã genus: ut, Si neq; herbæ ſunt, neq; frutices, neq; ar-*

bores,

bores, stirpes igitur non sunt. Forma quoad suum nomen retinet, nunquā à genere seiungitur: id est, semper de ea dicitur genus. ut, Si est herba, & stirps sit oportet: Si plebiscitum, lex igitur.

Alia ex similitudine.) Similitudo est, rei positæ cum alia re collatio, qua res ipsa qualis sit ostenditur. Neque tamen necesse est, totam rem similem esse: sed ad eam similitudinem aliquam habere. Similitudinis formas tres facit Cicero in Topicis: Inductionem, collationem, et exemplum, siue fictum siue uerum. Inductio est, ex pluribus collationibus conficta conclusio. ut, Si is optimus est gubernator, qui doctus: si itē auriga, si pædagogus: etiā Reip. rector is erit optimus, qui & doctißimus. Collatio est, cū una res uni, par pari cōparatur. quēadmodum illa: Vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus, ut neruis ac sanguine & mēbris, uti non potest. Exemplum autem, est facti aut dicti, cū alicuius certi autoris nomine propositio: & est quædam inductio in paucioribus tantum consistens, quàm illa. ut, Si Sylla, si Marius, si item Iulius præsidium petiuit, quòd tyrannidem affectaret: etiam Augustus, qui præsidium petit, ad principatum spectat. Locus communis est: Similis est ratio similium.

Alia ex differentia.) Differentia quæ hic

dicitur, dißimilitudo in Topicis uocatur. Nã hæc latius patet differentia, quàm illa Dialecticorum. Est enim dißimilium rerum propria nota, ex qua aliquid dißimile demonstratur. Huius totidem sunt genera, quot similitudinis: ut, Certus dies nõ ut sacrificij, sic consilij expectari solet. Locus cõmunis est: Dißimilium dißimilis est ratio. & ille: Si rerum propositarum dißimilitudo est, idem esse non possunt.

Ex contrario.) *Contraria sunt, quæ simul in eadem re esse non possunt. Sunt autem contrariorum genera quatuor: Aduersa, Priuantia, Relata, Negantia siue disparata. Aduersa sunt, quæ in eodem genere plurimum differunt: ut, sapientia stultitia. In eodem autem genere dicũtur, quibus propositis occurrunt tanquam e regionè quadam cõtraria: ut celeritati tarditas, quorũ genus est motus. Priuãtia sunt, quæ priuationem rei quæ adesse debeat, significant. Sunt autem duplicia. alia nomine simplici & sua ui priuantia sunt: alia nomine iuncto ex* IN *præpositione. nomine simplici, ut auditus, surditas: nomine iuncto, ut dignitas, indignitas. Præpositio* In *priuat uerbum ea ui, quam haberet si* In *præpositum non fuisset. Hæc autem duplicem habent considerationem: alterã, ut priuantia: alteram, ut aduersa. sunt enim natura aduersa, coniunctione aũt priuantia. Relata*

di-

dicuntur, quæ cum aliquo conferuntur, siue quæ referuntur ad aliquid: ut simplum duplum, multa pauca, dominus seruus. Negantia *siue disparata sunt, contraria aientibus, quæ ab aliqua re per oppositionem negationis separantur: ut,* Si hoc *est, illud non est:* Sapere, non sapere: *de quibus* Dialectici, *in pronũciatorum oppositione docẽt, ea quæ appellant contradictoria, siue contradicentia.* Locus communis: *Contrarijs omnibus cõtraria conuenire: item, Contrariorum contraria sunt consequentia. Sed hoc intelligẽdum est de ijs contrarijs, quæ medium non habent. nam quæ medium habent, eorum alia est ratio: ex illis enim certò concluditur, ex his autem nihil certò concludi potest. Commune exemplum contrariorum hoc sit:* Si consul Brutus, *hostis* Antonius: *Si* Antonius *nefariè, præclarè* Brutus.

Alia ex coniunctis.) Hæc *adiũcta uocat in* To*picis;* Barbari *contingentia, siue communiter accidentia. Hic autem locus tripertitò cõsideratur. Nam in eo quæritur, quid ante rem, quid cum re, quid post rem euenerit. Ante rẽ, ut apparatus, colloquium, locus, conuiuium. cum re autem, ut pedũ strepitus, fremitus hominum, corporum umbræ, & eiusmodi alia. post rem uerò, rubor, pallor, titubatio, fuga, et si qua alia signa conscientiæ: item illa;* Restinctus ignis, gladius acutus, *cæteraq́; quæ*

ſuſpicionem facti poſſunt mouere,in quibus coniecturæ ſtatus dominatur. Locus communis: Ex *adiunctis & ſignis factum declarari.*

Alia *ex antecedentibus, alia ex conſequentib. alia ex repugnantibus.*) *Qui loci pro uno ferè ſolent haberi,quamuis tractatio eorum ſit triplex, ut Cicero in* Topicis *oſtendit: qui locus etiam ab adiunctis longè diuerſus eſt.* Nam *adiuncta non ſemper eueniunt,cōſequentia autem ſemper.* An*tecedentia ea uoco, quæ neceſſariò antecedunt: & conſequētia,quæ rē neceßariò cōſequũtur.*Re*pugnātia aūt eiuſmodi ſunt, ut cohærere nunquā poßint.* Antecedētia,*de* Orat.*li.2. etiā præcurrētia:& cōſequentia, ibidē cōſentanea appellātur.* Q*uæ aūt antecedant,quæ ue cōſequantur aut repugnent,diſcenda ex ſubtiliore doctrina ſunt.*

Alia ex cauſis.) *Cauſſa id eſſe dicitur, quod efficit id cuius eſt cauſſa:ut uenenū mortem,& ignis uſtionē.* Locus *cōmunis:*Si *cauſæ ſunt in bonis, etiam eff:ctus in bonis.erunt:*Sin *cauſæ in malis ſint, etiam effectus.* Q*ui loci reciprocantur.* Exē*plum:*Si *auariciam tollere uultis, mater eius tollenda eſt luxuries.* R*eliqua ad hunc locū pertinentia,infra docebit Cicero.*

Alia ex effectibus.) *Sunt aūt effectus,qui efficiuntur ex cauſis.*Locus *cōmunis :* E*ffectus cauſſarum naturā ſequũtur:& ut cauſſa effectū indicat,*

cat, sic quod effectũ est, quæ fuerit caussa demonstrat. Quemadmodum (inquit Christus) non potest arbor bona malos fructus ferre, nec mala bonos. Exemplũ *erit huiusmodi: Si ærarij copijs & ad belli adiumenta & ad ornamēta pacis utimur, uectigalib. seruiamus. itē, Perijt in legatione Sulpitius, ergo* Respub. *ei caussa mortis fuit.*

Alia ex comparatione.) Cõparatio est, pariũ aut impariũ collatio. ea triplex est: aut pariũ inter se, aut maioris cum minore, aut minoris cum maiore. Ex *maiore quidem locus, solũ firmus est in refutatione: qui ex minore, solum in confirmatione: qui autem ex pari, in utranq; partem ualet.* Ex *maiore quidem exemplum fit: Si Cæsarem non tulimus, quomodo feremus Antonium? Locus communis: Quod in re maiore ualet, ualeat in minore.* Ex *minore: Si ars bene dicendi tanta cura discitur, quanto maiore ratio uiuendi cõparanda est? Locus communis: Quod in minore ualet, ualeat in maiore.* Ex *pari autem: Si discere præclarum est, an non etiam docere? Locus communis: Quod in re pari ualet, ualeat & in ea quæ ei par est. Quod si non ualet in uno, nec in altero.*

Vt definitio, ut contrarium, ut ea quæ sunt ipsi, contrario'ue eius, aut similia, aut dissimilia, aut

consentanea, aut dissentanea, aut ea quę sunt quasi cōiuncta, aut ea quæ sunt quasi pugnantia inter se, aut earum rerum, de quibus agitur, caussæ: aut caussarum euentus, id est, quæ sunt effecta de causis, ut distributiones, ut genera partium, generum'ue partes, ut primordia rerum, & quasi præcurrētia, in quibus inest aliquid argumenti, ut rerum contentiones, quid maius, quid par, quid minus sit, in quibus aut naturæ rerum aut facultates comparantur.

Vt definitio, &c.) *Mirantur plerique omnes docti, quid sibi uelit hæc noua locorum repetitio. et sanè difficile est, quid in ea spectarit, quid'ue secutus sit Cicero, certò affirmare ac peruidere. Equidem, suo cuiq; iudicio relicto, duo afferā, quæ mihi diligenter cuncta uersanti uerisimiliora uisa sunt. Dicam igitur de priore meam coniecturam, deinde de posteriore. Mihi uidetur hoc loco Ciceroni id accidisse, quod & nobis accidere plerunque üidemus. Duplicem locorum enumerationem sibi proposuit, nō quòd utrāq; fortè probaret, sed ut illis descriptis, pòst diligentius utra esset retinenda iudicaret. Sed interea multa acciderunt,*

derunt, quæ eum ab huiusmodi animaduersione auerterunt. Incidit enim in turbulenta tempora tunc Caij Cæsaris, pòst Antonij & Augusti: ex quo factum esse uidetur, ut utraq; descriptio in eius αὐτογράφῳ remaneret. hinc posteri putarunt, eũ id iudicio fecisse: quare nihil mutare ausi sunt. Neq; enim debemus arbitrari, ueteres autores homines non fuisse, multaq; humanitùs in eorum scripta non irrepsisse. Multorum certè præstantissimorum uirorũ libri docere id possunt, in quibus nonnulla superuacanea, nonnulla etiam diminuta inueniuntur. Ex eo enim etiam mea hæc coniectura probari potest, quòd omnes isti loci ad superiores possunt reuocari. Nam primùm definitio continet etiam notationem, cum altera sit rei, altera nominis. Contrarium uerò, simile & dissimile, sunt superioribus tribus paria: nam dissimili nomine, etiam differentia intelligitur. Sequuntur consentanea, in quibus antecedentia & consequentia, quemadmodum etiam Perionius ostendit, continentur: in quibus consentaneis, non malè etiam adiuncta includuntur. Dissentanea uerò, sunt repugnantia. Coniuncta in secundo de Orat. appellat, quæ alibi cõiugata. Quasi pugnantia cũ dissentaneis, natura coniunguntur: ut hoc sit tantum discrimen, quòd dissentanea semper, hæc uerò non semper repugnant. Quamobrem dixit,

Quaſi pugnantia. His ſubiungit cauſſas: deinde euentus, qui nihil aliud ſunt quàm effecta de cauſſis, ut ipſemet interpretatur. Deinde diſtributiones: quo nomine enumerationẽ intelligo, ſiue partium, ſiue formarum: pòſt, genera partium, generum ue partes, quibus tum ex genere, tum ex forma argumentum intelligitur. Adduntur primordia rerum, & quaſi præcurrentia: quæ uel leuiores ſunt cauſæ, quemadmodum ipſe in Topicis ait: uel eo nomine adiuncta, quæ rem antecedunt, intelligẽda ſunt. Atque ea hoc differre poſſunt ab antecedentibus: quòd præcurrentia ueriſimilia ſunt, antecedentia neceſſaria. Poſtremo loco ſunt rerum contentiones: quo nomine comparationem intelligi, nullus ignorat, uel ex eo quòd ſequitur: Quid maius, quid par, quid minus. quam coniecturam ſi accipimus, bene habet. Aut priorem tantum deſcriptionem ſequemur, uſque ad ea uerba, Aut minorum: quæ cum illis coniugemus, quæ ſecundæ deſcriptioni adduntur, In quibus aut natura rerum, aut facultas comparantur. aut poſteriorem, omiſſa priore, quæ ab aliquo uidetur ex Topicis huc tranſlata, & adſcripta, ut in docendo inter ſe utranque enumerationem locorum conferret, ut fieri interdũ etiã à doctis ſolet. Quod ſi cui hæc coniectura nõ placet, & uelit utrãq; deſcriptionẽ quaſi

de

de mente Ciceronis retinere:tunc dicemus mentē Ciceronis fuisse,indicatis locis, ex quib. firma & dialectica argumēta sumātur,aliā locorū descriptionē magis oratoriā subijcere uoluisse:ex quib. non tam firma,sed ferè fallacia argumēta depromerētur.idq́; Aristotelis more,q in Topicis ac Rhetoricis duplicē ordinē locorū statuere uoluit:ut cū aliquid ponitur pro definitione,pro cōtrario,pro genere,atq; item in reliquis:cum tamen neq; uera definitio sit,neq; uerū cōtrariū,neq; uerū genus. quæ etiāsi ab acutis cognoscātur, interdum tamē refelli uix possunt.Quin & Cornificius ad Herē. li.2.& Cicero ipse de Inuent.li.1.uitiosas & leues argumentationes satis diligēter indicarunt: quod & hoc loco facere breuiter uoluisse uidetur,præposita singulis ferè locis particula, Vt,siue Quasi: ut intelligeremus, non esse ueram definitionē,aut uerum genus, sed his similia potius. Nam satis constat, oratores legibus illis dialecticorum & philosophorum in argumentando sese astringi noluisse: & apparentia potius, quæque in communi more uersarentur, sectatos fuisse. Quamobrem haud præter rationem fecisse dicetur, in huiusmodi locis ad Oratorum consuetudinem accommodandis. Et ut in definitione primum ostendamus,communis definitio est:Seditiosus est is, qui malus atque inutilis est ciuis.
nam

nã hoc nõ magis seditiosi, quàm ambitiosi, quàm calumniatoris, quàm alicuius improbi hominis uim describit. Falsa: *sapientia est pecuniæ acquirendæ intelligentia:* Diminuta *& leuis: Stultitia est immensæ gloriæ cupiditas. Sunt & illæ definitiones oratoriæ planè:* Pax *est secura libertas:* Historia *est magistra uitæ, lux ueritatis, uita memoriæ:* Mors *est ultima linea rerum:* Senectus *est occasus uitæ: atq; huiusmodi sexcenta, non ueræ definitiones sunt, sed potius descriptiones, haud quidem à natura rerum sumptæ, sed à rebus fortuitis, & euentis.*

Vt contrarium.) Veluti si quis celeritati debilitatem contrariam ponat, aut album fusco colori: non contrarium reuera, sed contrario simile posuerit. Nam *celeritati tarditas contraria est, & debilitati firmitas, & albo colori niger. In quo uidendum erit, quę nam contraria medium habeant, quę ue non habeant.*

Vt ea quæ sunt ipsi, contrario ue eius aut similia.) Vt hunc locum intelligamus, ponamus duo contraria, uitam & mortem: item hæc duo, uer & hyemem. uer cũ uita, cum morte hyemem coniungamus: ita uer simile erit uitæ, hyems morti, quæ uitæ ipsi contraria est. Ita uidemus ipsi contrario, quod est uita, hyemem & contrariam & similem esse.

Aut

Aut dißimilia.) Eadem accipe contraria quæ modò posuimus, et hyemem cum uita, mortē cum uere compone: quæ, ut uides, dißimilia sunt contrario ipsi; tum etiam contrarij contrario.

Aut consentanea.) Sunt hic qui malint legere, Vt consentanea, atque item in reliquis: quod ego non improbo. Sed illud aio parum referre ad locos intelligendos, siue Aut siue Vt legas: quandoquidem scimus, non de illis ueris locis, sed de uulgaribus agi, qui potius locorum similitudinem habeant, sintq; magis apparentes loci quàm ueri. Quanquam uideo, si quis Aut, in his duobus legat, & sequentia per Vt, non quidem quatuor ordines locorum, sed duos tantum statuerit: & coniuncta erunt ea, quæ consentanea appellauit: & illa quæ quasi pugnantia uocat, erunt ipsa dissentanea. Sed tamen distinguamus ea nos, & quatuor esse locos putemus: ita ut consentanea & dissentanea infirmiora sint: quasi coniuncta uerò, & quasi pugnantia, firmiora. Consentaneorū sit hoc exemplum, sumptum ex signis: ut si quis dicat de aliquo, Quoniā pallet, ægrotauit. nam eius, præter morbum corporis, multæ sunt aliæ caussæ: ut amor, metus, studium, inedia. Dissentaneorum uerò illud: Aliquem bene ualere, & malè coloratum esse.

Quasi coniuncta.) Ei bono fuit, ergo occidit.

Strepitus

Strepitus hominum, corporum umbræ fuerunt: ergo maleficiũ commiſſum eſt. Hæc enim adiũcta ſunt cum re ipſa.

Quaſi pugnantia.) ut, Studuiſſe aliquem, & indoctum eſſe.

Cauſſæ.) Niſi Argo nauis eßet, Medea non mœreret. Literæ ſunt uitandæ: nam aut deſidiam, aut arrogantiam afferunt.

Cauſſarum euentus.) Vt ſi quis dicat, idcirco aliquem literatum aut philoſophum eſſe, quòd ſit arrogans. Huc etiam pertinet, cum ex euentu factum, ſiue conſilium, aut bonum, aut malum iudicatur. Quemadmodum illa dicit apud Ouidium puella barbara:

— Careat succeßibus opto
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

Ad euentum item pertinere Cicero dicit, cum quæri ſolet, quid ex quaque re euenire ſoleat: ut ex arrogantia odium, ex inſolentia arrogantia. quem locum tractat de Inuent. lib. 1. & in oratione pro Sext. Roßio Amerino.

Vt diſtributiones.) Id eſt, enumerationes, in quibus aliquid aut redundat, aut deeſt: quarum fallaciam oſtendit Cornif. ad Herenniũ lib. 2. ut ſi quis dicat: Duæ res ſunt iudices, quæ omnes ad maleficium impellunt, Luxuries & auaricia. Sunt enim alia permulta: ut amor, ut ambitio, ut metus.

tus. Item: Tria sunt quæ omnes homines solicitant, metus, cupiditas, ægritudo. satis enim fuerat, dixisse metum & cupiditatem: quoniam ægritudo, cum utraque re coniuncta est.

Vt genera partium.) *Vt si quis dicat, uitam immortalitatis esse genus, & aerem uenti, cum eius potius affectio sit: de quibus* Arist. Top. lib. 4. *Quoniã in genere & forma multis peccatur modis: idcirco diligentius tradit.*

Generum'ue partes.) *Vt si posita modò exẽpla inuertãtur, et dicatur immortalitas uitæ pars, & aeris uentus.*

Vt primordia rerum.) *Sunt leues caussæ, de quib. in* Top. Cicero: *ut si quis ex colloquio amorem, ex amore flagitium colligeret, quibus oratores ad mouendam suspicionem sæpe utuntur. idcirco addit,* In quibus inest *aliquid argumenti, id est signi. Sic enim etiam certiora signa infrà appellabit, quæ Græci τεκμήρια uocant.*

Vt rerum contentiones.) *Id est, comparationes uehementiores: cuiusmodi potius ad ornandũ & amplificandum, quàm ad probandum assumũt oratores, quanquam utrunque faciant:* Cornif. lib. 4. *ad Herennium.*

In quibus aut naturæ rerum, aut facultates cõparantur.) *Naturæ rerum, id est, res ipsæ: ut aurum auro, homo homini, equus equo comparatur:*

paratur: aut facultates, id est, rerum attributa, siue efficiendi uires, ut ex quantitate, ut ex qualitate, & cæteris eiusdem generis. Hæc duo capita, Naturæ & facultates, continent illa quatuor, quæ in Top. comparationi subijcit Cicero: numerum uidelicet, speciem, uim, & affectionem: ita ut numerus & uis ad facultates referantur, species ad naturam, affectio ad utrunq;. de quibus copiosè in Commentariolis nostris ad Topica Ciceronis.

C. F. Omnibus'ne igitur ex his locis argumēta sumemus? C. P. Imò uerò scrutabimur, & quæremus ex omnibus: sed adhibebimus iudiciū, ut leuia semper reijciamus, nonnunquam etiam communia prætermittamus, & non necessaria.

C. F. *Omnibus'ne igitur ex ijs locis argumēta sumemus?*) *Videbat adolescens Cicero, magnā sibi locorū propositam syluam. dubitauit igitur, an omnia ex omnibus sumenda essent. Quamobrem rogat patrem, ut suo iudicio hanc sibi copiā & uarietatem distinguat.*

C. P. *Immò uerò scrutabimur.*) *Quoniam idem est officium in hac re dialectici & oratoris, id faciendum esse monet Cicero Oratorem suum, quod Dialecticum Socrates, ut in perpetuo quasi uenatu*

uenatu'uerſetur. Nam illud primum intelligendum eſt, nec ullam eſſe diſputationem, ullam'ue quæſtionem, in quam non aliquis locus incurrat: neq; ferè omnes locos incidere in omnem quæſtionem: & quibuſdam quæſtionibus alios, quibuſdam alios aptiores eſſe. Percurret igitur omnes orator ille, utetur aptis generatim: nec inueniet ſolum quid dicat, ſed etiam expendet. Nihil enim feracius ingenijs, ut Cicero in Oratore ait: ijs præſertim, quæ diſciplinis exculta ſunt. ſed ut ſegetes fœcundæ & uberes non ſolum fruges, uerùm herbas etiam effundunt inimiciſſimas frugibus: ſic interdum ex illis locis aut leuia quædam, aut cauſſis aliena, aut non utilia gignuntur, quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Quamobrem excitanda eſt diligentia, & iudicium acuendum, ut qui loci in quāq; quæſtionem apti ſint & utiles, intelligatur. Hæc duo hoc loco requirit Cicero: diligētiam, cum dicit, Scrutabimur & quæremus: alterum cum dicit, Adhibebimus iudicium. Diligentia excitatur quærendo, audiendo, legendo, diſputando, ſcribendo. his enim copia locorum comparatur, ad quam copiā deinde iudicium adhibendum eſt. Eſt autem iudicium, eorum quæ inuenta ſunt, ordine certo collocandorum ſcientia. nam niſi ex copia, delectus haberi non poteſt. Ex hac igitur tanta copia, no-

strum iudiciũ instruit Cicero, ut leuia semper reijciamus: nonnunquã etiam cõmunia prætermittamus, & non necessaria. ex quib. uerbis colligimus, tria esse genera argumentorum, quæ depromuntur ex locis. Nam alia leuia sunt, & quæ hostem ferire nõ poßint: alia cõmunia, alia uerò necessaria. Leuia dicuntur, quæ pondus non habent, quæq; artificis ingenium minimè præ se ferunt: nec hærent, cum in aduersarium contorquentur. Communia uerò appellantur, aut quibus etiã aduersarius uti potest: aut quæ tametsi probabilia appellentur, tamen cõfirmanda sunt antequã ex eis aliquid cõcludatur. cuius genera facit Cicero de Inuẽt. li. 1. Signum, credibile, iudicatũ, cõparabile: quorũ explicatio illinc petẽda est. Necessaria deniq; & firma, utiliaq; ea sunt, quæ quod uolumus, sine dubitatione cõcludunt, ut ab antecedentibus & cõsequẽtib. ueris, ut ex genere & forma, ex caußis & effectis, atq; etiam ex definitione. Itaq; necessarijs semper utendum erit, communib. interdũ pro caussæ utilitate: leuibus uerò uix, & non nisi coactus dabit locum in sua oratione prudens orator, nisi fortaßis ridiculi caussa, aut si in turbam conijciantur: ut Imperator bonus, seruis, aut imbelli iuuentute, ad bellum non nisi neceßitate coactus utitur. Quod si leuib. utendũ sit, ea erit collocatio quæ copiarũ eße solet, ut grauißima queq;

quæq; initio collocẽtur, atq; etiã in subsidio: reliqua uerò in mediũ cõijciãtur, ut quasi aliorũ robore ualeãt. Quin etiã illud in necessarijs & firmis faciendũ esse, Cicero lib. de Orat. 2. præcipit, ut si ea ualde multa sunt, ea quæ ex ijs aut leuißima sunt, aut alijs grauiorib. cõsimilia, secernãtur, atq; ex oratione remoueantur, neque tam numerentur, quàm expendantur.

C. F. Quoniã de fide respõdisti, uolo audire de motu. C. P. Loco tu qui dẽ quæris: sed planius quod uis explicabitur, cum ad orationis ipsius quæstionumq; rationem uenero.

C. F. *Quoniã de fide respõdisti, uolo audire de motu.) Duæ partes inuẽtionis propositæ fuerũt, fides et motus. Sed quoniã quib. ex locis fides fiat, dictũ est, iã ordine de motu quærit filius, ut inuẽtionis utrãq; partẽ intelligat. Verùm non omnia quouis in loco dicẽda sunt, & explicãda: idcirco pater interrogãdi ordinẽ, quẽ sequitur filius, probat: sed tamẽ alibi planius & cõmodius explicari poße indicat, nimirũ cum ad orationis partes, & quæstionũ siue causarũ genera uẽtũ fuerit. Nã cũ duæ partes orationis ad impellẽdos animos ualeant, principiũ & peroratio: itemq; cũ generibus caussarum fines quidam propositi sint, qui moti-*

bus animorum contineantur: perspicuum est, in illis explicãdis, & de motu quoq; esse docendum. Valet hoc præceptum Ciceronis, ut intelligamus eos in ratione docendi peccare, qui ubi alicuius rei fit mentio, omnia quæ de ea tradi poßint, docere uolunt. Est enim, ubi definitio tantum adhibenda sit, ubi etiam diuisio: est etiam, ubi nihil sit dicendum. Huic contrarium uitium est, cum locus maximè requirit explicationem, nihil dicere, & tanquam scopulum præteruehi.

C. F. Quid sequitur igitur? C. P. Cũ inueneris, collocare: cuius in infinita quæstione ordo est idem ferè, quem exposui locorum. In definita autem adhibẽda sunt illa etiam, quæ ad motus animorum pertinẽt. C. F. Quomodo igitur ista explicas? C. P. Habeo communia præcepta fidem faciendi, & commouendi.

C. F. Quid sequitur igitur?) Deiectus adolescens de proposito interrogandi ordine, non satis meminit quò sit redeundum, quæ'ue pars officij oratorij sequatur. Sed pater illum ad id quod est quærendum reuocat, nimirum ad collocationem. ea enim est in officio oratoris pars secunda: quæ etsi ad uerba quoque pertineat, tamen, ut suprà dictum

dictum est, rerum est propria: id est, argumentorum, & partium orationis. Verùm hic de argumentorum tantum ordine præcipit. Facit autem ordinem duplicem: alterum naturalem, alterum consilij & prudentiæ. Prior ille ordo in infinita quæstione tractanda ferè seruatur: is est, cum aliqua quæstio uel probanda, uel refellēda sumitur. Primùm ea argumenta adhibentur, quæ in insitis locis latent: atq; à definitione exorsi, ad alios eo ordine quo expositi sunt, progredimur: deinde si opus sit, ad assumpta delabimur. nam quæ in re ipsa sunt, siue naturalia, aduenticijs & extra rei naturam positis, priora esse intelliguntur. Alter aũt ordo qui pendet ex oratoris prudentia, & caussæ utilitate, ad definitam quæstionem refertur: in qua non solum docetur auditor, sed etiam uariè concitatur. Quare in hac quæstione, dispositio ipsa argumentorum ad motus animorum est inflectenda. id quomodo & faciendum, & intelligendum sit, sequentibus præceptis explicabit.

C. F. *Quomodo igitur ista explicas?* C. P. *Habeo communia præcepta fidem faciendi, & commouendi.*) *Non fidem faciēdi ut in infinita quæstione, sed ut in definita, siue caussa: in qua non fides sola, ut dixi, sed motus quoq; quæritur. Communia autem præcepta dicit, quoniam sunt etiam propria, quæ ad caußarum status & proprias a-*

ctionum quæstiones, imò etiam ad ſingulos homines, & ſingula crimina pertinent. Præterea etiam communia, quod ex communi & in medio poſita doctrina phyſica, in qua de animo diſſeritur, repetenda ſunt.

DE COLLOCATIONE, *ſeu Diſpoſitione.*

Quoniam fides eſt firma opinio, motus autem, animi incitatio, aut ad uoluptatem, aut ad moleſtiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem: tot enim ſunt motus genera, partes plures generum ſingulorum, omnem collocationem ad finem accommodo quæſtionis. Nam eſt in propoſito finis, fides: in cauſſa, & fides & motus. Quare cum de cauſſa dixero, in qua eſt propoſitum, de utroque dixero.

Fides

Quoniam fides eſt firma opinio.) Hanc definitionem fidei ſumpſit ex quarto Topicorum Ariſtotelis: *Fides, inquit, eſt in opinione: ſiquidem firmitas opinionis eſt, ex quo efficitur, opinionem credere. Item codẽ libro poſt multa oſtendit, fidẽ ſcientiam dici poſſe: Si ſcientia eſt, inquit, & is qui ſcientia præditus eſt, quia ſciat, credit: profe-*

ße scientia fides sit neceße est. Quo in loco uidere licet, scientiam pro opinione esse positam. Sed uidendum est, quomodo fides dicatur opinio, an ut pars, an ut nomen idem significans? nam certum est, hic fidem non ut iusticiæ partem, sed pro persuasione capi, quæ fit argumentis, ut antè uisum est. non est autẽ dubium, quin fidem uoluerit Cicero definire, & genere aliquo & proprietate definitionem constituere. Erit itaque opinio, genus: firma uerò, proprietas, qua hæc opinio tum ab errore, tum ab opinione imbecilla secernitur, ut Fides sit uehemens de aliqua re opinio. Nam omnis animi cognitio aut ex probabilibus, aut ex necessarijs gignitur. Quæ ex probabilibus fit, opinio: quæ ex necessarijs, sciẽtia propriè nominatur. Opinioni subijcitur coniectura, ars, fides: & si ex falsis, error. Sed cur firma dicitur, cum ea tantum firma dicatur, quæ ex certis necessarijsq; cognitio efficitur? Quia cum reliqua ex probabili tantum ratione oriantur, fides tum à probabili ratione, tum ab autoritate prouenit. Fides igitur cum alijs opinionis partibus, quæ infirmiores sunt, collata, firma est opinio: cum certis, ueris, & neceßarijs, infirma & imbecilla. est autem opinio, notitia eorum quæ sensibus deprehensa sunt, & memoria conseruata: uel ratione probabili inducta cognitio.

Fides quo [illegible] descripta

Motus autem animi incitatio.) Breuißima est motus definitio. Pleniores si quis requirat, legat nostri Ciceronis Tusculanas quæst. lib. 4. De animorum perturbationibus loquitur: quæ quidem nõ essent necessariæ, si legib. omnia in caußis agerẽtur, quemadmodũ Athenis in Areopago fieri solitũ legimus: ubi prohibebãt, Oratorẽ quicquã extra causam dicere. Extra aũt caußã intelligebant esse animorũ istas permotiones: fidem uerò propriã esse caussarũ. neq; enim cõuenit iudicẽ distorquere ad indignationem, uel inuidiam, uel misericordiam. id enim est, ac si quis eam qua usurus est regulam, obliquam ac tortuosam efficeret. Cur igitur (dicat aliquis) in motu tantum posuere ueteres oratores? Dicam. Si boni uiri fuerunt, idcirco motus, & illas amplificationum faces, ad impellendum iudicem, in eam partem à qua ueritas staret, & ius, adhibuerunt. Sin improbi, ut in quã uellent partem quo iure quaq; iniuria flecterent, & uictoriam siue iustam siue iniustam auferrẽt. Omnis igitur ratio permouendorum animorum (ut mihi quidem uidetur) ad auditorum naturã & mores accommodanda est. Si enim talis sit, ut sua sponte æquitatem sequatur, satis erit docere, rem aut esse, aut non esse, aut factam aut non factam fuisse. Sed si auditor talis erit, qui nisi malo coactus ueritatem sequi nolit, omni permotionũ

genere

genere impellēdus erit, ut quod uerum et æquum est, huiusmodi machinatione amplecti cogatur. Hac igitur de caussa, sine reprehensione, uti animorum permotionibus licet. Nunc quæ genera ponat Cicero, uideamus. Ponit autem quatuor: uoluptatem, molestiam, metum, & cupiditatem. quarum definitiones, & genera ijs subiecta, ex Tusculanarum libro 4. sumendæ sunt. Sunt autem harum quatuor duæ, quæ in præsenti opinione cernuntur, uoluptas scilicet, & molestia: duæ autē in rei futuræ opinione, metus & cupiditas. Voluptatem interdum etiam lætitiam uocant, & molestiam ægritudinem, & metum timorem, & cupiditatem libidinem. Illud autem magis operæprecium est intelligere, cur quatuor genera faciat Cicero, cum Aristoteles duo tantum fecerit Rhet. lib. 2. ægritudinem nimirum & uoluptatem. Sed illud intelligendum est: Philosophum sub uoluptate cupiditatem, sub ægritudine metum etiam, ut mea opinio fert, comprehendisse. Qui præterea in singulis tria docet esse consideranda: qui (exēpli caussa) ira afficiantur: deinde, quibus irasci soleant: tertium, quas ob res homines irascantur. nam si unum aut alterum tantum habeamus, & non omnia teneamus, nullo modo fieri poterit, ut animos audientium ad iram impellamus: quod de reliquis etiam perturbationibus sentiendum est,

Idcirco idem philoſophus hæc tria diligenter ibidem explicat: qui locus eſt ab eo, qui uelit hac facultate præditus eſſe, pernoſcendus. Quanquam etiam Cicero de Oratore lib. 2. eundem non ineleganter explicauit. Oriuntur autem animorum motus ex ea animi parte, ſiue facultate, quæ rationis expers dicitur, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, nos appetitum appellamus: in qua parte irarum exiſtit ardor, ut Cicero de Diuinatione loquitur. Nam in participe rationis parte, quæ λογικὴ dicitur Græcè, ponunt tranquillitatem, id eſt placidam quietamque conſtantiam: in illa altera, motus turbidos, tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicosq; rationi, quæ λόγος appellatur.

Omnem collocationem ad finem accōmodo quæſtionis.) *Quomodo ad finem quæſtionis collocatio accōmodetur, ſuprà dicere cœpimus, nec abſoluimus tamen: quemadmodum nec Cicero, nec ſuperiore, nec hoc loco abſoluit: ſed abſoluet in ſequentibus, unà cum ipſis generibus cauſſarum. Nunc autem, qui fines duobus quæſtionum generibus propoſiti ſint, breuiter indicat. in propoſito enim, fidem tantum ſpectari dicit: in cauſſa uerò, & fidem & motum. In quo primum illud uidendum eſt, cur ad propoſitum non pertineat motus? Ad quod primùm dicimus, id fieri, quia cum perſonis, & reliquis maximis attri-*

attributis propositum careat, in quibus caussæ motus existunt, perspicuum est, cur ad propositum motus non pertineat. Quod si quis dicat, in rebus etiam ipsis, non modò in personis, inesse motum: id nec nos negamus, sed ea ratione, si res ipsæ in personis ponantur, & in eis considerentur: alioqui res ipsæ per se, & simpliciter, omnis motus expertes omnino sunt.

Quare cum de caussa dixero, in qua est propositum, de utroq; dixero.) Hic uides apertè, Ciceronem *in caussis ipsis, in quib. sunt personæ, propositum non nudè nobis considerandum proponere, ut oratorio more propositum ipsum cum suis attributis ad aliquem reuocet motum. Sed quæritur, quomodo in caussa propositum esse dicatur? Multi multa afferunt: sed mihi uidetur Cicero ipse seipsum explicare.* Dixit enim proximè, *in caussa & fidem & motum ineße. Atqui fides ad propositum pertinet propriè: quæ cum sit etiã in caussa, ergo etiam propositum in caussa erit. Quanquam illud etiam possumus dicere, ita esse propositum in caussa, ut genus est in specie, quod Fabio placuit: uel ut pars in toto.*

C. F. Quid habes igitur de caussa dicere? C. P. Auditorũ eam genere distingui, Nam aut auscultator est modò,

modò, qui audit, aut disceptator: id est, rei sententiæque moderator, ita ut delectetur, aut statuat aliquid. Statuit autē aut de præteritis, ut iudex: aut de futuris, ut senatus. sic tria sunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis: quæ, quia in laudationes maximè conferatur, proprium habet iam ex eo nomen. C. F. Quas res sibi proponet in istis tribus generibus orator? C. P. Delectationem in exornatione, in iudicio autē sæuitiam, aut clementiam iudicis: in suasione autem, aut spem, aut reformidationem deliberantis.

Quid habes igitur de caussa dicere?) Cum igitur in caussa propositū contineatur, & ad caussam omnia referantur: quot sint genera caussarum primùm, deinde qui fines, & quomodo ad eos fines collocatio omnis accommodanda sit, dicendum est. Et *hoc est quod quærit à patre filius. Sed ut Ciceronem melius intelligamus, Aristoteles cum Cicerone coniūgendus est. Nam & ex eius fontibus hæc omnis caussarū doctrina, ut pleraq; alia in his Partitionibus, emanarūt. Primùm*

igitur

igitur sciendum est, tot esse genera caussarum, quot auditorum genera reperiuntur. necesse enim est, ut is qui audit, uel auscultator tantum sit, uel etiam disceptator. Disceptator uerò bipertitò intelligitur: aut qui in senatu, uel in concione dicentem audit, aut in foro. in senatu, ut senator: in concione populus, in foro autem iudex. At uerò auscultator de oratoris facultate iudicat in laudatione, aut uituperatione. ex quib. tria genera caussarum effecta sunt: Iudiciale, Deliberatiuum, & Demonstratiuum, quod quia in exornandis laudandis'que maximè claris uiris confertur, proprium iam habet ex eo nomen, & exornationis genus, à meliore scilicet parte, appellatur. His autem generibus magno ueterum consensu tria tempora proponuntur: Demonstratiuo præsens, Deliberatiuo futurũ, Iudiciali uerò præteritum. Et quoniam caussa ex tribus constat, ex eo qui dicit, ex materia de qua dicitur, et ex eo apud quem uerba fiunt: in his trib. alij atq; alij fines sunt cõsiderandi. Nam si eum qui dicit spectemus, is in singulis caussarum generib. & auditorum aliud atque aliud spectat. In rebus autem ipsis, id est, in generibus caussarum, separatim hæc sunt consideranda: in demonstratiuo honestum & turpe, in deliberatione utile & inutile, in iudicio æquum & iniquum. Sin uerò auditores ipsos respicias, in

exor-

exornatione delectationẽ, in deliberatione spem aut reformidationem, in iudicijs sæuitiam aut clementiam sibi proponet orator. Ergo iam constat, *materiem oratoris in iudiciali genere esse æquitatem aut iniuriam, in laudationibus honestatem, in consultationibus utilitatem. Sunt igitur in demonstrationibus quinque consideranda: laus & uituperatio, honestum & turpe, & quintum delectatio. In deliberationibus sex: suasio & dissuasio, utile inutile, spes et metus. In iudicijs totidem: accusatio, defensio, ius, iniuria, sæuitia, clementia. Sed tamen non ita hæc quæ diximus omnia intelligenda sunt, quasi mutare quicquam non liceat: commutantur enim & miscentur fines ipsi ita, ut in deliberationib. etiam de honesto agatur, & in iudicijs de utili, & in exornationibus de æquitate. Itemq; de temporibus idem dicendum est. nam & qui suadent, præterita reuocant in memoriam: & qui laudant, de futuris coniecturã faciunt: & præterita reminiscẽtes commemorant. Sed de ijs, suis locis plura.*

C. F. Cur igitur exponis hoc loco genera controuersiarum? C. P. Vt rationem collocandi ad finem cuiusque accõmodem. C. F. Quonam tandem modo? C. P. Quia qui-

quibus in orationibus delectatio finis est, uarij sunt ordines collocandi.

C. F. *Cur igitur exponis hoc loco genera controuersiarum?*) *Caussarum genera quæ essent, & unde orirentur, docuit proximè pater: itemq́; in singulis, qui fines propositi essent. Quare cum non intelligeret filius, quorsum hæc controuersiarum distinctio facta esset, cum hæc pertineant ad quæstionum explicationem, quæ postea tradetur: doceri cupit, cur pater anteuerterit, & hoc loco potius quàm illo exposuerit.*

C. P. *Vt rationem collocandi ad finem cuiusque accommodem.*) *Finis in omni re præstãtißimus est, & propter finem aguntur omnia, ad eumq́; referuntur. Itaq; respondet pater, se idcirco controuersiarum genera distinxisse, propter collocationem. Nam si collocatio & dispositio omnis ad finem accommodari debet, & fines ipsi in controuersijs inueniuntur, igitur controuersiæ ipsæ fuerunt indicandæ: ut illis inuentis, ab ipsis ad fines ipsarum, tanquam manu duceretur oratoris collocatio.*

C. F. *Quonam tandẽ modo?*) *Vtile est, quod nunc scire cupit adolescẽs Cicero: nimirum methodũ ipsam, & rationem in singulis generib. ad finem*

finem omnia collocandi, quam hic Cicero pater paucis & perspicuis præceptis tradit, quo facilius memoria retineri poßint.

C. P. *Quia quibus in orationibus delectatio finis est, uarij sunt ordines collocandi.*) Varij, *nimirum quatuor, in exornatione scilicet: de ea enim loquitur, cui delectatio finis est.*

Nam aut temporũ seruantur gradus, aut generũ distributiones, aut à minoribus ad maiora ascendimus, aut à maioribus ad minora dilabimur, aut hæc inæquabili uarietate distinguimus, cum parua magnis, simplicia coniunctis, obscura dilucidis, læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus, quæ in exornationem cadunt omnia.

Nam aut temporum seruantur gradus.) *Etsi multis modis in collocando temporis ordinem sequi licet: tamen illud est præstantißimum, cum in laudando uel uituperando, ætatum ordinem sequimur: & ut quidq; primum, aut secundum, aut postremum gestum, dictum'ue est, recẽsemus. à pueritia siue infantia in hac ratione exordimur: deinde adolescentiæ facta commemoramus: postmodum, qualis quisq; uir fuerit: & postremò, cuiusmodi*

modi extiterit eius senectus. Et *si ulterius progredi uolumus, quid in morte, & post mortem acciderit, narrabimus.* Possumus *etiam ita distribuere tempora, in ea quæ sine nobis extiterunt: cuiusmodi sunt patria, genus, parentes. tū quæ nobiscū, quæ pars totam hominis uitam complectitur. postremò quæ post nos facta sunt, nostra tamē caussa: ut funus, luctus, laudatio, pompa, sepultura.*

Aut generum distributiones.) Nimirum *cum multa & uaria facta in propria uirtutum genera digeruntur: ut quid prudenter, quid iustè, quid fortiter, quid temperanter, clementer'ue aliquis fecerit, aut etiam contrà: sic enim* Cicero *infrà interpretatur.*

Aut à minoribus ad maiora.) Hoc *tertium est præceptum collocandi, à comparatione sumptū. idq; duobus modis: aut à minoribus ad maiora scandendum est, quod fit in amplificando: aut à maioribus ad minora descendimus, quod fit extenuando.* Aliquando *etiam facta alicuius ita distribuimus, ut alia sint maiora, alia minora: quod facit* Cicero *in secunda* Philippica, *ubi leuiora præponit, & ad grauiora sensim ascendit.*

Aut hæc inæquabili uarietate distinguimus.) Hic *est quartus & ultimus collocandi modus, qui sumitur à uaria rerum contentione.* Varia *inquā est rerum aut dißimilium, aut contrariarum. nam*

quoniam in hoc genere delectatio quæritur, & nihil magis ad delectationẽ facit quàm uarietas, ut etiam ad satictatem similitudo, perspicuum est, hac uarietate potissimum oratores delectationem & suauitatem aucupari. Huius quarti præcepti quinque sunt loci, siue contentionum genera: quorum primum est, cum parua magnis comparantur: secundum, cum simplicia coniunctis: tertium, cum obscura dilucidis: quartum, cum læta tristibus: quintum, cum incredibilia credibilib. & probabilibus miscemus & condimus. quæ singula sic intelligenda sunt. Primum hæc omnia ad facta & hominum gesta referenda sunt, in quibus quædam sunt parua, uelut quæ homines aut à fortuna, aut ab hominibus adiuti fecerunt. contrà, ea magna dicuntur, quæ quis per se sine fortunæ aut aliorum adminiculo gessit: in quibus duobus uersatus est Cicero, laudando Cæsare, pro Marcello.

Simplicia coniunctis.) Hunc locum nec Strebæus, nec Daniel Barbarus, nec Latomus intellexerunt, neq; alius quisquam eorum qui Partitiones hasce adhuc scriptis explicarunt: unum Sturmium excipio, qui Aristotelicum esse uidit. Aristoteles enim lib. 3. Rhet. de narratione demonstratiui generis præcipiens, unum genus facit simplex

plex & perpetuum, cum res scilicet antè ordine narrantur, postea seorsim confirmantur, aut amplificantur: neque enim hæc narratio interrupta est interiectis rationibus, quibus singula probentur. sic enim ex diuersis esset coniuncta. Alterum *genus simplici & continenti cõtrarium est, quod Cicero coniunctum, Aristoteles uarium, multiplex, et minimè exile uocat. Fit autem hoc genus, cum statim singulis rebus expositis, singulas rationes & argumenta interponimus. Quis enim non uidet, huiusmodi orationem esse uariam, & quasi multiformem? quæ partim ex narratione, partim ex confirmatione rerum expositarum constat. narratio enim ac probatio res dissimiles sunt.* Vt *igitur illa plana simplex'que, sic hæc coniuncta, uaria'que est.* Hoc igitur genus Cicero, *secutus Aristotelem, probat, in quo simplicia, id est res gestæ, & facta, coniunctis rationibus intexìmus, quod quidem tum ad delectationem, tum ad memoriam ualet. nam quæ simpliciter omnia narrantur prius, pòst confirmantur, difficulter memoriæ mandari solent, ut idem Aristoteles ibidem ait. Sequuntur obscura & dilucida. Sunt enim quædam paucis nota, ut quæ domi & apud priuatos homines gesta sunt. item quæ in aperta luce, & in oculis omnium: ut quæ in bello, in administranda* Republica

siue causæ siue tẽpora sunt, quib. principiũ adhibeatur, ut docet Arist. li. 3. *Hæc aũt sunt: persona, uel deliberãtis scilicet, uel eorũ qui antè dixerũt, si calũnijs aut cõtumelijs egerũt: aut cũ rẽ maiorẽ, minorẽ esse ostẽdere uolumus, quàm alij putẽt. aut postremò ornatus et decori cuiusdã causa, ne nimis præruptè in causã ingredi uideamur.*

Nec *multum sanè sæpe narrandũ est.*) Narrationem *quoq; ut principium,* Aristotelẽ *secutus, non necessariam in genere deliberatiuo esse censet. cuius rei rationem affert, quod narratio præteritarum rerum aut præsentium sit, suasio uerò futurarum.* Et *rectè quidem, si rei naturam spectemus. nemo enim narrat, nisi fortaßis uaticinatione quadam, res futuras.* Sed *tamen non sine caussa dixit* Cicero, Nec *multum sæpe. interdum enim narrandum omnino est, aut reprehendendi, aut laudandi, aut confirmandi, aut memoriæ causa: ut tradit* Aristot. *lib.* 3. *His autem caußis exceptis, ad fidem & ad motum adhibenda est omnis oratio.* Quibus *uerbis confirmatio sententiæ, & peroratio intelliguntur: in fide quidem confirmatio, in motu autem peroratio.* Huc *conferenda sunt, quæ antea de duplici ordine partium orationis diximus: altero nimirũ naturali, altero libero, cuiusmodi suasionis hæc collocatio à* Cicerone *proposita est.*

C. F. Quid? in iudicijs quæ est collocatio? C. P. Non eadem accusatoris & rei: quòd accusator rerum ordinem prosequitur, & singula argumenta quasi hasta in manu collocata uehementer proponit, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, testimonijs, accuratusque in singulis commoratur: perorationisq́; præceptis, quæ ad incitandos animos ualent, & in reliqua oratione paululũ digrediens de cursu dicẽdi, utitur, & uehementius in perorando. est enim propositum, ut iratum efficiat iudicem.

C. F. *Quid? in iudicijs quæ est collocatio?*) *Iam qui sit ordo in genere iudiciali, quod tertium est caussarum genus, requirit filius.* Et *respondet pater, non eundem esse accusatoris & rei. Cur autem non sit idem ordo, quæri posset.* Et *respõdendum est, quia fines sunt diuersi: accusator enim seueritatem, clementiã reus sibi proponit.* Quod *cum ita sit, ut etiã quæ in fines ipsos referũtur, diuersa sint necesse est.* Est *aũt ordo rerũ tã in accusatione quàm in defensione duplex, & partiũ orationis,*

tionis, & argumentorum. Principia *autem, accusator ad attentionem, & securitatem iudicum accommodat.* Est *enim propositum (inquit noster) ut iratum efficiat iudicem.* Quare *principio nullo utitur ad conciliandum iudicem.* Et hoc *est, cur* Cicero *nihil de principij collocatione accusatori præcipit, sed reo tantũ.* Deinde *ex eo quod præcipit de peroratione, quid in exordiendo faciendũ sit, intelligi debet.* Differt *autem principiũ à peroratione: quòd cum motus animorum utraque in parte requirantur, in principijs tantum impelli iudicem leuiter oporteat, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio: in perorationibus uerò omnes permotionum faces iaciẽdæ, ut* Cicero de Oratore *secundo docet.* In *narratione uerò accusator rerum gestarum ordinẽ prosequitur, sed ita tamen, ut ea interpuncta suspicionibus sit, & membratim digesta: quod etiam faciendum in argumentis est. nam singulatim efferenda sunt, uerùm & motu incitata, & munita rationibus.* Et hoc *est quod dicit, singula argumẽta quasi hasta in manu collocata uehemẽter proponit.* Hastas *enim argumẽta uocat, quæ sine hamẽtis & oratoris lacertis infirma sunt & leuia: id est, sine cõfirmatione & amplificatione.* Quod *autem dicit,* Concludit *acriter: de argumenti conclusione intelligit, quæ conclusio, quam* Græci *συμπέρασμα uocãt, pro-*

posito

posito atq; assumptione acrior esse debet. Quæ enim sunt acria, sensum asperitate mouent: & acre telum dixit poeta, quod acutum est, atque altius infigitur. Translata sunt hæc. nam cum proponitur argumentum, tum explicari atq; depromi telum dicitur: cum uerò assumitur, & ad personam accommodatur, id est telum uibrare, & in aduersarium intendere. At ubi iam concluditur, tunc deniq; totis uiribus in hostem contorquetur. Grauitatem igitur reliqua poscunt, sed acrimoniam conclusio.

Confirmat tabulis.) *De confirmatione accusatoris loquitur, quæ assumptorum locis instruenda est: non quòd insita non sint adhibenda, nam ex eis argumēta deprompta sunt: sed quòd assumpta insitis adiungenda sint. Quæ enim hic nominat Cicero, tabulæ, decreta, testimonia, in locis quæ remota dicuntur, latent.*

Accuratiusq; in singulis commoratur.) *Commoratio inter orationis quidem ornamēta numeratur: uerùm hic non quomodo fiat, sed qui sit eius usus, aptaq; collocatio, præcipitur. Idem intelligi debet de digreßione, cuius hic mentionem facit. nam quo in loco eis utendum sit, ad collocandi partes, non eloquendi pertinet.*

Et uehementius in perorando.) *His uerbis significat, proprium locum augendi & digredien-*

di esse in peroratione: etsi in ipso quoq; orationis decursu, declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua & reprehensa, ut infrà ipse dicet. Ratio autem est, quòd accusatori propositum est, ut iratum efficiat iudicem: id quod Aristot. quoq; lib. 3. Rhet. præcipit.

C. F. Quid faciendum est contrà reo? C. P. Omnia lōgè secus. Sumēda principia ad beneuolentiam conciliandam. Narrationes aut amputandæ, quæ lædunt: aut relinquendæ, si totæ sunt molestæ. Firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digressionibus obruenda: perorationes autem ad misericordiam conferendæ.

C. F. *Quid faciendum est contrà reo?*) *Alius finis, ut antè dixi: alia quoque collocandi ratio. Vulnera infligit accusator, quæ reo obligādasunt, & salubribus remedijs curanda: quæ Aristoteles* ἰατρεύματα *uocat* Rhet. 3. *Quare quos motus accusator in iudicum animis excitauit, & accendit: ij sunt à defensore aut sedandi, aut restinguēdi: & contrarij afferendi, beneuolentia, studium, fauor, idq; in* Exordijs.

Narrationes aut amputandæ.) *Defensori minus*

nus narrandum est, ut inquit Aristoteles libro 3. cum enim ei cum aduersario cõtrouersia sit, quòd aliquid aut non sit factum, aut non nocuerit, aut non iniustum fuerit, aut non tantum quantum aduersarius criminatus est: horum si quæ fatebitur, in illis non est immorandum: ideoq; narratione supersedendum est, nisi quod ad id quod fatebitur, quale sit demonstrandum, conducat. Nihil enim dicendum, quod lædat, immò quod non iuuet.

Firmamenta ad fidem posita.) De collocatione refutationis agit. idcirco firmamenta uocat, aduersariorum argumenta: quæ si falsa fuerint, aut leuia, per se facilè diluentur: sin clara & illustria, præstantioribus obscuranda & infuscanda. Si uerò magna & grauia, maioribus & grauioribus erũt obruenda & opprimenda: quod digreßionibus potißimum fieri solet. Et hoc est, quod de Oratore libro secundo ait: Sed argumento resistendum est aut ijs, quæ comprobandi eius caussa sumuntur, reprehendẽdis: aut demonstrando, id quod concludere illi uelint, non effici ex propositis, nec esse consequens: aut si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æquè graue. Aristoteles uerò libro tertio, refutandi tantum duo genera ponit: Quæ obiecta sunt (inquit)

ab aduersario, refutare debet, uel dissoluendo, uel contrà argumentando. Sed in eo quod dicit, Contra argumentando: duo alia Ciceronis intelligi poßunt. Vide etiam 8. lib. Topicorum Aristotelis.

Perorationes autem ad misericordiam conferendæ.) Cum ad finem omnia referantur, ut sæpe diximus, & accusator iram sæuitiamq́; spectet, & contrà omnia reo facienda sint: rectè defensor ad clementiam & misericordiam omnia conferet in perorando, sicuti ad beneuolentiam in exordiendo. Et *hoc est quod dicit de* Orat. *lib. 2. Illa autem quæ aut cōciliationis caussa leuiter, aut permotionis uehementer aguntur, contrarijs commotionibus inferenda sunt: ut odium beneuolentia, & misericordia inuidia tollatur.* Q*uærat fortasse aliquis, cur de confirmatione defensoris nihil dicat hoc loco? Cur id faciat, duæ sunt caussæ: altera, quòd confirmatio propria est accusatoris, ut patroni reprehensio: alteram uerò adfert ipse Cicero de* Orat. *lib. 2. Sed quia neque reprehendi, inquit, quæ contrà dicūtur possunt, nisi tua confirmes: neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas: idcirco hæc & natura & utilitate & tractatione coniuncta sunt.*

C. F. Semper'ne igitur ordinem collocandi, quem uolumus, tenere possumus?

possumus? C. P. Non sanè. nam auditorum aures moderãtur oratori prudenti, & prouido: & quod respuunt, immutandum est.

C. F. Semper'ne igitur ordinem collocandi.) Sunt qui putent hic quæri, semper'ne utendum sit ordine, qui in superioribus præscriptus à Cicerone est: quasi hic Cicero præcipiat de prudentiæ ordine, non de naturali. Sed falluntur mea quidem sententia. Quærit enim, cum duplex ordo propositus sit, naturalis & iudicij, sit'ne in arbitrio Oratoris utro uelit uti? Ad quod respondet prudenter pater: Id in oratoris uoluntate positum non esse, sed in auditorum auribus, ad quas omnis collocatio sit accommodanda: ut si agnouerit, eos facilius ordine eo qui ab institutione artis proficiscitur, in sententiam suam adduci, cum ordinem adhibeat: sin contrà, immutandum ordinem esse. qua de re præclarè in Orat. sic: Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia, inquit. omnes enim qui probari uolunt, uoluntatem eorum qui audiunt, intuentur, ad eamq; & ad eorum arbitrium & nutum totos se fingut & accommodant. Atq; ut Aristoteles censet lib. 3. debet esse oratio, qualis esse Theodori uox uidebatur, ad aliorum histrionum uocem comparata:

finem omnia collocandi, quam hic Cicero pater paucis & perspicuis præceptis tradit, quo facilius memoria retineri poßint.

C. P. *Quia quibus in orationibus delectatio finis est, uarij sunt ordines collocandi.*) *Varij, nimirum quatuor, in exornatione scilicet: de ea enim loquitur, cui delectatio finis est.*

Nam aut temporũ seruantur gradus, aut generũ distributiones, aut à minoribus ad maiora ascendimus, aut à maioribus ad minora dilabimur, aut hæc inæquabili uarietate distinguimus, cum parua magnis, simplicia coniunctis, obscura dilucidis, læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus, quæ in exornationem cadunt omnia.

Nam aut temporum seruantur gradus.) *Etsi multis modis in collocando temporis ordinem sequi licet: tamen illud est præstantißimum, cum in laudando uel uituperando, ætatum ordinem sequimur: & ut quidq; primum, aut secundum, aut postremum gestum, dictum'ue est, recẽsemus. à pueritia siue infantia in hac ratione exordimur: deinde adolescentiæ facta commemoramus: postmodum, qualis quisq; uir fuerit: & postremò, cuiusmodi*

modi extiterit eius senectus. Et *si ulterius progredi uolumus, quid in morte, & post mortem acciderit, narrabimus.* Possumus *etiam ita distribuere tempora, in ea quæ sine nobis extiterunt: cuiusmodi sunt patria, genus, parentes. tũ quæ nobiscũ, quæ pars totam hominis uitam complectitur. postremò quæ post nos facta sunt, nostra tamẽ causa: ut funus, luctus, laudatio, pompa, sepultura.*

Aut generum distributiones.) Nimirum *cum multa & uaria facta in propria uirtutum genera digeruntur: ut quid prudenter, quid iustè, quid fortiter, quid temperanter, clementer'ue aliquis fecerit, aut etiam contrà: sic enim* Cicero *infrà interpretatur.*

Aut à minoribus ad maiora.) Hoc *tertium est præceptum collocandi, à comparatione sumptũ. idq; duobus modis: aut à minoribus ad maiora scandendum est, quod fit in amplificando: aut à maioribus ad minora descendimus, quod fit extenuando.* Aliquando *etiam facta alicuius ita distribuimus, ut alia sint maiora, alia minora: quod facit* Cicero *in secunda* Philippica, *ubi leuiora præponit, & ad grauiora sensim ascendit.*

Aut hæc inæquabili uarietate distinguimus.) Hic *est quartus & ultimus collocandi modus, qui sumitur à uaria rerum contentione.* Varia *inquã est rerum aut dißimilium, aut contrariarum. nam*

quoniam in hoc genere delectatio quæritur, & nihil magis ad delectationē facit quàm uarietas, ut etiam ad satietatem similitudo, perspicuum est, hac uarietate potißimum oratores delectationem & suauitatem aucupari. Huius quarti præcepti quinque sunt loci, siue contentionum genera: quorum primum est, cum parua magnis comparantur: secundum, cum simplicia coniunctis: tertium, cum obscura dilucidis: quartum, cum læta tristibus: quintum, cum incredibilia credibilib. & probabilibus miscemus & condimus. quæ singula sic intelligenda sunt. Primum hæc omnia ad facta & hominum gesta referenda sunt, in quibus quædam sunt parua, uelut quæ homines aut ā fortuna, aut ab hominibus adiuti fecerunt. contrà, ea magna dicuntur, quæ quis per se sine fortunæ aut aliorum adminiculo geßit: in quibus duobus uersatus est Cicero, laudando Cæsare, pro Marcello.

Simplicia coniunctis.) Hunc locum nec Strebæus, nec Daniel Barbarus, nec Latomus intellexerunt, neq; alius quisquam eorum qui Partitiones hasce adhuc scriptis explicarunt: unum Sturmium excipio, qui Aristotelicum esse uidit. Aristoteles enim lib. 3. Rhet. de narratione demonstratiui generis præcipiens, unum genus facit simplex

plex & perpetuum, cum res scilicet antè ordine narrantur, postea seorsim confirmantur, aut amplificantur: neque enim hæc narratio interrupta est interiectis rationibus, quibus singula probentur. sic enim ex diuersis esset coniuncta. Alterum genus simplici & continenti cõtrarium est, quod Cicero coniunctum, Aristoteles uarium, multiplex, et minimè exile uocat. Fit autem hoc genus, cum statim singulis rebus expositis, singulas rationes & argumenta interponimus. Quis enim non uidet, huiusmodi orationem esse uariam, & quasi multiformem? quæ partim ex narratione, partim ex confirmatione rerum expositarum constat. narratio enim ac probatio res dißimiles sunt. Vt igitur illa plana simplexque, sic hæc coniuncta, uariaque est. Hoc igitur genus Cicero, secutus Aristotelem, probat, in quo simplicia, id est res gestæ, & facta, coniunctis rationibus intextimus, quod quidem tum ad delectationem, tum ad memoriam ualet. nam quæ simpliciter omnia narrantur prius, pòst confirmantur, difficulter memoriæ mandari solent, ut idem Aristoteles ibidem ait. Sequuntur obscura & dilucida. Sunt enim quædam paucis nota, ut quæ domi & apud priuatos homines gesta sunt. item quæ in aperta luce, & in oculis omnium: ut quæ in bello, in administranda Republica

aut prouincia quisq; gesßit: hæc dilucida, illa obscura appellantur. Simili quoq; ratione læta, tristiaq́; dicuntur. nemo enim ignorat, & hominibus accidere, & ab iisdem hominibus geri modò læta, modò tristia: quod quia perspicuum est, non immorabimur. Incredibilia quoq;, atq; iis contraria probabilia, siue credibilia, à uiris præstantibus geri obscurum nō est. Incredibile enim penè fuit, quod Cicero de Pompeio in orat. pro lege Manilia dicit, cum ait, eum plura bella gesßisse quàm alii uel legerint, uel audierint. Idem ferè pro Cornelio Balbo confirmat. Item cum ait Pompeii uoluntati non modò ciues assensos fuisse, socios obtemperasse, hostes obediuisse, sed etiam uentos, tempestatesq́; obsecundaße. Item illud quod antea dixerat: Ita, tantum bellum, tam diuturnum, tam longè lateq́; dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hyeme apparauit, ineunte uere suscepit, media æstate confecit. Est hæc, inquit, incredibilis atque diuina uirtus Imperatoris. Probabilia quæ sint, nullus ignorat. Hæc autem uarietatis uicißitudo mirificam habet delectationem. idcirco inquit Aristot. lib. primo: Omnium rerum uicißitudo iucunda est.

C. F. Quid? in deliberatiōe, quid spectas? C. P. Principia, uel non

longa,

longa, uel sæpe nulla. sunt enim ad audiendum, qui deliberant, sua caussa parati: nec multum sanè sæpe narrandum est. est enim narratio præteritarum rerum, aut præsentium suasio, aut futurarum. Quare ad fidem & ad motum adhibenda est omnis oratio.

C. F. *Quid? in deliberatione quid spectas?*) *De collocatione deliberatiui generis quærit, in quem finem, & quo pacto referenda sit.*

C. P. *Principia uel non longa, uel sæpe nulla.*) *Principiorum loci cum tres sint, scilicet beneuolentia, attentio, & docilitas, ut infrà uidebimus: hic de eo principio intelligit, in quo apertè beneuolentia comparatur. id enim ferè remouet à deliberationibus; alioqui attentio ipsa & docilitas, quæ propositione & partitione parãtur, sunt ita cum oratione coniuncta ut abesse uix unquã possint.* Idcirco dicit noster Cicero in deliberationib. *uel non longa, id est, breuia, ut pro lege Manilia & aliquot Philippicis: uel interdũ nulla esse principia siue exordia, ut in prima Philippica. Et addit rationem: Quoniam qui deliberant, id est, qui consilium & sententiam aliorum audire uolunt, sua caussa & utilitate parati sunt. Tres tamen*

siue causæ siue tēpora sunt, quib. principiū adhibeatur, ut docet Arist.*li.3.* Hæc *aūt sunt: persona, uel deliberātis scilicet, uel eorū qui antè dixerūt, si calūnijs aut cōtumelijs egerūt: aut cū rē maiorē, minorē esse ostēdere uolumus, quàm alij putēt. aut postremò ornatus et decori cuiusdā causa, ne nimis præruptè in causā ingredi uideamur.*

Nec *multum sanè sæpe narrandū est.)* Narra*tionem quoq; ut principium*, Aristotelē *secutus, non necessariam in genere deliberatiuo esse censet. cuius rei rationem affert, quod narratio præteritarum rerum aut præsentium sit, suasio uerò futurarum.* Et *rectè quidem, si rei naturam spectemus. nemo enim narrat, nisi fortaßis uaticinatione quadam, res futuras.* Sed *tamen non sine caussa dixit* Cicero, Nec *multum sæpe. interdum enim narrandum omnino est, aut reprehendendi, aut laudandi, aut confirmandi, aut memoriæ causa: ut tradit* Aristot.*lib.3.* His *autem caußis exceptis, ad fidem & ad motum adhibenda est omnis oratio.* Quibus *uerbis confirmatio sententiæ, & peroratio intelliguntur: in fide quidem confirmatio, in motu autem peroratio.* Huc *conferenda sunt, quæ antea de duplici ordine partium orationis diximus: altero nimirū naturali, altero libero, cuiusmodi suasionis hæc collocatio à* Cicerone *proposita est.*

C. F.

C. F. Quid? in iudicijs quæ est collocatio? C. P. Non eadem accusatoris & rei: quòd accusator rerum ordinem prosequitur, & singula argumenta quasi hasta in manu collocata uehementer proponit, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, testimonijs, accuratusque in singulis commoratur: perorationisq; præceptis, quæ ad incitandos animos ualent, & in reliqua oratione paululũ digrediens de cursu dicẽdi, utitur, & uehementius in perorando. est enim propositum, ut iratum efficiat iudicem.

C. F. *Quid? in iudicijs quæ est collocatio?*) *Iam qui sit ordo in genere iudiciali, quod tertium est caussarum genus, requirit filius. Et respondet pater, non eundem esse accusatoris & rei. Cur autem non sit idem ordo, quæri posset. Et respõdendum est, quia fines sunt diuersi: accusator enim seueritatem, clementiã reus sibi proponit. Quod cum ita sit, ut etiã quæ in fines ipsos referũtur, diuersa sint necesse est. Est aũt ordo rerũ tã in accusatione quàm in defensione duplex, & partiũ ora*

tionis, & argumentorum. Principia autem, accusator ad attentionem, & seueritatem iudicum accommodat. Est enim propositum (inquit noster) ut iratum efficiat iudicem. Quare principio nullo utitur ad conciliandum iudicem. Et *hoc est, cur* Cicero *nihil de principij collocatione accusatori præcipit, sed reo tantū.* Deinde *ex eo quod præcipit de peroratione, quid in exordiendo faciendū sit, intelligi debet.* Differt *autem principiū à peroratione: quòd cum motus animorum utraque in parte requirantur, in principijs tantum impelli iudicem leuiter oporteat, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio: in perorationibus uerò omnes permotionum faces iaciēdæ, ut* Cicero *de* Oratore *secundo docet.* In *narratione uerò accusator rerum gestarum ordinē prosequitur, sed ita tamen, ut ea interpuncta suspicionibus sit, & membratim digesta: quod etiam faciendum in argumentis est. nam singulatim efferenda sunt, uerùm & motu incitata, & munita rationibus.* Et *hoc est quod dicit, singula argumēta quasi hasta in manu collocata uehemēter proponit.* Hastas *enim argumēta uocat, quæ sine hamētis & oratoris lacertis infirma sunt & leuia: id est, sine cōfirmatione & amplificatione.* Quod *autem dicit,* Concludit *acriter: de argumenti conclusione intelligit, quæ conclusio, quam* Græci *συμπέρασμα uocāt, pro-*

posito

posito atq; assumptione acrior esse debet. Quæ enim sunt acria, sensum asperitate mouent: & acre telum dixit poeta, quod acutum est, atque altius infigitur. Translata sunt hæc. nam cum proponitur argumentum, tum explicari atq; depromi telum dicitur: cum uerò assumitur, & ad personam accommodatur, id est telum uibrare, & in aduersarium intendere. At ubi iam concluditur, tunc deniq; totis uiribus in hostem contorquetur. Grauitatem igitur reliqua poscunt, sed acrimoniam conclusio.

Confirmat tabulis.) De confirmatione accusatoris loquitur, quæ assumptorum locis instruenda est: non quòd insita non sint adhibenda, nam ex eis argumẽta deprompta sunt: sed quòd assumpta insitis adiungenda sint. Quæ enim hic nominat Cicero, tabulæ, decreta, testimonia, in locis quæ remota dicuntur, latent.

Accuratiusq; in singulis commoratur.) Commoratio inter orationis quidem ornamẽta numeratur: uerùm hic non quomodo fiat, sed qui sit eius usus, aptaq; collocatio, præcipitur. Idem intelligi debet de digreßione, cuius hic mentionem facit. nam quo in loco eis utendum sit, ad collocandi partes, non eloquendi pertinet.

Et uehementius in perorando.) His uerbis significat, proprium locum augendi & digredien-

di esse in peroratione: etsi in ipso quoq; orationis decursu, declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua & reprehensa, ut infrà ipse dicet. Ratio *autem est, quòd accusatori propositum est, ut iratum efficiat iudicem: id quod Aristot. quoq; lib. 3.* Rhet. *præcipit.*

C. F. Quid faciendum est contrà reo? C. P. Omnia lõgè secus. Sumẽda principia ad beneuolentiam conciliandam. Narrationes aut amputandæ, quæ lædunt: aut relinquendæ, si totæ sunt molestæ. Firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscuranda, aut digresſionibus obruenda: perorationes autem ad misericordiam conferendæ.

C. F. *Quid faciendum est contrà reo?*) *Alius finis, ut antè dixi: alia quoque collocandi ratio.* Vulnera *infligit accusator, quæ reo obligãda sunt, & salubribus remedijs curanda: quæ Aristoteles* ἰατρεύματα *uocat* Rhet. *3. Quare quos motus accusator in iudicum animis excitauit, & accendit: ij sunt à defensore aut sedandi, aut restinguẽdi: & contrarij afferendi, beneuolentia, studium, fauor, idq; in* Exordijs.

Narrationes aut amputandæ.) *Defensori minus*

nius narrandum est, ut inquit Aristoteles *libro 3. cum enim ei cum aduersario cõtrouersia sit, quòd aliquid aut non sit factum, aut non nocuerit, aut non iniustum fuerit, aut non tantum quantum aduersarius criminatus est: horum si quæ fatebitur, in illis non est immorandum: ideoq́; narratione supersedendum est, nisi quod ad id quod fatebitur, quale sit demonstrandum, conducat. Nihil enim dicendum, quod lædat, immò quod non iuuet.*

Firmamenta ad fidem posita.) De collocatione refutationis agit. *idcirco firmamenta uocat, aduersariorum argumenta: quæ si falsa fuerint, aut leuia, per se facilè diluentur: sin clara & illustria, præstantioribus obscuranda & infuscanda. Si uerò magna & grauia, maioribus & grauioribus erũt obruenda & opprimenda: quod digreßionibus potißimum fieri solet.* Et *hoc est, quod de* Oratore *libro secundo ait: Sed argumento resistendum est aut ijs, quæ comprobandi eius caussa sumuntur, reprehendẽdis: aut demonstrando, id quod concludere illi uelint, non effici ex propositis, nec esse consequens: aut si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æquè graue. Aristoteles uerò libro tertio, refutandi tantum duo genera ponit: Quæ obiecta sunt (inquit)*

ab

ab aduersario, refutare debet, uel dissoluendo, uel contrà argumentando. Sed in eo quod dicit, Contra argumentando: duo alia Ciceronis intelligi possunt. Vide etiam 8. lib. Topicorum Aristotelis.

Perorationes autem ad misericordiam conferendæ.) Cum ad finem omnia referantur, ut sæpe diximus, & accusator iram sæuitiamq; spectet, & contrà omnia reo facienda sint: rectè defensor ad clementiam & misericordiam omnia conferet in perorando, sicuti ad beneuolentiam in exordiendo. Et hoc est quod dicit de Orat. lib. 2. Illa autem quæ aut cōciliationis caussa leuiter, aut permotionis uehementer aguntur, contrarijs commotionibus inferenda sunt: ut odium beneuolentia, & misericordia inuidia tollatur. Quærat fortasse aliquis, cur de confirmatione defensoris nihil dicat hoc loco? Cur id faciat, duæ sunt caussæ: altera, quòd confirmatio propria est accusatoris, ut patroni reprehensio: alteram uerò adfert ipse Cicero de Orat. lib. 2. Sed quia neque reprehendi, inquit, quæ contrà dicūtur possunt, nisi tua confirmes: neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas: idcirco hæc & natura & utilitate & tractatione coniuncta sunt.

C. F. Semper'ne igitur ordinem collocandi, quem uolumus, tenere possumus?

possumus? C. P. Non sanè. nam auditorum aures moderātur oratori prudenti, & prouido: & quod respuunt, immutandum est.

C. P. *Semper'ne igitur ordinem collocandi.*) *Sunt qui putent hic quæri, semper'ne utendum sit ordine, qui in superioribus præscriptus à Cicerone est? quasi hic Cicero præcipiat de prudentiæ ordine, non de naturali. Sed falluntur mea quidem sententia. Quærit enim, cum duplex ordo propositus sit, naturalis & iudicij, sit'ne in arbitrio Oratoris utro uelit uti? Ad quod respondet prudenter pater: Id in oratoris uoluntate positum non esse, sed in auditorum auribus, ad quas omnis collocatio sit accommodanda: ut si agnouerit, eos facilius ordine eo qui ab institutione artis proficiscitur, in sententiam suam adduci, eum ordinem adhibeat: sin contrà, immutandum ordinem esse. qua de re præclarè in Orat. sic: Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia, inquit. omnes enim qui probari uolunt, uoluntatem eorum qui audiunt, intuentur, ad eamq; & ad eorum arbitrium & nutum totos se fingut & accommodant. Atq; ut Aristoteles censet lib. 3. debet esse oratio, qualis esse Theodori uox uidebatur, ad aliorum histrionum uocem compara-*

ta:

ta: nam eius ipsius qui dicebat illa esse uidebatur, uoces autem reliquorum alienæ. Et hoc illud est *quod dicit Cicero de Orat. libro secundo: Summa deniq; huius generis hæc est, inquit, ut si in refellēdo aduersario firmior esse oratio quàm in confirmandis nostris reb. potest, omnia in illū conferam tela: sin nostra facilius probari, quàm illa redargui possunt, abducere animos à contraria defensione, & ad nostram coner traducere.* Ad *quæ quidem efficienda, ut idem libro primo ait, Acuto homine nobis opus est, et natura usuq; callido: qui sagaciter peruestigetur quid sui ciues, iiq; homines quibus aliquid dicendo persuadere uelit, cogitent, sentiant, opinentur, expectent. Teneat oportet uenas cuiusque generis, ætatis, ordinis: & eorum apud quos aliquid aget, aut erit acturus, mentes sensus q; degustet.*

DE ELOCVTIONE.

C. F. Expone deinceps, quæ ipsius orationis uerborum que præcepta sunt. C. P. Vnum igitur genus est eloquendi, sua sponte fusum: alterum, uersum atque mutatum. Prima uis est in simplicibus uerbis, in coniunctis secunda. Simpli-

plicia, inuenienda sunt: coniuncta, collocanda sunt.

C. F. *Expone deinceps quæ ipsius orationis uerborumque præcepta sunt.*) De elocutione *quærit filius, quæ quoniam & uerbis simplicibus constat, & coniunctis: orationem ad coniuncta, uerba ad simplicia retulit. Idcirco rectè hæc duo complexi sunt elocutionis definitione:* Elocutio *est idoneorum uerborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio, ut initio libri primi etiam definiuimus. Cum autem quid, & quo loco dicat, orator inuenerit: illud est longè maximum, uidere quonam modo. Scitū est enim, quod Carneades dicere solebat (ut in* Oratore *Cicero scribit) Clitomachum eadem dicere, Carneadem autem eodem etiā modo dicere. Nam Clitomachus ille ieiunè & sine ulla uarietate eadem dicebat: uerùm Carneades nō solum eadem, sed etiam eodem modo, hoc est uariè, ornatè & copiosè dicebat, atq; quocunque modo posceret causa. Quin eloquendi ratio, genusq; dicendi (ut Arist. lib. 3. ait) quiddā necessariū habet in omni disciplina. Aliquantū enim interest ad rē explicandā, hoc an illo dicēdi genere qs utatur: nō tamē tātū, quantū in hac arte. Quæ Aristotelis uerba interpretans Cicero in* Oratore*: Quod si in philosophia tantū interest (inquit) quemadmodum dicas, ubi res*

spe-

spectatur, nõ uerba pendũtur: quid tandẽ in caussis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Est autẽ elocutio oratoris maximè propria, quem hoc uno excellere, id est oratione, cætera in eo latêre, indicat nomen ipsum. nõ enim inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia: sed & Græcè ab eloquendo ῥήτωρ, & Latinè eloquẽs dictus est. Cæterarum enim rerum quæ sunt in oratore, partem aliquam sibi quisq; uendicat: dicendi autem, id est, eloquendi maxima uis soli huic conceditur. Qua de re hæc & plura hic noster de Orat. lib. 1. disputat, & in Orat. ad Brutum docet. Hæc igitur caussa fuit, cur tam diligenter & accuratè de hac parte oratorij officij præcepit: adeò ut tertium de Oratore librum, in hac una explicanda consumpserit.

C. P. *Vnũ igitur genus est eloquendi, sua sponte fusum.*) *Hanc eloquendi siue orationis diuisionem, uidetur Cicero ex Aristotele mutuatus esse. Nam is per initia libri primi, ubi de occultando orationis artificio præcipit, sic inquit: Quare danda opera est, ut id clàm fiat, ne artificiũ nostrum intelligatur, sed ut duce natura & sponte sermonem fundere uideamur: sic enim erit probabilis oratio. Cicero igitur, qui ferè singula uerba horũ de Rhetorica Aristotelis librorũ in numerato haberet, hoc loco admonitus, & ab ipsa quoq; sermonis*

monis natura, hæc elocutionis siue sermonis, siue orationis duo genera fecit: unum, quod sua sponte fusum appellauit, uersum ac mutatum alterum. Sermo igitur sua sponte fusus is erat, quo tunc uulgo Romæ *utebantur, qui ob id* Romanus *&* Latinus *dicebatur.* Nunc autẽ *eum esse dicimus, qui Grammaticorum præceptis traditur, purus, emendatus, planus ac dilucidus, cuiusmodi sermo in* Plauto *ferè ac* Terentio, Varrone *&* Catone *de re rustica, in Commentarijs* Cæsaris *quoq;, &* Ciceronis *ad* Atticum *epistolis legitur. Est enim, ut* Aristoteles Rhetoricorum *lib.3. ait, initium & fundamentum elocutionis, emendatè loqui.* Hanc *meam sententiam probant illa uerba paulo pòst posita:* Nam *ut in simplicibus uerbis quod non est* Latinum, *sic in cõiunctis quod non est consequẽs, uituperandum est.* Idem *quoq; ex altero genere, uerso scilicet ac mutato, cognosci potest.* Quòd *si quis obijciat, in hoc sponte fuso & naturali modos & translationes tradi: huic opponam* Aristotelem *in tertio dicentem,* Translatis *in loquendo omnes uti.* Versus *autem est ille idem latinus & grammaticus sermo, oratoris ingenio uariè commutatus & expolitus.* Verè *enim* Cicero *de* Orat. *lib.3.* Nihil *est enim tam tenerũ, inquit, neq; tam flexibile, neq; quod tam facilè sequatur, quocũq; ducas, quàm oratio. ex hac uersus, ex eadẽ dispa-*

res numeri conficiuntur: ex hac, hæc etiam soluta uarijs modis, multorumq; generum oratio. non enim sunt alia sermonis, alia contentionis uerba: neque ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scenam pompamque sumuntur. Sed ea nos cum iacentia sustulimus è medio, sicut mollissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus, & fingimus. itaque tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus. sic institutam nostram sentētiam sequitur orationis genus, idq; ad omnem rationem, & aurium uoluptatem, & animorum motum mutatur & uertitur. Quibus in generibus illud tenendum est, ut neque semper fuso & naturali utamur: sed ueterum exemplo, hæc duo genera permisceamus. Quod quidem assequi poterimus, legendis ueterib. oratoribus & poetis: quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi Latinè, & ut illi uerba collocarunt, collocare.

Prima uis est in simplicib. uerbis, in coniunctis secunda.) Iam igitur dissoluendi uia genus dicēdi in coniuncta uerba, & coniuncta in simplicia distribuit, tanquam in minores cuiuslibet partes. Sic in tertio de Oratore: Omnis igitur oratio, inquit, conficitur ex uerbis, quorum primùm nobis ratio simpliciter uidenda est, deinde coniunctè. Simplicia intelligit singula uerba, siue illa sint omnino

simplicia,

ſimplicia,ut Grāmatici uocāt:cuiuſmodi hoc eſt, beatus.ſiue cōiuncta,ut perbeatus.Cōiuncta uerò ea appellat,ex quib.cōſtat oratio: ſiue ea ſit ſimplex Dialecticorū *more,ut,* Omnia *tēpus habēt: ſiue cōiuncta & copulata,ut,* Si *omnia tēpus habēt,igitur in adoleſcētia hæ artes cōparādæ ſunt.* Nam *quemadmodū ex literis ſyllabæ, ex ſyllabis uerba,ſic ex uerbis ſimul ad aliquid ſignificandū coniunctis, omnis conficitur & cōflatur oratio.* Perinde *igitur eſt,ac ſi dixiſſet:*Verborū *uis & ratio duob.modis eſt cōſideranda, ut & in ſeparatis uerbis quæ nam ſint aſſumenda, & in coniunctis,quomodo ſint collocanda,uideamus.*

Simplicia inuenienda ſunt,coniuncta collocanda.) *Initiò dixit, & res & uerba inuenienda eſſe,& collocanda. propriè tamen inuenire ad res, eloqui ad uerba retulit. Collocare uerò etſi commune eſt, tamen ad inueniendum potius referri.* Iam *igitur de inuentione uerborum, & collocatione præcipere incipit: diſtinguitq; à collocatione inuentionē,ut inuentio in ſimplicib. & ſingulis uerbis,collocatio in cōiunctione & cōpoſitione ſpectetur.* Quoniā *igitur & uerba inueniēda ſunt,& inuenire in uerbis eſt eloqui,& eloqui eſt cū delectu loqui:inuenire certè erit uerba quærere, inueſtigare, deligere : quod quidem fieri non poteſt, niſi in copia.* Verè *enim* Cæſar, *ut in* Bru-

to Ciceronis, scripsit, uerborum delectum originem esse eloquentiæ. Quomodo autem sint collocanda, postea docebit.

Et simplicia uerba partim natiua sunt, partim reperta. Natiua, ea quæ significata sunt sensu: reperta, quæ ex his facta sunt, & nouata aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione uerborum.

Et simplicia uerba, partim natiua sunt, partim reperta.) Diuisio hæc est simplicium uerborum, in natiua & reperta. Natiua *de* Orat. *ea esse dicit, quæ propria sunt, & certa quasi uocabula rerũ, penè unà nata cum rebus ipsis. hic autem ea esse dicit, quæ significata sunt sensu: illud intelligens, hominum sensu naturali, qui naturam nominum explorarit, facta esse: & ita res ipsas eis uerbis significatas, ac si cum ipsis rebus nata essent.* Reper*ta uerò, quæ ex illis primis & natiuis facta sunt. hæc autem in* Oratore *aliena appellauit, quia nõ sunt natiua & propria: quibus nimirum alienis multa genera subiecit eodem loco.*

Reperta, quæ ex ijs facta sunt, & nouata.) Vides etiam hîc eadem nouata dici: ut intelligas, reperta, nouata, facta, Ciceroni *hoc loco idem esse.* Non *sunt igitur noua omnino, sed nouata: ut si*

uestis

uestis iam usitata, alia forma & ratione nouaretur, non compararetur noua. Nam & in Orat. *factum à nouo distinguit. Nouari uerò hic quatuor modis uerba dicere uidetur, si modò incorruptus est locus: aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione uerborum. sic enim legitur: cum tamen ipsemet de Oratore tria tantum esse dicat, quæ orator afferat in uerbo simplici: aut inusitatum uerbum, aut nouum, aut translatũ.* Et *paulo pòst, nouari dicit uerba duob. modis, uel coniungendis uerbis, uel sine coniunctione: quod fit inflexione, seu deriuatione quadã. Quare fortaßis legendum sit,* Aut *similitudine, aut imitatione, ut inflexione, ut adiunctione uerborum, nimirum ut inflexio ad similitudinem, & adiunctio ad imitationem referatur: quod tamen mihi non probatur.* Itaq; *quanta maxima potero facilitate & breuitate, quid sentiam, indicabo. Aliam uiam tenuit hic* Cicero, *& quidem subtiliorem, utpote in* Partitionibus, *quàm in alijs* Oratorijs *libris. Quare non est mirum, si tum paulo aliter, tum etiam distinctius & plurib. modis uerba nouari, hoc libro tradit. Sed antè quàm ad explicationem singulorum ueniamus, explicanda est illa quæstio, de qua plerosq; ambigere uideo:* Liceat'ne *& hodie nobis, quod olim lingua* Romana *in populo uigente licuisse legimus, uerba*

nouare, & fingere: aut nouis rebus noua imponere nomina? Qui uolunt sibi licere, Ciceronis autoritate niti uidentur, qui in principio tertij libri de Finib. scribit: Stoicorum autem nõ ignoras quàm sit subtile, uel spinosum potius disserendi genus, idq́; cùm Græcis, tum magis nobis, quibus etiã uerba parienda sunt, imponendaq́; nouis reb. nomina. Itemq́; in Oratore: *In omnib. fit artibus, inquit, ut cum id appellandũ sit, quod propter rerũ ignorantiam ipsarũ nullũ habuerit antè nomẽ, necessitas cogit aut nouũ facere uerbũ, aut à simili mutuari. Afferunt & illud* Horatij *ex* Poetica:

— Licuit, semperq́; licebit
Signatũ præsẽte nota procudere uerbũ. Itẽ *illa:*
Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq́;,
Quæ nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus:
Quẽ penes arbitriũ est, & uis & norma loquẽdi.

Hæc illi habẽt, in quib. & necessitas & autoritas tantorum uirorũ, & nouare & fingere noua uerba permittere uidẽtur. At lõgè aliter res habet, quàm illi opinentur. Permittũt quidẽ illi suis, aut permiserũt potius, nõ alienis. sui aũt erãt, qui Latinè à puero loquebãtur: quorũ linguæ usus erat proprius, ac natiuus. neq; enim id aut Græcis, *aut* Scythis *permittebatur, ut* Romanis *uoces facerẽt, nõ suas: quemadmodum nec illi* Romanis. *Quis enim hodie ferret, aut* Germanus Italũ, *aut*

Italus Germanũ,sua pro natiuis & ueris ingerẽtem? Iam nos quicunq; sumus siue Itali, siue Galli, siue Germani, si linguas nostras natiuas spectes, à Latinis illis ueterib. prorsum alieni sumus,eisq; barbari. Quare uocẽ nullã q̃ latina sit,eis párere ullo modo possumus. Quod si cuiq; sit liberũ,uel parua facta mutatione,siue inflexione, quasi Latina usupare,Latinisq; asciscere: uel nouis reb.noua uocabula imponere,deinde in oratione Latina pro Latinis uti,iam quanta breui facta fuerit Latini sermonis cõfusio,uidebis.quod quidẽ superiorib.annis,cum omnia omnes sibi licere putarent, nimiũ uidimus. Nam uix iam tot annos insudãtes, prauam consuetudinẽ profligamus. Hoc etiã sentiebat Cicero suo tẽpore.idcirco illa in Bruto querebatur,cũ ait: Confluxerũt enim & Athenas, & in hanc urbẽ,multi inquinatè loquentes,ex diuersis locis: quo magis expurgãdus est sermo, & adhibẽda,quasi obrussa,ratio quæ mutari nõ potest, nec utendũ prauissima consuetudinis regula. Licuit igitur,semperq; licebit,ut ait Horatius,

Signatum præsente nota procudere uerbum:

Sed in sua natiua cuiq; populo lingua, non in aliena.& liceret etiam hodie in Latina, si populus & ciuitates latinè,ut ueteres, loquerẽtur. Sed ne hoc quidẽ maiorib. nostris usq; adeò liberum fuit. Monet enim Cicero oratorẽ,in libro qui Ora

tor inscribitur, ne audax sit in uerbis faciendis, & in transferendis sit uerecundus & parcus. Item Quintilianus lib. 1. cap. 5. *Noua, inquit, non sine quodam periculo fingimus.* Et lib. 8. cap. 3. *Fingere, ut primo libro dixi, Græcis magis concessum est. & paucis interpositis:* Nostri *autem in iungendo aut deriuando, paulum aliquid ausi, uix in hoc satis recipiuntur. hæc illi: nos autem omnia nobis licere putamus, quod secus est.* Nec *hæc mea solius hodie sententia est, sed omnium qui bene latinè sciunt: quos nihil nominare opus est, cũ sint suis egregijs monumentis clari. nam reliqui hac de re loquendi nullum ius habent.* Video *autem quid mihi obijci poßit: nimirum si ita res habet, ut nefas sit aliquod uerbum uel maxima inopia fingere, ac gignere: sæpè etiam ei qui perbene latinè sciat, esse tacendũ: cum nõ omnia quæ hodie nominantur, aut fiunt, in latinis autoribus expressa inueniantur.* Ego *uerò minimè tacendum esse puto. nam sunt huic incommodo remedia, eaq; tutißima ac certißima.* Primùm *est, ut si quid nouũ appellandum sit, quæras apud maiores illos an aliquid simile fuerit, cuius nomen nouæ rei accommodari, ut antiqua uestis huius temporis homini, poßit. ut in bombarda (quod nomen à sono præclarè finxit uulgus) quæ cum penè idem sit quod apud maiores fuit tormentum militare, tormenti*

menti nomine commodè appellabitur: & pro bõbardare, uerberare, pulsare, percutere urbem rectè dicemus. Idem faciendum erit in ijs, quæ etsi alio nunc nomine appellentur, quàm apud maiores, res tamen eædem sunt: id quod unusquisque in sua lingua diligenter obseruare atque inuestigare debet. ut apud nostros Italos *est rhedæ celerrimæ & leuißimæ genus, quod dicitur, il cocchio: id ipsum* Cisium *ueteres appellarunt, ut est apud* Ciceronem *in oratione pro* Sexto Roscio Amerino: *& ipsa rheda quam modò nominaui, ea est qua* Italæ *mulieres nobiliores magnificè uehuntur, nostri appellant la carretta: quæ & quadrigæ dici possunt.* Quod *si neq; simile, neq; idem apud ueteres reperiri poßit, tum faciendum erit, quod* Cicero *se in uertendis* Græcis *fecisse scribit: ut quod uno uerbo non poßit, pluribus notaret. nam circumscriptione, quæ periphrasis dicitur* Græcè, *utendum erit:* Vt *pro staffa, instrumentũ quo pedes sustinet eques, uel pedum equitis adminiculum: pro campana, æs campanum, aut æneum uas in alto suspensum, cuius pulsu & sono, aliquid publicè significatur: aut aliquid huiusmodi.* Erit *& illud non incommodum, ut* Latina *aliqua uoce destituti,* Græcis *utamur puris: quod etiam factitauit* Cicero. *ut cum, quod fieri non potest, quod quidam impoßibile dicunt, ipse* ἀδυνατον

h 5 *dice-*

dicebat: pro condolentia, συμπάθειαν: & συμπαθῶς, pro cõdolenter: & ὑπερβολικῶς, pro excessiuè, atq; eodẽ modo sexcenta. Postremò, si minus concessa uoce uti cogemur omnino, eo modo rectè illam usurpabimus, si, ut Cicero, in durioribus paulò translationibus, aut etiam uerbis quæ non satis latina ei uidebantur, ueniam præfabimur, hoc modo: Vt aiunt, ut ita dicam, ut nostri appellant, si licet ita dicere aut appellare, & huius generis multis modis: ut Fabius monet libro octauo, capite tertio: quibus & insolentiam uitabimus, & doctorum atque elegantium reprehensionem. Rectè enim Cæsar, uerbum inauditum atq; insolens, tanquam scopulum fugiendum censuit. His cognitis, deinceps facilior erit sequentium explicatio.

Aut similitudine.) Hæc est prima faciendorum uerborum ratio, quæ Analogia, ut quidã censent, dicitur, & est etiẽ uerisimile. Latinè proportio, cõparatio, & similitudo dici potest, ut probat Fabius: qui lib. 5. cap. 11. eam similitudini subiectam esse affirmat. Ea inuenta est, postquã loquebantur homines, ut idem Fabius ait lib. 1. cap. 6. & notatum in sermone, quid quomodo caderet. Itaq; non ratione nititur, sed exemplo: nec lex est loquendi, sed obseruatio: ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quàm consuetudo. Varro, qui

de ea re doctè & copiosè scripsit, tria dicit esse considerandа: formam, finem, & declinationem. Similitudine uidetur Cicero beatitatem & beatitudinem, quæ bonitati & habitudini similia sunt, fecisse. Item que Ennius, dici uidens sermo sermonis, ipse homo homonis fecit, pro hominis, illo uersu:

Vulturis in syluis miserum mandebat homonem.

Sed obsoletum est. Potest etiam similitudo ea intelligi, de qua paulo antè dixi, cum rei nouæ, sed alicui rei quæ apud maiores fuerit simili, idem nomen aptamus: ut quoniam hodie arenæ fluxu in uitreis uasis horas metimur, quemadmodum ueteres aqua faciebant, uas hoc nostrum horarium clepsydram possumus appellare. Sunt qui similitudine hoc loco ipsam translationem intelligunt, cum tropis & modificatis omnibus: quod quàm sit cum sequenti Ciceronis partitione consentaneum, ipsi uiderint. Certè si ita accipimus, non plena erit partitio, sed etiam inaniter redundans: quod alterum est partitionis uitium. non dico, translationem similitudinem non esse: sed illud nego, omnem similitudinem rectè translationem appellari: quod quia perspicuum est, nihil amplius dicam.

Aut imitatione.) Sũt & qui imitationẽ nõ soni, sed aut exẽpli esse uelint, ut cum Græca latinè in-

interpretantur: aut uerborum nostræ linguæ, ut si, quemadmodum Cicero qualitates nominauit, nos quantitates faceremus. Sed melius est, ut imitatione nomen factum à sono & affectibus fictum intelligamus, quæ Græcè ὀνοματοποιΐα dicitur: ut Bambalio quidam pater, qui, ut ait Cicero Philippica tertia, propter hæsitantiam linguæ, stuporemq́; cordis, cognomen ex contumelia traxit. Ex hac factus clamorq́; uirûm, clangorq́; tubarum. De hac Fabius lib. 8. cap. 6. ὀνοματοποιΐα quidem, id est fictio nominis, Græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur. Et sunt plurima ita posita, ab ijs qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectib. uocem. nam mugitus, & sibilus, & murmur, inde uenerũt. Quod autem aiunt, hæc non ex natiuis nouari, sed per se gigni, parum momenti habet. Est enim mugitus natiuus in boue, ut tinnitus in ære: sed nouatũ ab eo, qui primus in oratione usurpauit. Quod uerò etiam dicunt, imitationem nõ solum in talibus, uerùm etiam in omnibus esse uerbis: quod Aristoteles nomina μιμήματα rerum esse ait: facilè soluitur. Primò, Aristotelem μιμήματα rerum dixisse, pro rerum notis, ut alibi ipse explicat. Deinde, alia est imitatio illa communis omnium, alia est hæc iucunda, sonorum & uocum. Quod si ista illorũ ratio ualeret, nulla esset ὀνοματοποιΐα illa

Græcis

Græcis tantopere laudata. Sed quoniam hæc imitati o non uno tantum modo intelligi potest, com plectatur sanè etiam priorem illam sententiam: & utroq; modo imitatione uerba nouari intelligantur.

Aut inflexione.) Cum sine exemplo & analogia, simplex uerbũ modicè flectẽdo aut deriuando, siue ex Græca siue ex Latina *lingua nouemus: quæ ratio ueterib. magnã uerborũ peperit copiã. hinc enim illa,* Fimbriatus, *fibulatus, consulatus, tribunatus, prætura, dictatura, paludatus, scutatus, decimare, aquari, lignari, philosophari, sullaturire: item illa* Ciceronis *lib. 3. de* Orat. *Indigenitalis, ubertas, incurueſcere, & id genus innumerabilia: in quibus fœlices sunt Græci, qui & hæc* παραγόμενα *uocarunt, ut est apud Quintilianum libro 8. cap. 6.* De *Græcis est illud* Horatij *in* Poetica:

Et *noua, fictaq; nuper, habebunt uerba fidem, si Græco fonte cadant, parcè detorta.* —

Ex *hoc genere sunt illa apud maiores nostros ex Græcis, sed ad* Latinorum *formam normamq; inflexa, aer, æther, politia, politicus, sal, mus, clepo, clepsydra: item artium multarum nomina,* Grammatica, Dialectica, Rhetorica, *Arithmetica,* Geometria, Musica, Astrologia, *siue* Astronomia, Sphæra, *& penè eodem modo alia infinita:*

quæ

quæ ratio non modò linguam Latinam, uerumetiam alias, ut Italicam, Gallicam, Germanicam, uehementer locupletauit.

Aut adiunctione uerborum.) Cum uerba ab eo qui dicit gignuntur, ac fiunt coniungendis uerbis: ut Cic. in. 3. de Orat. loquitur. cuius hæc sunt exempla: Tum pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat. Item, Versutiloquas malitias: & quo Terentius libẽter usus est, exanimare. Fortaßis etiam uerborum productiones illæ huc referri poßunt, quibus ad finem uerbi aliquid adiungitur, quod Parelcon morion uocant ueteres Grammatici: ut meditulium, postliminium, finitimus, legitimus, æditimus: quibus tulium, liminiũ, timus, particulæ sunt ad uerba adiunctæ. de quib. in Topicis, in explicatione Notationis.

Atq; etiã est hæc distinctio in uerbis: altera natura, tractatione altera. Natura, ut sint alia consonantiora, grauiora, leuiora, & quodammodo nitidiora, alia contrà.

Atq; etiam est hæc distinctio in uerbis.) Tertia hæc est uerborum partitio, quòd alia natura ualent, alia tractatione. Vbi naturam opposuit arti, cum uerba ipsa, qualia describit, ad dicendum sumuntur, non aliqua nouitate exornantur. Nam

alia

alia reperiuntur consonantiora, ut donat quàm dat, memorare quàm dicere, obruere quàm tegere, informare quàm instituere, inflãmatus quàm incensus: Conspectus uester mihi multò iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est uisus: quæ sonãtiora sunt, quàm iucundus, amplus, ornatus. Item cõ*iuncta uerba, ut consceleratus, pertimesco, quàm simplicia.* His *contraria sunt, quæ exilia, obscura, & absona uocantur, quæ aurium iudicio expenduntur.*

Grauiora.) *Grauia, quæ & grandia dicuntur, sunt, quæ rem maximè explanant, ut ipse in* Ora*tore ait: ut grandiora sunt, charitas quàm amor, uastum quàm desertum, saxum quàm lapis, implicatus quàm implicitus, parricida quàm sceleratus aut homicida, grandæuus quàm senex: tum ea, quæ inter consonantiora posuimus, superlata & coniuncta uerba. Grauibus siue grandibus cõtraria sunt humilia, leuia, parua.*

Leniora.) Vt *lumen quàm lux, lugere quàm lachrimari, molestus quàm atrox aut infestus.* Le*nioribus aspera & dura cõtraria sunt.* Hæc *quoq; auribus ponderantur.*

Et *quodammodo nitidiora.*) Hæc *quæ sint, ex ipsorum contrarijs elucet. nam nitidis, siue splendidis & mundis, opponuntur sordida, obscœna, turpia,*

turpia, agrestia. Quod autem addit, Quodãmodo, significauit hæc uocabula, quæ uerbis attribuuntur, esse translata è rebus corporatis. Nitida, *& grauia, significandi potestate expẽdenda sunt. Sed quid est, quòd de* Oratore *lib. 1. nitida uerba ab oratore remouere uidetur? cum ait:* Nitidum *quoddam genus est uerborum, & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbæ ac fori.* Non *remouet omnino, sed quid sit uitiosum ostendit.* Nullum *uerbum nisi nitidum usurpare, & omnes uerborum lepóres aucupari, palæstræ & exercitationis est, atq; è sophistarum fontibus petitum, ut in* Oratore *scribit. Verùm si hoc fiat modicè & cum delectu, nec huiusmodi flosculis eneruetur oratio, tũc nitida uerba in oratore laudantur.* Et *hic* Cicero *genera uerborum oratori proponit, ut cum delectu uti, & in loco posit.*

Tractatione autem, cum aut propria sumuntur rerum uocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut prisca, aut ab oratore modificata, & inflexa quodammodo: qualia sunt ea quæ transferuntur, aut immutãtur, aut ea quibus tanquam abutimur, aut ea quæ obscuramus, quæ incredibiliter tollimus, quæq; mirabilius quàm

quàm sermonis cõsuetudo patitur, ornamus.

Tractatione autem.) *Tractatio est uerborum quædam fabricatio & expolitio, cum uerbis in medio positis & iacentibus artē adiungit orator, atq; ædificat quodammodo. Tractatione autem quinq; modis expoliũtur uerba: cum aut propria sumuntur, id est deliguntur & ex multis tolluntur meliora, aut epitheta, aut noua, aut prisca, aut modificata. Propria quidem, aut alienæ, aut nostræ sunt linguæ: sed hic de nostris agimus, non alienis. Item propria, aut noua sunt & usitata, aut prisca, siue inusitata, siue uetusta. hæc autem sumuntur, id est iudicio aurium deliguntur. Ne autem propria hic intelligas, cuiusmodi à Grammaticis aut Dialecticis appellantur, quæ indiuidua etiam uocãt: sed propria intelligimus, non translata aut modificata, omnium rerum uocabula, ut terram, aquam, aerem, ignem, cœlum, stellas, animalia, stirpes.*

Aut addita ad nomen.) *Quæ etiam infrà Adiuncta ad nomen uocat, Græcè dicuntur ἐπίθετα: ut indulgẽs pater, seuerus iudex, immortalis gloria, & id genus infinita: quæ si uel longius petita sint, uel intempestiuè adhibita, uel crebra, frigidã faciunt & ineptam locutionem, ut Aristot. lib. 3. Quibus tamen poeta si utatur, non ita uiciosum*

esse,atq; in oratiōe soluta,idē testatur Aristoteles.

Aut noua.) Hoc est, nuper inuenta, quibus interdum uti necessitas cogit. Quod uenia petita faciendum est, quo mollius, ut suprà diximus, accipiantur. Hæc autem à nouatis,atque ijs quæ facit orator,differunt:quòd noua ab oratore non fiunt ipso,sed cum paulo antè facta fuerint,ab eo assumuntur:ut fauor, & urbanus, tempore Ciceronis, quod uerbum paulo antè erat factum:sicut obsequium, quo usus est Terentius. Sed quæ facit orator ipse,nouata & facta dicuntur,ut suprà satis est ostensum.

Aut prisca.) Id est, ut antè dixi, inusitata & uetusta, quæ etiam sunt in proprijs,sed mediam quandam naturam habent: ut neque planè aliena sint, quia fuerunt olim propria:neque planè propria, quia uetusta & inusitata: idcirco illis raro utemur. Sunt tamen poetarum licentiæ liberiora, quàm oratorum: habent'que in oratione, si parcè usurpentur, dignitatem, ut Cicero in 3. & Aristot.in 3. testantur. qui etiam dicunt,grandiorem fieri poeticis uerbis orationem. si tamen sæpius eis quis utatur, eam obscurabunt: quod est contra propriorum naturam, quæ idcirco assumuntur, ut dilucidam faciant locutionem. Atque hæc sunt illa quatuor, quæ Ciceroni nostro extra modificationem & translationem numerantur.

rantur. Aristoteles tamen ἐπίθετα subijcit translationi.

Aut ab oratore modificata, & inflexa quodam modo.) Tropos, quos Græci uocant, intelligit: qui à nostro Cicerone tum hic, tum de Oratore lib. 3. modi dicuntur. hinc modificata & inflexa appellauit. Facit autem modorum duo genera, translationem scilicet, & immutationẽ. Sed Arist. uno nomine translationis, tropos omnes intelligit, translationiq́; subiungit: cuius sentẽtiam Cic. in Oratore ad Brutum probat.

Qualia sunt ea quæ transferuntur.) Translata uocat in Orat. quæ per similitudinem ab alia re, aut suauitatis, aut inopiæ caussa, transferuntur: Inopiæ caussa, ut, gemmare uites, luxuriem segetum, pedem in naui: Suauitatis caussa, ut splendor imperij, ignorãtiæ tenebræ, flos ætatis. Oportet autẽ translationes accommodatas sumere. hoc autẽ fiet, si proportio cõseruabitur, ut inquit Arist. lib. 3. sin minus, indecorũ apparebit. &, ut inquit Cicero, uerecunda debet eße trãslatio, ut deducta esse in alienũ locum, non irruisse uideatur. Sumũtur autẽ trãslationes à reb. honestis, uel sono, uel potestate, uel aspectu, uel alio aliquo sensu, & maximè oculorum, qui est sensus acerrimus. Nam & odor urbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis,

nis, sunt ducta à cæteris sensibus. Cum uerò auroram roseam siue purpuream dicimus, & cruentam orationem, ad oculorum sensus admouentur. Est etiam illud notandum, duci translationes tam ab ijs rebus quæ sub sensum cadunt, quàm quæ animo tantum percipiuntur: itemq; à rebus inanimis & animatis, ratione præditis & rationis expertibus. Sunt uerò & allegoriæ & ænigmata translationis quædam genera. Allegoriã Cornificius permutationẽ uocat, Fabius inuersionem. ea autem nihil aliud est, quàm ex pluribus continuatis, eisq; translatis uerbis quædam connexio: ut aliud dicatur, aliud intelligendum sit. ut, Ouem lupo cõmisisti: quo significatur, hominem innocentem, inimico aut crudeli commissum: & id genus innumerabilia. nã est amplißimus huiusmodi campus. Aenigmata uerò, obscuræ sunt allegoriæ, eas scrupos ueteres appellabãt. quæ fugienda esse, præcipit Cicero: quia obscurant orationem, cuius propria uirtus est perspicuitas. Aristoteles tamen ea non omnino reijcit, & affert etiã exemplum, Vidi hominem qui alteri homini æs igne adglutinabat. quod fit, cum in uaporarijs cucurbitulæ admouentur. & idcirco eis interdum usus est Cicero, ut in oratione pro Sext. Rosc. Amer. Quis ibi non est uulneratus ferro Phrygio? Quum intelligeret, in foro multos è Romanis iudicibus iniuria con-

cōdemnatos. Aristoteles imaginē, quam εἰκόνα uocat, etiam refert ad translationem, ita tamen, ut à pura translatione tantum adiunctione particulæ unius differat. ut si de homine dicas, Tanquam leo irruebat: imago est. cum autem, Leo irruebat, est translatio. Sed ea rarò utendum esse præcipit, quoniam magis poetas decet.

Aut immutantur.) Mutata & immutata dicit in Oratore, in quibus pro uerbo proprio subijcitur aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua cōsequēti. Hāc, inquit Cicero, ὑπαλλαγὴν Rhetores, quia quasi submutantur uerba pro uerbis: μετωνυμίαν Grammatici uocant, quòd nomina transferuntur, alio tamen modo quàm in translatione, de qua dictum est. Sunt autem huius multæ species, quarum primam nomine generis appellant, nimirum ὑπαλλαγὴν, ut dixi, siue μετωνυμίαν: Cicero traductionem, atq; immutationem. ut, Græcia pro Græcis, Africa pro Afris, circuncisio pro circuncisis (ut Paulus Tarsensis loquitur) Roma pro Romanis. Alia est denominatio, quam puto rectè παρωνυμίαν dici. frequens oratiōis est modus: ex quo genere hæc sunt, Mars pro bello, Neptunus pro mari, Toga pro pace, Moses pro lege, Christus pro ueritate. quo item in genere uirtutes & uitia, pro ipsis in quibus illa sunt, appellantur: ut si quis dicat, Iusticiam terris

excessisse, id est, nullos homines esse iustos: salutē pro homine, aut pro re salutari. Huic *finitima alia figura est, minus quidē illa ornata, sed tamē nō ignoranda, quū intelligi uolumus aut ex parte totum, ut pro ædificijs cū parietes aut tecta dicimus: aut ex toto partem, uelut quum unam turmam, equitatum: aut ex uno plures, ut* Romanus *homo: aut quum ex pluribus intelligimus unum, quomodo sæpe loquuntur autores,* Nos *scripsimus, nos diximus. Hic modus* συνεκδοχὴ *appellatur, intellectio* Latinè. *Huc etiam referunt* εἰρωνείαν, *quam dissimulationem & illusionem uocat* Cicero: *uelut quum improbum hominem bonum uirum appellamus. nam contrarium semper intelligitur.* Latissimè *autem patet* εἰρωνεία, *nec est difficilis cognitu. nam aut risu, aut rei natura, aut persona significatur. Solet etiam inseri aliquod uerbum, quod ironiam esse subindicet: cuiusmodi sunt, credo, scilicet, aut aliquid simile.* Hanc *sub permutatione* Cornificius *lib. 4. comprehendit.*

Aut ea quibus tanquam abutimur.) κατάχρησιν *intelligit: quæ fit, quoties uerbo simili & propinquo pro certo & proprio abutimur, non tam eleganter quàm in transferendo: sed etiam si licentius, tamen interdum non imprudenter: ut, quum grādem orationem, minutum animum, uir gregis ipse caper, equum ædificare, in arundi-*

ne

re equitare, & pleraq; generis eiusdem, dicimus.

Aut ea quæ obscuramus.) Hoc de allegorijs & ænigmatibus intelligi potest, quod mihi non improbatur: sed de eis iam dictum est. Potest etiam Cicero loqui de Aristotelico ὑποκορισμῷ, cuius mentionem fecit lib. 3. quæ nil aliud esset, quàm diminutio quædam, idq; duobus modis: altero, ut ipse Arist. interpretatur, quæ uel bonum uel malum minus uideri facit in uno uerbo: ut pro aureo aureolum, pro conuicio conuiciolum, pro homine homuncio, pro anu anicula. alio modo, ut opponatur ὑπερβολῇ, & quod illa in cœlum tollit, hæc in terram deprimat, hoc pacto: si quis aufugerit, cum discessisse dicamus: item, eum qui grauiter uulnerauit, tetigisse. Quanquam superlatio tam minuendi quàm augendi caussa fit, ut statim ostendam.

Quæ incredibiliter tollimus.) Hæc, ut modò dixi, ὑπερβολὴ dicitur Græcis: nostris autẽ superlatio, atq; exuberantia & traiectio nominatur. Ea à Cornificio definitur, oratio superans ueritatẽ: uel, ut Cicero, modus est quo aliquid incredibiliter tollimus. Qui modus ornatißimus est, latißiméque patet, non solum apud poetas, uerùm etiam oratores. Hoc modo tum augendo aliquid, tum minuendo utimur. ut, Nam quem uirtutis gloria cum summa laude ad cœlum extulit,

eundem inimicorum inuidia indignißimè oppressum, deprimit ad supplicium: niue cādidior, ocyor euro, sole clarior, testudine tardior,

Frigidius glacie pectus amantis erat.

Quæq; mirabilius, quàm sermonis consuetudo patitur, ornamus.) Si modum unū tantum intelligit (ut ego sentio) is erit ἀντονομασία*, quam Cornificius pronominationem uocat: quæ sicuti cognomine quodā extraneo demonstrat, id quod suo nomine appellari quidem, sed non tam ornatè commodè ue potest. Ea sumitur tam ad laudem, quàm ad uituperationem: aut ab animo, aut à corpore, aut ab extraneis rebus. Item uel simpliciter tractatur, uel periphrasi, quæ rursum uarios habet modos: de quibus, & de alijs tropis, diligenter & peritè Valentinus Erythræus scripsit. Pronominatio igitur est, quum crudelem hominem & tyrannum, Neronem aut Herodem nominamus. item illa, pater patriæ, eloquentiæ parens, philosophorum deus. itē in sacris, panis & linguæ angelorum, mons Dei, siue mons diuinus. item poetam pro Homero aut Vergilio, oratorem pro Demosthene aut Cicerone, Dominum aut Seruatorē pro Christo. Hoc enim pacto aliquid mirabilius, quàm sermonis consuetudo patitur, ornamus. Sic alios uoluit his uerbis significare modos, quibus à cōsuetudine sermonis recedētes, uerba ipsa simplicia*

plicia exornamus: tum imaginem, de qua suprà, tum ambigua uerba, tum ea quæ lepôre quodam condiunt orationem, uerba intelligemus: de quibus de Oratore lib. 2. multa eleganter disputãtur. Huc etiã illa prosopopœia aduocari potest, cum multis rebus, sensus quasi tribuitur. ut pro Plancio: Quorum honoribus agri, propè dicam, ipsi, montesq; fauerunt. item illa pro Archia, Saxa uoce respondent.

C. F. Habeo de simplicibus uerbis, nunc de coniunctis quæro. C. P. Numeri quidam sunt in cõiunctione seruandi, cõsecutioq; uerborum. Numeros, aures ipsæ metiuntur, ne aut non cõpleas uerbis, quod proposueris, aut redundes. Consecutio autem, ne generibus, numeris, tẽporibus, personis, casibus perturbetur oratio. Nã ut in simplicibus uerbis, quod non est Latinum, sic in cõiunctis, quod non est consequẽs, uituperandum est.

C. F. Habeo de simplicibus uerbis, nunc de coniunctione quæro.) In generibus eloquendi duo spectanda esse dixit: simplicia scilicet uerba, & coniuncta. De simplicibus hactenus, nunc de

coniunctis quærit, nimirum quæ sint in uerborum coniunctione seruanda. Respondet pater: Duo esse, numeros quosdam, & consecutionē. Numerus dicitur, quicquid est, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest à uersu (nam id quidē orationis est uitiū) qui Græcè ῥυθμὸς dicitur. nam μέτρον uersum appellant. Aut si breuius definire uolumus: Numerus est, breuiū & longarum syllabarum collocatio, ex qua pedes constant, qui & ipsi numeri uocantur. Cur autem numeri siue pedes ex poetica oratione in solutā & oratoriam transferantur, rationē reddit Cicero, cum ait: Numeros aures ipsæ metiuntur, ne aut non compleas uerbis quod proposueris, aut redūdes. quibus uerbis significat, neq; prorsus uinctā esse pedibus orationem, neq; prorsus solutam, sed quibusdā numeris, ne fugiat, aut erret plusquam par est, sibi ipsam moderari: id quod fit potißimùm cōtinuationis initio & fine, quibus in locis duo aut tres sunt seruandi pedes, ex quib. magna auribus suauitas cōciliatur. Initijs hos potißimùm probat Cicero, Heroos scilicet, dactylū, anapæstū, et spōdæū: itē pæana priorē, q primus à poetis dicitur: et creticū, q et amphimacrus. In extremo aūt cōprehensionis, Heroos alternos, & cū alijs mixtos: deinde pæana posteriorē, q quartus in poeticis est: itēq; creticū, et dichoræū, siue ditrochæū: et dochimū,

qui

qui ex bachio & iambo cõstat: quorũ pedũ mensuræ & interualla sunt ex poeticis discenda. Hæc de numeris breuiter: qui plura uolet, uel tertiũ de Oratore extremũ, uel Oratorẽ ad Brutum legat.

Consecutio autem.) Cõsecutio est uerborũ compositio, qua & Latini sermonis puritas conseruatur, & cõcinnitas affingitur quædã. Puritas cõstabit cõseruatis Grãmaticæ præceptis, usuq; loquendi, qui in bonis autoribus inuenitur: si modò sit iactum fundamentũ bonorũ uerborũ, quæ latina dicuntur. Nam quasi solum quoddã atq; fundamentum est, uerborũ usus & copia bonorũ. Ergo ut Latinè loquamur, non solũ uidendũ est, ut & uerba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat: uerumetiã, ut ea sic & casibus & tẽporibus, & genere, & personis, et numero cõformemus, ne quid perturbatũ ac discrepans, aut præposterũ sit, sine ambiguo uerbo, nõ nimis lõga continuatione uerborũ, nõ discerptis sentẽtijs, nõ pturbato ordine.

Nam ut in simplicibus uerbis quod non est Latinum.) id est, usu bene loquentium comprobatum, uituperandũ est. Sunt enim duo uitia maximè fugienda, solœcismus, & barbarismus. Solœcismus fit, cũ uerbis prioribus consequẽs uerbũ nõ accõmodatur. Barbarismus uerò, cũ uerbũ aliquod uitiosum, aut peregrinũ in oratione Latina immiscemus: quæ uitia Latinitas respuit, quæ sermonẽ pu

rum

rum conseruat, atque ab omni uicio remotum.

DE GENERIBVS DIcendi.

Communia autem simplicium, coniunctorumque sunt, hæc quinque quasi lumina: dilucidum, breue, probabile, illustre, suaue.

Communia autem simplicium coniunctorumque, sunt, hæc quinque quasi lumina.) Lumina appellat, *quas* Hermogenes ἰδέας, *id est formas*: Aristote*les autem* ἀρετάς, *hoc est uirtutes elocutionis nominauit*. Cicero *etiam* σχήματα, *quasi dicas orationis gestus quosdam & conformationes, quas* Græci σχηματισμοὺς. Nec *aliud sunt, quàm eloquendi siue dicendi certa genera. neque enim aliud quicquam est dicere, nisi omnes, aut certè plerasque aliqua specie illuminare sententias*: Eas *in hunc modum licet definire, ut sint orationis formæ quædam, quàm sermonis consuetudo patitur, illustriores.* Vel *hoc modo:* σχῆμα *est, arte aliqua nouata dicendi forma.* Horum *sunt duo genera, uerborum & rerum, siue sententiarum. Sed inter conformationem uerborum & sententiarum hoc interest, quòd uerborum tollitur, si uerba imitaris: sententiarum permanet, quibuscunque uerbis uti uelis.* V*sus earum duplex est, tanquam armorum: nam & ad* pu-

σχῆμα

pugnã uim habent, & ad uenustatẽ facit ipsa tractatio. Earum nomina, & quasi descriptiones, habet lib. 3. de Orat. itemq; Orator ad Brutũ. copiosiorem aũt explicationem, præter Quintilianũ, Cornificij quartus ad Herennium liber. Exemplorum uerò copiam in omni genere, orationes Ciceronis suppeditabunt ei, qui eas diligenter & studiose inuestigauerit. Sed dicat aliquis, cur cõmunia simplicium & cõiunctorum esse dicũtur? Quia propria uidelicet sunt singulis generibus assignata uerborum & sententiarũ ornamenta: & quia unaquæq; dicẽdi figura ex his quinq;, quæ enumerat hic noster, sua habet uerborum & coniunctionis genera. Verùm difficilior quæstio exoritur, quomodo uidelicet hæc quinq;, cum illis quatuor, itemq; cum tribus, quæ in 3. de Oratore proponit Cicero, conueniant. Nam sub initium libri: Quinam igitur, inquit, dicendi modus melior, quàm ut Latinè, ut planè, ut ornatè, ut ad id quodcunq; agetur aptè congruenterq; dicamus? Deinde in fine eiusdem libri, & alibi, tres facit dicendi formas: unam plenam, alteram mediam, tertiam tenuem. Quod si etiam septem illa Hermogenis huc conferre uolumus, non erit incommodum. sunt autem hæc: magnum, pulchrum, moratũ, uerũ, aptũ, uelox, dilucidũ. sed nos hæc in hũc cõciliamus modũ, uti subiecta descriptio docebit.

Dicendi

Dicendi genera omnia Ciceronis & Hermogenis ad tria genera accommodata:

- Plenum,
  - Ornatum
  - Illustre
  - Magnum
- Mediũ,
  - Aptum
  - Probabile
  - Suaue
  - Pulchrum
  - Moratum
  - Verum
- Tenue,
  - Latinum
  - Planum
  - Dilucidum
  - Breue
  - Velox

dicitur.

Neq; tamen, quòd ita genera distiximus, & inter se comparauimus, conciliauimusq;, existimandum est, nõ posse misceri, si res ista poscat. Quinetiam quædam ita communia omnium, & singulorum generum sunt, ut sine illis nulla poßit eße laudabilis oratio: cuiusmodi sunt, latinum, planum, siue dilucidum, & probabile.

Di-

Dilucidum fit, usitatis uerbis, proprijs, dispositis, aut circũscriptione conclusa, aut intermissione, aut concisione uerborum.

Dilucidum fit.) Iam lumina illa dicendi proposita explicare aggreditur, incipitq; à dilucido genere: & meritò. Nam prima uirtus elocutionis est, & orationis, ut sit plana & dilucida. Cuius rei signum est, quòd nisi oratio sit clara & aperta, finem suum non assequitur. ut Aristoteles lib. 3. ait: Idcirco rectè inquit Cicero lib. 3. neq; enim conamur docere eum dicere, qui loqui nesciat: nec sperare, qui Latinè non possit, hunc ornatè esse dictu rum: neq; uerò, qui non dicat quod intelligamus, hunc posse quod admiremur dicere. Sed claritas orationis ex proprijs usitatisq; uerbis maximè cõ stat. Nam quæ transferũtur, proprijs obscuriora esse necesse est: & inusitata uerba non tam facilè, quàm usitata & quotidiana, intelliguntur.

Dispositis, aut circũscriptione cõclusa, aut inter missiõe, aut cõcisiõe uerborũ.) De collocatiõe cõ iunctiõeq; uerborũ loquitur, aut potius innuit: de qua proximè præcipere cœperat. idcirco dicit, Di spositis, scilicet uerbis. nã disponere nihil aliud est, quàm in oratiõe uerba collocare. Huius duæ sunt uirtutes: collocationis enim primũ est, cõponere

&

& struere uerba sic, ut ne'ue asper eorum concursus, ne'ue hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & lenis, ex quo iuncta fiat oratio, & æquabiliter fluens: & hæc propriè iunctura nominatur. Altera uirtus est, ut circumscriptione conclusa sit, aut intermißione, aut cōclusione uerborum: quæ uirtus tota in ratione periodorum continetur. Est enim elocutio duplex, ut Aristoteles quoq; in tertio Rhet. tradit: uel tracta ac pēdens, quæ copulatione fit una, cuiusmodi Herodotus in Historia utitur. uoco autem tractam ac pendentem elocutionem, quæ nullum ex se finem habet, nisi res quæ exponitur, ad finem peruenerit: quæ sanè est iniucunda, quoniam infinitè fertur. Altera autem ambitu comprehensa est, quæ periodis constat. Periodum uoco orationē, quæ principium & finem ex sese habet: & magnitudinem, quæ facilè perlustrari poßit. Huiusmodi autem oratio suauis est, & facilè percipi potest: suauis, & quia ei contraria est quæ infinitè fertur, & quia facilius intelligitur. facilè autem percipitur, quia memoriæ facilè mādari potest. quod accidit, quia numeros habet in periodis, qui rem maximè aptā faciunt ad recordandum. Periodi partes, si materiē spectes, sunt quæ κῶλα & κόμματα Græci: nos illa, incisa siue articulos: hæc, membra uocamus: ut periodum tum ambitum, tum circuitum,
tum

tum comprehensionem, tum complexionem uerborum, tum cōtinuationem, tum circunscriptionem, aut etiam conuersionem dicimus. Omnis enim oratio in comprehensiones, in membra & incisa distribuitur. Ex quo sequitur, incisum, mēbri partē esse: & membrū, cōtinuationis. Incisum est, sensus nō expleto numero cōclusus. Membrū, sensus numeris cōclusus. Cōprehensio est cōtinuatio uerborū, ita circūscripta atq; conclusa, ut numerose cadat, perfecta sententia. Incisum solet sex aut octo syllabis terminari: membrū aūt decē & octo, aut paulo plurib. aut paucioribus. Quæ membra pari ferè syllabarum numero constant, comparia nominantur. Hoc non de enumeratione nostra fiet: nam id quidem puerile est, nisi initio discendi fiat: sed affert usus & exercitatio facultatis, ut animi quodam sensu & aurium par membrū superiori referre poßimus. hoc modo: In prælio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat. Interdum non sunt paria membra circuitus: sed aut breuiora extrema primis, aut lōgiora. quod melius & iucundius esse censet Cicero de Orat. 3. Constat autem ille ambitus & plena cōprehensio è quatuor ferè partibus, quæ mēbra dicimus, quasi hexametrorū instar uersuum, ut & aures impleat, & ne breuior sit quàm satis est, neq; longior. Quanquā utrunq; nonnūquam,

uel potius sæpe accidit, ut aut citius insistendum sit, aut longius procedendum: ne breuitas defraudasse aures uideatur, ne'ue longitudo obtudisse. cuiusmodi est illa: Si quid est in me ingenij, iudices, quod sentio quàm sit exiguum: aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse uersatum: aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studijs & disciplina profecta, à qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse: earum rerum omnium uel in primis hic A. *Licinius fructum à me repetere, prope suo iure debet.* H*æc igitur, ut dixi, perfecta est & plena comprehēsio. illa uerò quæ duobus mēbris constat, breuißima dicitur: quoniam ea nulla potest esse breuior, ut* Cicero *in* Oratore *testatur. ut,* I*ncurristi amens in columnas, in alienos insanus insanisti. item,* M*issos faciant patronos, prodeant ipsi.* Hoc *autem, membratim dicere appellat* Cicero*: & membrum,* Cornificius *ad* Heren. *lib.4.*N*am quod quidam aiunt, posse ex uno mēbro constare periodum, non plus uerum est, quàm si quis dicat, brachium aut caput auulsum à corpore, hominē uel corpus hominis esse. quod si fiat ut in oratione aliqua membrum solitarium efferatur: iam non periodus, sed mutilatum membrū nominabitur.* I*nter illam perfectam, & hanc bimembrem, quam* δίκωλον *uocant* Græci*, interest*

tertia,

tertia, quæ τρίκωλος dicitur. Ea tribus membris perficitur. cuiusmodi est illa: Nec Reip. consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti. itē illa, qua Brutum dialogum exorsus est: Quum è Cilicia Rhodum uenissem, & eò mihi de Q. Hortensij morte esset allatū, opinione omniū maiorē animo cæpi dolorem. Incisa uerò, in ipsa periodo nullum certū numerū habēt. Sunt enim modò plura, modò pauciora in singulis mēbris. Sed aliquādo ut mēbratim, sic etiā incisim dicimus, ut initio secūdæ in Catilinā: Abijt, excessit, euasit, erupit. itē illa pro Cluētio: Vt eam nō pudor, nō pudicitia, nō pietas, nō macula familiæ, nō hominū fama, nō filij dolor, nō filiæ mœror, à cupiditate reuocaret. itē illa: Quæ spem parentis, memoriā nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatum Reip. ciuē sustulisset. Hoc genus à Cornificio articulus nominatur. Debent igitur ista in oratione uariari, ut modò incisim, modò mēbratim dicamus: nunc illa pleniore periodo, quæ τετράκωλος dicitur, aliàs breuiore utendū erit: ut delectatio quæratur, uitetur satietas: ita tamē, ut breuiora illa, excipiātur lōgioribus: quæ si cōstitutū modū excesserint, & quātū uolui uno spiritu possit proferantur, iā nō periodi, sed περιοδικαὶ cōplexiones uocabūtur, quas ob id etiā Græci πνεύματα uocāt, cuiusmodi plures sunt in Cicerone.

Obſcurum autem aut longitudine, aut contractione orationis, aut ambiguitate, aut inflexione atq; immutatione uerborum.

Obſcurum autem.) *Quòd Cicero de obſcuro genere dicendi præcipiat, id non facit quòd obſcuritatem in oratione probet (eſt enim prima uirtus orationis, ut antè diximus, diluciditas) ſed ut, quid contrarium diluciditati ſit, doceat: ut non ſolum quid ſequendum, uerùm etiam quid uitandũ ſit, intelligamus. Hinc eſt, quòd in luminum enumeratione obſcurum hoc genus non poſuit. Quatuor igitur ſunt, quæ orationem obſcuram faciũt: Si periodi ſint nimis longæ: ſi nimis breues (quas mutilas uocat* Ariſt. *lib. 3. nam quæ longæ ſunt, officiunt memoriæ: quæ mutilæ & contractæ, intelligentiæ: ſequitur igitur, ut ambæ ſint obſcuræ.) Reliqua duo ſunt, ambiguitas, inflexioq; uerborum. Ambiguitas, aut in uerbis ipſis, quæ* Græci *ὁμώνυμα, nos ambigua appellamus, ut ὁμωνυμίαν ambiguitatem: ut genus, ſpecies, canis, pater. aut compoſitione: ut,* Vidi hominem leonem ſuſtinẽtem. *Hæc autem ambigua melius norunt, qui* Dialectici *uocantur. Inflexio uerborum, atq; immutatio, de qua ſuprà in tractatione uerborũ diximus. Sunt enim omnia modificata & inflexa, proprijs*

&

& usitatis obscuriora. Itaq;,ut cõcludamus, Lõgitudo & contractio, circumscriptioni conclusæ: inflexio immutatioq; uerborũ, usitatis uerbis & proprijs: ambiguitas partim dispositioni, partim etiam proprietati uerborum opponitur. Ad obscurum etiam dicẽdi genus pertinet Synchysis seu hyperbaton, aliaq; nonnulla, de quibus Grammatici abundè præcipiunt.

Breuitas autem conficitur simplicibus uerbis, semel unaquaq; re dicenda: nulli rei, nisi ut dilucidè dicas, seruiendo.

Breuitas autem,) De secundo genere dicendi, quod breue nominauit, explicat. Hæc autem breuitas non est illa contractio, de qua in obscuro genere dictum est, quæ συντομία dicitur: sed ea quã βραχύτητα, & βραχυλογίαν Græci dicunt. illa enim uiciosa est, hæc laudabilis. Est enim eiusdem oratoris, & breuiter & splendidè dicere. hanc breuitatem Cornificius lib. 4. uidetur definire. Breuitas, inquit, est oratio, ipsis tantummodo uerbis necessarijs expedita. Antonius uerò apud Ciceronem de Orat. lib. 2. de Craßi breuitate loquẽs: Breuis, inquit, est L. Craßi oratio: si tamen est breuitas, quum tantum uerborum est, quantum necesse est. Hæc tribus efficitur: uerbis, tractatione,

& perspicuitate. Verba erũt simplicia, nõ coniunctione facta, neq; idem significãtia quæ συνώνυμα *uocant. ut, sceleratus, non consceleratus: abijt, nõ abijt, excesßit, euasit, erupit. Tractatiõe uerò breuitas cõparatur, uitandis repetitionibus, commorationibus, circuitionibus, & id genus illustribus figuris, quæ breuitati contrariæ sunt, & ad illustre illud genus conficiendum adhibentur. Reliqua ex dilucidi generis præceptis sumenda sunt, atque ex ijs quæ de breuitate narrationis traduntur.*

Probabile autem genus est orationis, si nõ nimis est comptum, atque expolitũ, si est autoritas & pondus in uerbis, si sententiæ uel graues uel aptæ opinionib. hominum, & moribus.

Probabile autem genus.) Quid sit probabile, alibi docuimus. Sed hic tria sunt consideranda: ornatus, uerba, sententiæ. Ornatus, debet esse simplex, parcus, & rarus. Simplex est enim ueritatis oratio: & quæ nimis compta sunt, suspicione non carent: ut mulier nimis ornata, & fuco illita, parum proba putatur. Vitandus est igitur in hoc genere, nimius ille nitor & splendor. qualis est sophistarum, qui nihil sine aliquo insigni ornatu

tu

tu proferunt: quos Cicero in Oratore reprehendit. Sunt enim ineptis pictoribus similes, qui sine umbris, illustrium tantum colorum uarietate, tabulā exornant: quæ ob id improbatur maximè, quod nimia luce & splendore oculos perstringat. Verba autem eligenda sunt, quæ pondus habent, & autoritatem. Pondus, non in sono, sed in uerbi significatione spectatur: ut si res ueras, uel uerisimiles significent. Autoritas aut in eo cernitur, si uerbum sit antiquum, ut patrare, prosapia, clepere: aut rei magnæ. Sunt uerò res magnæ aut natura, ut cœlestia, ut diuina, ut quæ in obscuritate naturæ uersantur: aut usu, ut charitate, amore, honestate, siue uirtute: aut si uerbum sit alicuius magni & excellentis autoris, ut Homeri, Platonis, Virgilij, Ciceronis. Sententiæ denique (quod tertium fuit in hoc genere spectandum) erunt graues, quæ ex rerum & uerborum grauitate constabunt: erunt aptæ opinionibus & moribus hominum. de quibus in probabilibus suprà dictum est, & infrà in uerisimilibus dicetur. Hoc genus sententiarum grauiū & probabilium non sectantur sophistæ, qui quanquam eosdem flores adhibeant, quos adhibet Orator in caußis, tamen id & apertius faciunt, & crebrius, quàm illi: sententiasque magis concinnas exquirunt, quàm probabiles.

Illuſtris autem oratio eſt, ſi & uerba grauitate delecta ponuntur, ac translata, & ſuperlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata, & idem ſignificãtia, atq; ab ipſa actione atq; imitatione rerum non abhorrentia. Eſt enim hæc pars orationis, quæ rem conſtituat penè ante oculos. is enim maximè ſenſus attingitur: ſed cæteri tamen, & maximè mens ipſa moueri poteſt. Sed quæ dicta ſunt de oratione dilucida, cadunt in hanc illuſtrem omnia. eſt enim plus aliquanto illuſtre, quàm illud dilucidum. altero fit, ut intelligamus: altero uerò, ut uidere uideamur.

Illuſtris autem oratio eſt.) Illuſtre genus dicendi eſt, id quod alibi plenum & graue dicitur, contrarium breuitati: quamobrem quæ à breuitate remota ſunt, cadunt in hoc genus omnia. quod ſic paucis definiri poteſt: Illuſtris oratio eſt, quæ conſtat ex uerborum grauium & illuſtrium magna & ornata conſtructione. In hoc genere tria præcepta dat Cicero, quorum unum ad uerba lecta & modificata, alterum ad ornamenta, tertiũ ad

ad compositionem pertinet. Electio uerborum grauium & sonantium est: modus in translatis, superlatis, siue incredibiliter sublatis: item in ἐπιθέτοις, quæ ad nomen adiuncta hic uocat: & in coniunctis uerbis, quæ duplicata dicit: in idem significãtibus, quæ συνώνυμα diximus appellari: & in ijs quæ imitatione fiunt, de quib. omnib. antea explicatum est. Secundum præceptum est, quod in quodam genere ornamẽtorum uersatur. id autẽ Græci ὑποτύπωσιν, & interdũ ἐνάργειαν uocant: nos euidentiam, & illustrationem, & demonstrationem, & illustrem explanationem, & subiectionem ante oculos. Sic enim Cicero ipse li. 3. de Orat. Illustris explanatio, inquit, rerum quæ quasi gerantur, sub aspectũ penè subiectio, quæ & in exponenda re plurimum ualet: & ad illustrandum id quod exponitur, & ad amplificandum, ut ijs qui audierint, illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse uideatur. Breuius autem definiuit Cornificius: Demonstratio est, inquit, cum ita res uerbis exprimitur, ut geri negocium, & res ante oculos esse uideatur. Exempla cùm ex eodem libro Cornificij peti possunt, tum uel maximè ex ipsis Ciceronis orationibus. in hoc genus cõgruunt omnia illa ornamenta, quæ à breuitate remouimus: cuiusmodi sunt, circuitio, descriptio, expolitio, frequentatio,

commoratio, conformatio, & id genus alia, quibus augetur oratio. Tertium præceptum totum in compositione, siue constructione uerborum consumitur: in quo seruanda erunt ea præcepta, quæ in dilucido genere tradita sunt, ubi rationes periodorũ cõplexi sumus. Nam dilucidum & illustre, in eo tantũ differũt, quantũ minor lux à maiore, matutinũ tempus à meridiano distingui tur: alterũ facit, ut et intelligamus, quod est animi & mẽtis: alterum ut uidere & sentire uideamur, quod est oculorum, quorum acerrimus sensus est.

Suaue autem genus erit dicendi, primùm elegantia & iucunditate uerborum sonantium & lenium: deinde coniunctione, quæ neq; asperos habeat concursus, neq; disiunctos atque hiantes: & sit circunscripta non longo anfractu, sed ad spiritum uocis apto: habeatq; similitudinem æqualitatem que uerborum, tum ex contrarijs sumpta uerbis, crebra crebris, paria paribus respondeant: relata que ad idem uerbum, & geminata, atq; duplicata, uel etiam sæpius iterata ponantur: constructioq; uerborum tum coniunctionibus

nibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

Suaue autẽ genus.) Suaue dicitur, quod uolũptate aliqua sensus afficit, atq; titillat iucũditate. In hoc dicendi genere, quinq; seruanda præcipit: quorũ primũ est in uerbis, secundũ in coniũctione uerborũ, tertiũ in periodis & mẽbris, quartũ in figuris, quintũ in sententijs. Verba elegãtia primum esse debent, quæ nitida antè uocauit. Deinde cõsonantia, de quib. antè dictum est: sed addenda sunt etiam illa lenia, in quibus iucũditas inest. Cõiunctio sequitur, in qua, uti etiã suprà diximus, asperi concursus uitandi sunt, qui fiunt asperis & crebris cõsonantibus literis: ut, Tum ferri rigor: & ferræ stridulus usus. item, ô Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti: itẽ quæ uastã & hiantem orationẽ reddunt, quod accidet ob crebras uocaliũ cõcursiones: ut in illo, Baccæ æneæ amœnissimæ impendebãt. itẽ principiũ Ciceronis epistolæ primæ ad Lentulũ, Ego omni officio, ac potius pietate: ut quidã uolũt. sed eo loco uiciosum nõ est, sed magna cum uenustate positũ: est enim principiũ epistolæ, in qua cõpositiõis negligẽtia laudatur. Suauia uerò sunt uerba, in quib. a, & o, itẽq; diphthõgi crebræ sunt, modò ne concurrant uastius.

Aulai in medio libabant pocula Bacchi,

sonantia sunt. illa uerò lenia,

Et secum sola sicca spaciatur arena.

De periodo & membris diximus antea, eam quæ aures implet, & ad spiritum uocis apta sit, suauem esse: longam autem & mutilam, insuauem. Iam de figuris, quibus suauitas quædam conciliatur, dicendum est. Fiunt huiusmodi figuræ, genere uerborum quodam: in quibus ea sunt, quæ similitudinem aut æqualitatem habẽt. ea proprio nomine similiter cadentia, & similiter desinentia dicuntur. Prioris exemplum est: Hominem laudas, egentem uirtutis, abundantem felicitatis. Posterioris uerò: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Item, crebra crebris, & paria paribus relata, contraria, aut etiam similia & dißimilia. Crebra dicuntur, quum singula singulis referuntur: paria uerò, quum aliquot uerbis cæsa oratione propositis, totidem illis redduntur pari ratione. De hoc genere eum loqui arbitror de Orat. li. 3. in ornamentis uerborum recensendis, quum ait: Et quod de singulis rebus propositis ductum refertur ad singula. Nam quæ ibidem paribus paria referri ait, existimo de his intelligi debere, quæ comparia appellauit Cornificius li. 4. quum mẽbra constent ex pari ferè numero syllabarũ. Horum autem exemplum est pulcherrimum in Miloniana. Incipit autem à crebris, & mox ad paria delabitur, rursumq́; tanquam in orbem ad crebra re-

reuertitur, & cœptum ornatũ absoluit: Est enim, iudices, hæc non scripta, sed nata lex: quã non didicimus, accepimus, legimus: uerùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expreßimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus. Paria tantum, *illa in Rosciana: Iis de rebus tantis tamq; atrocibus, neq; satis me commodè dicere, neq; satis grauiter conqueri, neq; satis liberè uociferari posse intelligo. Nam commoditati ingenium, grauitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Illa uerò in Catilinã 2. crebra crebris primùm, deinde parib. paria, magna cũ ui & copia cõtraria referũtur, hoc modo: Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia: illinc stuprũ, hinc fides: illinc fraudatio, hinc pietas: illinc scelus, hinc constantia: illinc furor, hinc honestas: illinc turpitudo, hinc cõtinentia: illinc libido, deniq; æquitas, tẽperãtia, fortitudo, patiẽtia, uirtutes omnes certant cũ iniquitate, cũ luxuria, cũ ignauia, cũ temeritate, cũ uitijs omnibus. In his exemplis tũ contraria cõtrarijs, tum etiam dißimilia & differentia referuntur: in quibus omnibus ea concinnitas cernitur, quæ numerosam facit orationẽ. Differt autem numerus, ab eo quod numerosum est. Numerus enim, pedes poeticos complectitur tantum: numerosum uerò, non modò numerum habet, uerùm etiam genere ipso uer*

borum

Et ſecum ſola ſicca ſpaciatur arena.

De periodo & membris diximus antea, eam quæ aures implet, & ad ſpiritum uocis apta ſit, ſuauem eſſe: longam autem & mutilam, inſuauem. Iam de figuris, quibus ſuauitas quædam conciliatur, dicendum eſt. Fiunt huiuſmodi figuræ, genere uerborum quodam: in quibus ea ſunt, quæ ſimilitudinem aut æqualitatem habēt. ea proprio nomine ſimiliter cadentia, & ſimiliter deſinentia dicuntur. Prioris exemplum eſt: Hominem laudas, *egentem uirtutis, abundantem fœlicitatis. Poſterioris uerò:* Turpiter *audes facere, nequiter ſtudes dicere. Item, crebra crebris, & paria paribus relata, contraria, aut etiam ſimilia & diſsimilia. Crebra dicuntur, quum ſingula ſingulis referuntur: paria uerò, quum aliquot uerbis cæſa oratione propoſitis, totidem illis redduntur pari ratione. De hoc genere eum loqui arbitror de* Orat. *li. 3. in ornamentis uerborum recenſendis, quum ait:* Et *quod de ſingulis rebus propoſitis ductum refertur ad ſingula.* Nam *quæ ibidem paribus paria referri ait, exiſtimo de his intelligi debere, quæ comparia appellauit* Cornificius *li. 4. quum mēbra conſtent ex pari ferè numero ſyllabarū. Horum autem exemplum eſt pulcherrimum in* Miloniana. *Incipit autem à crebris, & mox ad paria delabitur, rurſumq; tanquam in orbem ad crebra re-*

reuertitur, & cœptum ornatũ absoluit: Est *enim, iudices, hæc non scripta, sed nata lex: quã non didicimus, accepimus, legimus: uerùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expreßimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.* Paria *tantum, illa in* Rosciana: *Iis de rebus tantis tamq; atrocibus, neq; satis me commodè dicere, neq; satis grauiter conqueri, neq; satis liberè uociferari posse intelligo.* Nam *commoditati ingenium, grauitati ætas, libertati tempora sunt impedimento. Illa uerò in Catilinã 2. crebra crebris primùm, deinde parib. paria, magna cũ ui & copia cõtraria referũtur, hoc modo:* Ex *hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia, hinc pudicitia: illinc stuprũ, hinc fides: illinc fraudatio, hinc pietas: illinc scelus, hinc constantia: illinc furor, hinc honestas: illinc turpitudo, hinc cõtinentia: illinc libido, deniq; æquitas, tẽperãtia, fortitudo, patiẽtia, uirtutes omnes certant cũ iniquitate, cũ luxuria, cũ ignauia, cũ temeritate, cũ uitijs omnibus. In his exemplis tũ contraria cõtrarijs, tum etiam dißimilia & differentia referuntur: in quibus omnibus ea concinnitas cernitur, quæ numerosam facit orationẽ. Differt autem numerus, ab eo quod numerosum est.* Numerus *enim, pedes poeticos complectitur tantum: numerosum uerò, non modò numerum habet, uerùm etiam genere ipso uerborum*

borum concinnitatem numeris similem, etiamsi absit à numero.

Relatáq; *ad idem uerbum.) Hæc ea figura cõtinentur, quæ* ζεῦγμα *Græcis dicitur. ea fit duobus modis: aut cũ interpositione uerbi, & superiores partes orationis cõprehenduntur, & inferiores. hoc modo:* Formæ *dignitas aut morbo deflorescit, aut uetustate. & hæc appellatur* Cõiunctio *à Cornificio. Aut cũ uerbũ, quo res cõprehẽditur, nõ interponimus, sed aut primũ aut postremum collocamus, quæ* Adiũctio *nominatur.* Prioris *exemplũ est:* Deflorescit *formæ dignitas aut morbo, aut uetustate. posterioris sic:* Aut *morbo, aut uetustate, formæ dignitas deflorescit.*

Et *geminata.) Geminata uerba, & iterata, differunt inter se: quòd geminata absque interuallo ponuntur, iterata uerò interpositum aliquid habent. Geminata sunt:* Vos *uos obtestor* Dij *immortales. iterata:* Fuit *hoc quondam, fuit proprium populi* Rom. *longè à domo bellare: pro* Leg. *Manil.* De *duplicatis antè dictũ est.* Quanquam *duplicata uidetur hic exponendi caußa addidisse: geminata, id est duplicata.* Tum *coniunctionib. copulata, ea sunt, quæ polysyndeta Græci dicũt.* Ἀσύνδετα, *cõtraria ijs quæ dissoluta et sine cõiunctione dicimus. Horũ duorũ exẽpla sint:* Et *amico proderas, & amicũ lædebas, & tibi ipsi nõ con-*

cōsulebas. alterius hoc: Gere morē parēti, pare cognatis, obsequere amicis, obtēpera legibus. Item pro Cluētio: Remoueantur autoritates censoriæ, tollatur id ex caussa, quod in caussa non est: doce quam pecuniam Cluentius dederit, unde dederit, quemadmodum dederit.

Fit etiā suauis oratio, cū aliquid aut inuisum, aut inauditū, aut nouū dicas. Delectat enim, quicquid est admirabile: maximeq; mouet ea, quæ motum aliquē animi miscet, oratio, queq; significat oratoris ipsius amabiles mores, qui exprimūtur aut significando iudicio ipsius ex animo humano, ac liberali, aut inflexione sermonis: cū aut augēdi alterius, aut minuēdi sui causa, alia dici ab oratore, alia existimari uidētur: idq; comitate fieri magis, quàm natiuitate. Sed multa sunt suauitatis præcepta, quæ orationem aut magis obscuram, aut minus probabilem faciunt. Itaq; etiam hoc loco nobis est ipsis, quid caussa postulet, iudicandum.

Fit etiam suauis oratio.) Supersunt sententiæ, quarū sunt genera tria. Nā aut sunt admirabiles,

aut quæ motum habent, aut ad conciliandum ualent. Mirabiles aut de inuisis sunt, aut inauditis, aut nouis. Inuisa sunt, quæ nemo oculis uidit: inaudita, quæ ad aures eorum qui uiuunt, nunquã peruenerunt. Noua deniq;, neque uisa neq; audita unquam sunt: quorum exempla suppeditabit oratio pro lege Manilia. Motum habẽt, quæ iram, odiũ, inuidiam, & id genus permotiones in animis auditorum excitant. nam in permotionibus quoq; inest iucunditas, quemadmodum Homerus de ira cecinit:

Dulcior effuso quæ melle in pectore gliscit,

ut ostendit Aristot. lib. 1. Rhet. & quomodo quibus'ue de caussis id fiat docet. Ad conciliandum uerò faciunt, quæ amabiles oratoris mores significant: qui aut in humanitate eius, ac liberalitate elucent: aut in flexione sermonis. idq; duob. modis, uel augendi alterius, uel minuẽdi sui causa: quæ quidẽ duo εἰρωνείᾳ urbanitate'ue aliqua cõsequemur. Præcepta uerò urbanitatis à Cicerone tradũtur li. 1. de Orat. Sed cũ aliter dicit, aliter intelligi uult orator: id facit nõ uanitate aliqua, id est, mentiendi caussa, sed comitate quadã & modestia. Possunt esse et alia quæ iucundã efficiãt orationẽ: uerùm ea aut ad obscurũ dicendi genus, quod uitandũ est, pertinẽt: aut quia fidẽ orationi detrahunt, sunt omittenda, & sophistis relinquẽda.

da. Iudicium igitur etiam in his deligendis, quæ suauitatem habent, adhibendum est, & ad utilitatem caußæ omnia referenda. Illud præterea sciendum, nullam esse orationem, quæ uno aliquo horum generum tota constet: sed idcirco seorsim horum præcepta traduntur, ut ex his generibus & luminibus orationem temperemus. Sed præstat, ut hanc totam de generibus dicendi doctrinam, uerbis Ciceronis ex tertio de Oratore concludamus: Quoniam, inquit, de ornatu omni orationis, si non sunt omnes patefacti, at certè commōstrati loci, nunc quid aptum sit, hoc est, quid maximè deceat in oratione, uideamus. Quanquam id quidem perspicuum est, non omni causſæ, nec auditori, neq; personæ, neq; tempori congruere orationis unum genus. Nam & causſæ capitis, aliū quēdam uerborum sonum requirunt, alium rerum priuatarum atq; paruarum: & aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudatiōes, aliud iudicia, aliud sermones, aliud cōsolatio, aliud obiurgatio, aliud disputatio, aliud historia desiderat. Refert etiam, qui audiant, senatus, an populus, an iudices: frequētes, an pauci, an singuli: & quales ipsi quoque oratores, qua sint ætate, honore, autoritate, debet uideri: tempus pacis, an belli, festinationis, an otij. Itaq; hoc loco nihil sanè est quod præcipi posse uideatur, nisi ut figuram orationis pleni-

oris, & tenuioris, & item illius mediocris ad id quod agimus accommodatā deligamus. Ornamē-tis ijsdem uti ferè licebit, aliàs cōtentius, aliàs submißius: omniq; in re posse quod deceat facere, artis & naturæ est: scire quid, quandoq; deceat, prudentiæ. Atq; ut in Oratore ait: Is enim est eloquēs, qui & humilia subtiliter, & magna grauiter, & mediocria temperatè potest dicere.

C. F. Reliquum est igitur, ut dicas de conuersa oratione, atque mutata. C. P. Est itaque id genus totum situm in commutatione uerborum, quæ simplicibus in uerbis ita tractatur, ut aut ex uerbo dilatetur, aut in uerbum contrahatur oratio. Ex uerbo, cū aut propriū, aut idē significās, aut factum uerbum in plura uerba deducitur. Ex oratione, cū aut definitio ad unum uerbum reuocatur, aut assumpta uerba remouentur, aut in circuitus diriguntur, aut in coniunctione fit unum uerbum ex duobus.

Reliquum est igitur: ut dicas de conuersa oratione atque mutata.) Suprà dictum est, unū esse eloquendi genus, sua sponte fusum: alterum uersum,

sum, atq; mutatum. Ac de priore satis dictum est. Sequitur nunc, ut de altero, in quo naturalis ille ordo orationis, conuersus, & uarijs modis est commutatus, aliquid dicatur. Et hoc genus, ut illud prius, simplicium est, & coniunctorum. In simplicibus autem duplex commutandi ratio est: altera dilatandi, contrahendi altera. Nam, quemadmodum antea dixi, in eo uis oratoris cernitur, si de eadem re & copiosè et breuiter poßit dicere. Sed tamen uidēdum est, ne ea dilatemus, quæ sunt cōstringenda: aut ea constringamus, quæ dilatanda sunt. decorum enim & loci, & temporis, & personarum, atque etiam rerum ipsarum seruandum erit.

Ex *uerbo.*) Hoc *præceptum est dilatandæ orationis, cum ex nomine, aut aliqua breui sententia, fit oratio.* Ex *nomine inquam, siue illud proprium sit, id est, non translatum, ut Scipio, amor: siue idem significans, cuiusmodi sunt synonyma, & translata uerba, de quibus satis dictum est: siue immutata, de quib. etiam explicauimus, ut Ceres pro frugibus, aut pane: siue sit factum, uel coniunctione, quod duplicatum etiam appellauimus, ut compransor: uel sine coniunctione, ut urbanitas, quod quidem uerbum simplex est, non coniunctum.* Ex *huiusmodi igitur uerbis deducitur oratio: quod* Cicero *dixit,*

Verbum in plura uerba deducitur. At quot modis id fiat, non docet hic Cicero: sed ex præceptis, cõtrahendæ ad unum uerbum orationis intelligi potest. Idcirco nos ad sequentem præceptionem ueniemus, & in ea utrunq; demonstrabimus.

Ex oratione.) Scilicet ad unum uerbum reuocatur sententia: atq; huius contractionis præcepta sunt quatuor.

Cum autem definitio ad unum uerbum reuocatur.) Definitio hic pro quauis descriptione ponitur, ut pro Milone: Qui nullam uim cœlestem existimat, numen'ue diuinum. Hæc descriptio ad unum uerbum reuocatur, si pro ea impium dicas: & contrà ex uerbo dilatabitur, si eam definitionem pro impio posueris.

Aut assumpta uerba remouentur.) Ponamus illud uerbum: Non facile, homo, patrem, occidit. singula hæc uerba dilatemus ex Rosciana, & primùm illa, Non facile, sic: Multum ualet communio sanguinis: reclamat istiusmodi suspicionibus ipsa natura: monstrum atq; portentum certissimum est. hæc tria membra, pro illis, non facilè, posita sunt. Sequitur Homo: Esse aliquem humana specie atq; figura. deinde, Crudelis: qui tãtum immanitate bestias uicerit. iam Patrem ita describit: ut propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit. tot enim uerbis patrem significauit. Superest uer-

bum

bum unum, Occidit, *quod, sic dilatauit Cicero:* Eos *indignißimè luce priuarit, cum etiam feras inter se partus atq; educatio, & ipsa natura conciliet.Ab his omnibus,si assumpta uerba remoueantur,relinquetur tantum illa prima sententia. Sed quoniam non semper ita remouentur assumpta,ut unum tantum uerbum relinquatur:abijciamus nos ex hac Ciceronis dilatatione, quæ uerè assumpta sunt:hoc est,quæ in re ipsa insita non erant:* Multum *ualet communio sanguinis: reclamat ipsa natura.esse aliquem humana specie atq; figura,qui propter quos hanc suauißimam lucem aspexerit,eos indignißimè luce priuarit.*

*Aut in circuitus diriguntur.) Scilicet uerba siue assumpta,siue insita.*In *circuitus diriguntur, id est,quæ copiosè seorsim, aut membratim, aut cæsim dilatata sunt, & quasi dissoluta, circuitu uno,& comprehensione, uinciuntur.* Id autē *fit, aut conclusione oratoria, aut coniunctione, aut adiunctione, aut frequentatione: de quibus* Cor*nificius lib.*4. *ad* Herennium: *Conclusione enim, & frequentatione,quæ sparsa erant, in unum locum atq; ambitum orationis coguntur: coniunctione uerò, & adiunctione, quæ per se singula constabant, & proprijs uerbis nitebantur, ad unum commune reuocātur. Hæc duobus exemplis ostendo,primùm cōclusionis,deinde adiunctionis.*

Quod si Danais datum erat oraculũ, non posse capi Troiam sine Philoctetæ sagittis: hæ autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt: hunc extinguere, id nimirum capi fuit Troiam. Hoc exemplum Cornificij est: quod sequitur, Ciceronis, ex tertia in Verrem: Certet mea diligẽtia cum illorum omnium cupiditate: uestra integritas, cum istius pecunia: testium constantia, cũ illius patronorum minis atq; potentia.

Aut in coniunctione fit unum uerbum ex duobus.) Id fit multis modis, ut sequentia exempla indicabunt. In urbem, quæ uestra est, uenit: in uestram urbem. hic relatiuum remotum est. In nauim conscendi, & nauigaui: naui conscensa nauigaui. In hoc exemplo remouimus coniunctionem, & uerbum in participium cõmutauimus. Item coniunctione ex duobus unum fit: simul pascere, compascere: ualde humanus, perhumanus. Diminutio quoq; eandẽ contrahẽdi uim habet. paruũ corpus, corpusculum: pusillus homo, homuncio. Item negantibus aduerbijs in præpositiones commutatis, aut in contraria uerba; Non sepultus, insepultus: non odit, amat.

In cõiunctis aũt uerbis triplex adhiberi potest cõmutatio, nõ uerborum, sed ordinis tantũmodo: ut cum

semel

ſemel dictũ ſit directè, ſicut natura ipſa tulerit, inuertatur ordo, & idem quaſi ſurſum uerſus, retroq́ dicatur, deinde idẽ interciſe, atq permiſtè. Eloquẽdi aũt exercitatio maximè in hoc toto cõuertẽdi genere uerſatur.

In coniunctis autem.) *Dixit de commutatione uerborũ ſimplicium. iam de cõmutatione coniunctorũ, qui quidẽ triplex eſt: aut cõtrarius omnino ei qui directus & naturalis dicitur, aut interciſus, aut permiſtus. Nã directus ille, et ſua ſpõte fuſus, quod quidã putãt, nõ numeratur. eſt enim materia, in qua fit hæc mutatio, ſiue cõuerſio. Nõ debere aũt cõnumerari, ſignũ illud eſt, quod hic id genus quod cõuerſum dicitur, tractatur: nõ ſua ſponte fuſum. malè etiã quidã exiſtimant, interciſum ac permiſtũ ordinẽ eundem eſſe: atq; ideo nõ triplex, ſed duplex, hoc loco legẽdũ eſſe: cũ unde id probẽt, habeãt nihil. Nos igitur hæc præcepta, conſenſum & fidem codicum ſecuti, explicemus. Illud primum ſciendum eſt, in hac triplici conuerſione, uerba ſemper eadem manere, ordine tantum commutato. Primus ordo eſt, cum dicitur retro ac quaſi ſurſum uerſus, idem quod directè diceretur, aut dictũ prius fuerit. ut in hoc exẽplo: Omnis natura eſt diligens ſui. Cõtrario ordi-*

ne sic: Sui diligens est natura omnis. Altera ratio, cum intercise commutamus id quod tum fieri intelligo, cum circuitus inciditur, & in alium ordinem, partibus integris, conuertitur, fitq; planè alia orationis facies, ut in illo: Est enim liberale officium, serere beneficium, ut metere poßis fructum. Intercise hoc modo commutari potest: Est enim liberale officium, ut metere poßis fructum, serere beneficium. aut sic: Serere beneficiũ, ut metere poßis fructum, liberale officium est. Itẽ si quis illud quod pro Milone dixit Cicero, intercisè uelit conuertere: Hoc & ratio doctis, & neceßitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper uim, quacunq; ope poßent, à corpore, à capite, à uita sua propulsarent: sic facere poterit. Hoc & feris natura ipsa præscripsit, & ratio doctis, & mos gẽtibus, & neceßitas barbaris, ut à capite, à uita, à corpore, omnem semper uim, quacunq; ope possent, propulsarent. Permistè autem, ubi retentis tantũ uerbis, nullo ordine seruato, aut uerborũ, aut incisorũ, aut mẽbrorũ, qui prius fuerit, nos nouũ, atq; omnino nostrũ quendã ordinẽ efficimus, & in aliũ orbem atq; in quadrũ concinnè dirigimus. Exẽpli gratia, dixit Cicero in quadã epistola: Tibi aũt id cõsilij do, quod mihimetipsi, ut uitemus oculos hominũ, si linguas minus facilè possumus.

mus. hoc inquã nostro arbitratu sic pmiscebimus: Id autem tibi do consilij, quod ipsimet mihi, ut si minus hominum linguas facilè possumus, oculos uitemus. Hoc tertium genus idcirco permistum dicitur, tum quòd ex duobus superioribus generibus constat, tum etiam quòd in eo permiscere omnia manentibus uerbis liceat.

Eloquendi autem exercitatio maximè in hoc toto conuertendi genere uersatur.) De exercitatione hic admonet, sine qua nemo unquam ulla in arte excelluit. Ea est aßiduus usus, consuetudoq; dicendi, de qua lib. 1. de Oratore Crassus diligenter præcipit. Illud modò in omnibus his generib. uidendum est, ne commutatione deterior fiat cõpositio, & eneruetur oratio.

DE ACTIONE.

C. F. Actio igitur sequitur, ut opinor. C. P. Est ita, quæ quidem oratori & cum rerũ, & cum uerborum momentis cõmutanda maximè est. Facit enim & dilucidam orationem, & illustrem, & probabilem, & suauem, non uerbis, sed uarietate uocũ, motu corporis, uultu: quæ plurimũ ualebunt, si cũ orationis genere consentient, eiusq; uim ac uarietatẽ subsequentur.

C. F. *Actio igitur sequitur, ut opinor.*) *Actio, quarta pars est oratorij officij, quae quid sit, initiò diximus, ubi etiam de eius partib. disputauimus, hoc aũt loco Cicero, nõ tã eius partes, quàm usum & uim indicare uidetur. Duo ex eius uerbis praecepta colliguntur: quorũ prius pertinet ad usum, alterũ ad uim, & efficiẽdi facultatẽ. Ad usum pertinet, id quod dicit in principio & fine huius praeceptionis: actionẽ esse cũ rerũ & uerborũ momẽtis cõmutandã, id est ad orationis genus accõmodandã. Ad uim aũt, cũ dicit, Ab actione dilucidã, & illustrẽ, & probabilẽ, & suauẽ orationẽ fieri: nõ quidẽ uerbis, nã de his in elocutione praecepta sunt tradita: sed uarietate uocũ, motu corporis, et uultu. Ac uocis quidẽ bonitas optãda est: nõ est enim in nobis sitũ, ut eam bonã habeamus, sed tractatio atq; usus in nobis. Vocis mutationes totidẽ sunt, quot animorũ, qui maximè uoce cõmouentur. Aliud enim uocis genus iracũdia sibi sumit, acutum, incitatum, crebrò incidens: aliud miseratio, ac mœror, flexibile, plenum, interruptum, flebile: aliud metus, demissum & haesitans, & abiectum: aliud uis, contentum, uehemens, imminẽs, quadã incitatione grauitatis: aliud uoluptas, effusum, lene, tenerũ, hilaratũ & remissum: aliud molestia sine cõmiseratione, graue quiddã, & uno pressu ac sono obductũ. Sed haec ex poetarum & musicorũ praeceptis manãt. Omnes aũt hos mo-*

tus et uocũ uarietates, sequitur corporis motus & gestus: nõ ille scenicus, sed uniuersam rem & sententiã significatione declarans: status erectus & celsus: rarus pedũ motus, nec lõgus: nulla mollicia ceruicũ, nullæ argutiæ digitorũ: non ad numerum articulus cadẽs: trũco magis toto se ipse moderãs, & uirili laterũ flexione, brachij proiectiõe, quasi quodã telo in cõtentionibus, cõtractione in remissis. Motus uerò qui secundũ uocẽ plurimũ potest, magnã affert tũ dignitatẽ, tum uenustatẽ: in quo cũ effeceris, ne quid ineptũ aut uultuosum sit, tum oculorũ est quædã magna moderatio. Nã ut imago est animi uultus, sic indices oculi: quorũ & hilaritatis, & uicißim tristitiæ modũ res ipsæ, de quib. agetur, tẽperabunt. Hæc sunt in summa, quæ de actione præcipit Cicero, *sine qua summus orator esse in numero nullo põt: mediocris ac instructus, sũmos sæpe superare: ut iã nõ sine causa* De*mosthenes tribuerit, & primas, et secũdas, & tertias, actioni.*

DE MEMORIA.

C. F. Nunquid iam de oratore ipso restat? C. P. Nihil sanè, præter memoriã, quæ est gemma literaturę quodammodo, & in dissimili genere persimilis. Nam ut illa constat ex notis literarum, & ex eo in quo im-

pri

primuntur illæ notæ: sic confectio memoriæ tanquam cera locis utitur, & in his imagines, ut literas collocat.

C. F. *Nunquid'nam de oratore ipso restat.*) *De ipso oratore inquit, in quo est ipsa uis quincupertita, ut ostendimus.*

C. P. *Nihil sanè præter memoriam.*) *Extrema officij oratoris pars est memoria, quam thesaurum rerum omniū, de* Oratore *appellat: quæ nisi custos inuentis cogitatisq́; rebus & uerbis adhibeatur, intelligimus omnia, etiamsi præclarissima fuerint, in oratore peritura. Hæc non tam oratoris propria, Ciceronis sententia, quàm communis est multarum artium: immò animalium, & in his præcipuè hominis: sed in alijs maior, in alijs minor, pro cerebri tēperatione, autore Galeno: quæ sicca si fuerit, res difficilè cōprehendit, diu tamen retinet, ut in senibus: si humecta, facilè, sed ægrè conseruat, ut in iuuenibus: si frigida, nihil planè, aut parum capit: si calida, & moderata, felix est in facilè percipiendo, & fideliter continendo, quæ duplex est memoriæ uirtus. Quomodo autem definiretur, etiam initiò ostēdimus. Sed de* Inuent. *lib. 2. prudentiæ partem memoriam facit: eamq́; definit animi uim, per quam animus repetit*

petit illa quæ fuerunt. Sed hæc est naturalis memoriæ definitio. Hic autem Cicero de ea quæ arte & præceptis continetur, agit: qua naturalis illa excitatur, iuuatur & confirmatur: idcirco eam dicit esse germanam literaturæ quodãmodo, & in dißimili genere persimilem: significans, scripturæ admodum similem esse. Id quod ipse etiam sequentibus uerbis declarat. Vt enim in charta siue tabulis, literas notamus, quæ coniunctæ, nobis sensa reddant: sic in locis imagines collocamus, quæ in mentem reducant nobis, quæ uolumus meminisse. Locos appellamus eos, qui breuiter, perfectè, insigniter, aut natura, aut manu sunt absoluti, ut eos facilè naturali memoria comprehẽdere & amplecti queamus: ut ædes, intercolũnia, angulos, fornices, & alia quæ his similia sunt. Imagines uerò, sunt formæ quædam & notæ, & simulachra earum rerum, quarũ meminiße uolumus. Quod genus, equi, leones, aquilæ, naues: quorum memoriam si uolumus habere, imagines eorum certis in locis illustribus, non nimium distantibus collocare nos oportebit. & sæpe ea ab eis repetere, quæ eis credidimus: ut multo & magno usu, nullo negocio pòst, quicquid uoluerimus meminisse, in prõptu habeamus. Hæc de artificiosa memoria dicuntur, quæ pluribus tum à Cornificio, tum ab alijs qui de hac arte scripserunt, explicantur. Sed ta-

tamē meo iudicio nihil melius ad memoriam, aut commodius est, quàm primùm eam quæ in cerebro sedem habet, quod facilè turbatur, non obruere nimio cibo, aut potu, aut somno: deinde ordinē in dicēdo sequi, qui cura & diligentia sæpe repetitus, adi utusq; intelligentia, nobis eadē præstiterit, & multo uberiora, quàm ullum memoriæ artificiū. Quod autē quidā pro germana, gemina legunt: illis assentirē, si idoneis id testimonijs cōprobarēt. Verùm cū ea quæ afferunt, huic loquēdi formulæ dißimilia sint: satis apparet, germana, quasi diceres, soror literaturæ, esse legendū: quod quidē significat persimilē & cognatā esse literaturæ memoriā, quēadmodum de duab. sororibus ait Terentius: Qui utrāuis norit, ambas nouerit. Qui autē pro germana gemmam legunt, suis ineptijs, ne dicā Ciceronis uerbis, refelluntur.

EXPLICATIONVM Oratoriarum liber Secundus.

DE ORATIONE.

C. F. Quoniam igitur uis oratoris omnis expoſita eſt, quid habes de orationis præceptis dicere? C. P. Quatuor eſſe eius partes, quarū prima & poſtrema ad motum animi ualet: is enim initijs eſt, & perorationibus

nibus concitandus. Secunda narratio, & tertia confirmatio, fidem facit orationi. Sed amplificatio quanquã habet proprium locum, sæpe etiam primum, postremum quidem ferè semper: tamen reliquo in cursu orationis adhibēda est, maximeq; cum aliquid aut confirmatum est, aut reprehensum. Itaque ad fidem quoq; uel plurimùm ualet. Est enim amplificatio, uehemens quædã argumentatio: ut illa docendi caussa sit, hæc commouendi.

C. F. *Quoniã igitur uis oratoris omnis exposita est.) Tres fuerũt propositæ Rhetoricæ partes: uis oratoris, deinde oratio, tũ etiã quæstio. Iã uis omnis oratoris exposita est tũ à Cicerone, tũ etiã à nobis. Deinceps hoc secũdo Partitionũ libro, de orationis præceptis explicandũ relinquitur. Rursum igitur quatuor orationis partes assumit, easq; singillatim explicat, nihil quod in eas cadat prætermittens.*

C. P. *Quatuor esse eius partes.) Hæc abũdè libro superiore explicata sunt, quæ tamē Cicero repetit, ut cum cæteris coniungat, quæ dicta nõ fuerunt: sicq; integra partium explicatio habeatur.*

Sed amplificatio.) *Enumeratis orationis partibus, occurrebat amplificatio, siue digreßio, de qua potuißet quis dubitare, qui nam eius esset in oratione locus. Id igitur hic breuiter docet, nimirum proprium eam habere locum in peroratione: posse tamẽ sæpe etiam ad alias partes assumi: præsertim ad exordium ipsum: nonnunquam etiã ad reliquas partes, & in toto orationis cursu adhibendam eße. Nam amplificatio non modò ad permouendum, uerùm etiam ad fidem quoq; faciendam plurimum ualet: quæ, ut hic & infrà definit, uehemens est quædam argumentatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.* Vis *enim docendi in argumẽtatione est, commouendi uerò in amplificatione. Sed cum argumentatio ipsa amplificatione instruitur, tunc ipsa amplificatio dicitur utrunq; facere, & docere siue probare, & permouere siue flectere.* Ex *his quæ dicta sunt, duo intelligimus: uidelicet uim amplificationis, & locum in partibus orationis. reliqua quæ de amplificatione inuenienda & tractanda, tradenda sunt, ea in peroratione uidebimus.*

DE EXORDIIS.

C. F. Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare. C. P. Faciam, & à principijs primũ ordiar.

Quæ

Quæ quidem ducũtuur, aut ex personis, aut ex rebus ipsis. Sumuntur autem trium rerum gratia, ut amicè, ut intelligenter, ut attentè audiamur.

C. F. *Perge igitur ordine quatuor mihi istas partes explicare.*) *Cognita patris uoluntate, cui nihil carius est, quàm filiũ esse quàm doctißimũ: liberè hortatur, ut pergat singulas explicare orationis partes.*

C. P. *Faciã, & à principijs primùm ordiar.*) *Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Græcè* προοίμιον *appellatur: & insinuatio, quæ* ἔφοδος *dicitur. Principium est, oratio perspicuè & protinus perficiens auditorem beneuolum, aut docilem, aut attentum. Insinuatio est, oratio quadam dißimulatione et circuitione obscurè subiens auditoris animum. In caußis honestis principio utimur: in turpibus uerò, aut ualde humilibus, insinuatione: de quibus in reliquis Rhetoricis libris præcipitur copiosius. Hic autem Cicero de principio tantum præcepta tradit, illud hauddubiè innuens, honestas, non turpes caussas esse suscipiendas.*

Quæ quidem ducuntur aut ex personis, aut ex rebus ipsis.) *Vnde principia ducãtur, aperire incipit.*

cipit. & cum dicit, ea aut ex personis, aut ex reb. ipsis esse ducenda, illud significat, non debere esse uulgaria, aut communia, aut longius petita: sed cohærentia, & ex ipsis uisceribus caussæ eruta: quemadmodum ipse in 2. de Orat. docet. Sed explicemus singula. Persona dicitur hominis qualitas, & conditio, quæcunque tãdem illa sit: ut Rei, accusatoris, patroni, iudicis. de qua qui plura desiderat, eaq; erudita, legat caput 34. lib. 6. Elegãtiarum Laurentij Vallæ. Res uerò, caussa dicitur, quemadmodum libro 1. de Inuent. ostendit. Nam cum unde beneuolẽtia comparetur docet: Ab nostra (inquit) ab aduersariorum, ab iudicum persona, & ab ipsa caussa. Deinde ubi, quomodo ab ipsa caussa comparetur, explicare uellet: Ab ipsis rebus (inquit) si nostram causam laudando extollemus, aduersariorum caussam per contemptionem deprimemus. Quæ ex personis & rebus sumuntur, ad conciliandum pertinent. Conciliandi autem ratio tria continet: aut beneuolentiã, ut amicè: aut docilitatem, ut intelligenter: aut diligẽtiam, ut attentè audiamur.

Quorum primus locus est in personis, nostris, disceptatorum, aduersariorum, è quibus initia beneuolentiæ conciliandæ comparantur: aut me-

meritis nostris, aut dignitate, aut aliquo genere uirtutis, & maximè liberalitatis, officij, iusticiæ, fidei, contrarijsq; rebus in aduersarios conferendis, & cum ijs, qui disceptant aliqua coniunctionis aut caussa, aut spe significanda: & si in nos aliquod odium, offensio'ue collata sit, tollẽda ea, minuenda'ue, aut diluẽdo, aut extenuando, aut compensando, aut deprecando.

Quorum primus locus est in personis.) *Personæ autem tripertitæ sunt: Nostra, disceptatorum & aduersariorum. Quarum prima & postrema tam oratorem quàm reum comprehendit, cũ his qui aut in nostris, aut in aduersarij partib. sunt. Disceptatorũ uerò nomine, auditorũ genera intelligũtur, quorũ est de caussa cognoscere. Quanquã, ut initiò dictũ est, disceptator propriè ad iudicem & senatũ pertinet, auscultator uerò ad populum. Et quoniã reorũ mentio facta est, Reos appello, quorũ res est: hoc est, nõ modò qui arguuntur, sed omnes quorũ de re caussaq; disceptatur, ut Cicero de Orat. 2. definit. Quæ uerò ducũtur à personis, omnia ad beneuolentiã referuntur. In qua tria sunt cõsiderãda: cõmendatio, criminatio,*

occupatio. Commendatio tribus rebus comparatur: aut meritorum nostrorum significatione, aut dignitatis, aut alicuius uirtutis. Merita sunt beneficia, quibus aliquos nobis obstrinximus. Dignitas est, alicuius honesta, & cultu & honore & uerecundia digna autoritas: de Inuent. lib. 2. Virtutes aũt quæ præcipuè his requiruntur, sunt, liberalitas, officium, iusticia, fides, quæ uirtutes in uita aut in rebus gestis eluceant. Liberalitas, & fides, partes sunt iusticiæ. Officiũ uerò id esse dicitur, quod cur fiat, ratio reddi potest. Velut cũ Cicero caussam reddit, cur quenq; defendat: ut pro Rabirio perduellionis reo, multas caußas affert officij sui. Quid autem sint reliquæ uirtutes, ex philosophia petendum est, de quibus tamen infrà in quæstione dicetur. Differunt autem dignitas & uirtutes, quòd uirtutes semper sunt laudabiles, sed non semper autoritate munitæ: quemadmodum nec uirtutibus dignitas. sunt enim sæpenumero uirtutes in homine priuato, ut in Socrate: & dignitas in eo qui uirtute caret, ut in Clodio. Quanquam reuera ea dignitas dici non debet, quæ cum honestate coniuncta non est. Perfectum autem id est, in quo utrunq; inuenitur: ut in Catone, & Cicerone. Criminatio commendationi contraria est. ergo ei omnia contraria conuenient, quæ erũt in aduersarios conijcienda, ex quibus odium, inuidia,

uidia, & contemptio gignantur. In *odium rapiemus, si quid ab aduersarijs spurcè, superbè, perfidiosè, crudeliter, cõfidenter, maliciosè, flagitiosè factum proferemus: ut* Cicero *in* Catilinam. In *inuidiam trahemus, si uim, si potẽtiam, factionẽ, diuitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitia, sodalitates, affinitates aduersariorum proferemus, & ijs magis quàm ueritati eos confidere aperiemus.* In *contemptionem adducemus, si inertiam, ignauiam, desidiam, luxuriam aduersariorum proferemus.* Ab *auditorũ aũt persona beneuolentia colligetur, si cum eis aliqua cõiunctionis aut caussa, aut spes significabitur: hoc est, si res eorũ fortiter, sapienter, mansuetè, magnificè iudicatas dicemus: & si quæ de his existimatio, quæ iudicij expectatio sit, aperiemus.* Tertia *pars superest beneuolentiæ conciliandæ, quã occupationẽ appellauimus. eam* λύσιν Aristoteles *lib. 3. uocat. hæc ualet ad delendã ex animis malã existimationẽ. quod fit, aut tollendis offensionibus, aut minuẽdis.* Tollũtur *negãdo, & argumẽtis diluẽdo: minuũtur extenuãdo, quæ nimiũ sunt ab aduersarijs adaucta: aut cõpensando, cũ meliora aut maiora opponimus: aut deprecãdo, si alijs adiumẽtis destituimur. horũ exẽpla in oratorib. obscura nõ sunt: ut inuidiæ et beneuolẽtiæ, pro* Quintio: *meritorũ, pro* Deiotaro: *officij, pro* Sestio.

Intelligenter autem ut audiamur, & attentè, à rebus ipsis ordiendum est. Sed facillimè auditor discit, & quid agatur intelligit, si complectare à principio genus, naturãq; caussæ: si definias, si diuidas: si neq; prudentiam eius impedias confusione partium, nec memoriam multitudine. quæq; mox de narratione dilucida dicentur, eadem etiam huc poterunt rectè referri.

Intelligenter autem ut audiamur, & attentè.) Vt beneuolentia à personis ducitur, sic docilitas & attẽtio à reb. ipsis, id est, ex caussis est petẽda.

Sed facillimè auditor discit.) Variæ sunt in his de docilitate præceptis explicandis sententiæ: sed nos à Ciceronis uerbis nihil aberrabimus, uiamq; faciliorem sequemur. Docilitatem quatuor rebus comparari ait. Propositione, cum dicit: Si complectare ab initio genus naturamque causæ: definitione, & diuisione, & dilucidè dicendo. Nã quod ait, Si neque prudentiam eius impedias confusione partium, nec memoriam multitudine, pertinet ad rectam diuidendi rationem, cuius duo dat præcepta: quorum alterum ad intelligẽtiam propriè, alterum ad memoriam pertinere ait. Quæ duo

duo præcepta de Inuent. 1. paucitatem & breuitatem appellat. Paucitas, genera cum partibus non confundit: Breuitas autem, nisi necessarium, nullum assumit uerbum. Addit etiam Cicero absolutionem, qua fit, ut nulla pars prætermittatur necessaria. sed propositiōe utitur in oratione pro Pompeio: Dicendū est enim, inquit, de Cn. Pōpeij singulari eximiaq; uirtute. Definitione, pro C. Rabirio, ubi definit maiestatem. Diuisione, siue partitione, in eadem oratione pro lege Manilia, post propositionē: item statim initiò pro Cluētio. Breuissima partitio duarum est partium, longissima quatuor, moderata triū. Vt autē dilucidè dicamus, docēt præcepta de dilucido & illustri dicēdi genere, quæ eadem sunt narrationis.

Vt attētè autem audiamur, trium rerum aliqua cōsequemur. Nam aut magna quædam proponemus, aut necessaria, aut coniuncta cum ipsis, apud quos res agetur.

Vt attentè aūt audiamur.) Tribus reb. parari dicit attētionē: aut magnis, aut necessarijs, aut cōiunctis cū ipsis apud quos agetur: id est, proprijs & priuatis eorū cōmodis cōmemorandis. Arist. 3. lib. addit res mirabiles et iucūdas. sed hæ partim in magnis, partim in proprijs & priuatis cōtinētur.

Nam & quæ ualde magna sunt, solent esse mirabilia: & unicuiq; propria utilitas suauis & iucunda est. utilis tamen fuerit etiam horum duorum separata consideratio. Quod si non attentos, sed negligentes & solutos auditores habere uoluerimus, quod interdum utile est, dicemus rem esse paruam, nihil ad eos pertinentem, molestam, & usitatam. Item attentos & dociles facere commune est omnium partium: neq; principij magis proprium, quàm reliquarum. Faciliora etiam in principijs, quod & attenti tum maximè sunt, cũ omnia expectãt: & dociles magis initijs esse possunt. quod & Aristoteles lib. 3. & Cicero de Orat. lib. 2. testantur. Illud uerò etiam Aristotelis tenendum est, hæc omnia esse extra caussam posita. Nam & qui malam caussam habere uolunt, proœmijs utuntur. Nam in quouis loco commorari potius, melius est eis, quàm in ipsa caussa: & ad deprauatum auditorem spectant, & ad eum qui libenter audit, quæ nihil ad rem faciunt. nam nisi talis sit, nihil opus erit proœmio, sed sufficit id quod caussa postulat, summatim dicere: ut iudex caput illud, tãquam corpus caussæ totius habeat. Illud etiam sciendum est, quæ præcepta sunt attẽtionis, eadem ad docilitatem pertinere. uerè enim Cornificius: Docilis is, inquit, est, qui attentè uult audire. Sit autem hoc postremum attentionis præ

ceptum & clausula: Atte- nem comparari, si rogabimus ut attentè audiant. Quemadmodum Cicero pro Cluentio: Quæso ut me attentè benigneq; audiatis item in cursu orationis reliquæ: Sed attendite animos ad ea quæ auditis, ut contra Rullum ait.

Sit autem hoc etiã in præceptis, ut si quando tempus ipsum, aut res, aut locus, aut interuentus alicuius, aut interpellatio, aut ab aduersario dictum aliquod, & maximè in perorando, dederit occasionem nobis aliquam, ut dicamus aliquid ad tempus aptè, ne derelinquamus. & quæ suo loco de amplificatiõe dicemus, multa ex his poterunt ad principiorum præcepta transferri.

Sit autem hoc etiam in præceptis.) Præceptũ hoc generale est, docetq; nõ à personis et causis solũ, uerùm etiam ex personarum & caussarum adiunctis, principia duci solere. Personis enim applicantur non liberi modò, sed etiã propinquitates, amicitiæ, regiones, ciuitates: & si quid aliud eius quem defendimus personam attingit, ad causam extrà pertinet. tempus, unde principium pro Cælio: locus, unde pro Deiotaro: habitus, unde pro

m 5 Milone:

Milone: opinio, unde in Verrem: ac ne omnia enumerem, fama iudiciorũ, expectatio uulgi, ut pro Sex. Rosc. nihil enim horum in caussa est, ad caussam tamen pertinet. Sic Quintilianus lib. 4. Idcirco autem sic interdum licet exordiri, ne oratio meditata esse uideatur. Nam sic de improuiso exordientes, fidem maiorem emerebimur. Quod autem Cicero adiungit, sumendam esse occasionem exordij ab eo potissimum, quod aduersarius dixerit in perorando: Cur id fieri debeat, docet Aristoteles Rhetoricorũ libro tertio: Quia accusator in peroratione calumniatur, defensor uicissim calumnijs medetur in exordio.

Et quæ suo loco de amplificatione dicemus.) illic enim de rebus magnis, & utilibus, & necessarijs tractatur, quæ ad conciliandum auditorem maximè faciunt.

DE NARRATIONE.

C. F. Quid in narratione? quæ tandem conseruanda sunt? C. P. Quoniam narratio est rerum explicatio, & quędam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei, ea sunt in ea seruãda maximè, quæ etiã in reliquis ferè dicẽdi partibus, quæ partim sunt necessaria, partim sunt

ↄ: Verum sit ut narrationem esse meminerij al-
son glationē.

assumpta ad ornandum. Nam ut dilucidè, probabiliterq́ narremus, necessarium est, sed assumimus etiam suauitatem: ergo ad dilucidè narrandum eadem illa superiora explicandi & illustrandi præcepta repetemus, in quibus est breuitas: eaq́ sæpissimè in narratione laudatur, de qua suprà dictum est.

C. F. *Quid in narratione, quæ tandem conseruanda sunt.)* *In narratione quinq; uidenda sunt: quid sit narratio, quot eius genera, quæ ei tribuenda, tum quomodo ea comparanda sint, postremò quando sit narratione utendum.* Hoc *postremum suprà in collocatione indicatum est: restat igitur, ut reliqua quatuor uideamus.*

C. P. *Quoniã narratio est rerũ explicatio, & quædã quasi sedes.)* *Hæc est narrationis definitio, quæ ferè eadẽ est quæ locorũ, unde argumẽta sumũtur. id aũt ircirco, quia in ea tanquã in loco fœcũdißimo latẽt argumentorũ omniũ semina, quæ in confirmatione singula sunt explicãda.* Fundamentũ *uerò, quòd tanquã fundamẽto domus reliquæ structura, sic oratiõis et probationũ narratio nititur & sustẽtatur. Omnis enim orationis reliquæ fons est narratio, ut ait* Cic. *de* Orat. *lib.* 2.

Quæ

Narrationum genera duo

Quæ partim sunt necessaria.) Indicat his uerbis, duo esse narrationum genera, quorum alterum necessarium appellat, alterum assumptum.

l:4:m:2

Sic etiam Fabius, duas esse in iudicijs narrationũ species existimat: alteram ipsius caussæ propriã, alterã rerũ ad caussam pertinentiũ expositionẽ, quam assumptam Cicero uocauit. Dilucida, & probabilis narratio, necessaria est et propria: Suauitas uerò assumpta, & tanquam extranea. Sunt igitur eius attributa tria: Dilucidum, Probabile, & Suaue. Additur etiam breuitas: sed eam in dilucido genere contineri dicit Cicero. Sed ut dilucida sit narratio, ex dilucido & illustri dicẽdi orationis genere ratio petenda est: de quibus suprà est explicatum. Quod aũt ad breuitatem attinet

l:3 Rh: ca: 16

narrationis, ridiculos censet Aristoteles eos, qui eam iubent breuem esse oportere: idemq́; facere eos dicit, ut si pistor interrogaret, durum an molle pinseret. quasi non esset inter ea mediocritas, nimirum ut bene pinseret: hoc est, neq; durum, neque molle: sic narrationem neque longam neque breuem esse oportere innuens, sed talẽ, quæ caussæ satisfaciat probè. quam sententiam indicauit Antonius lib. 2. de Orat. ubi de narratione præcipit. Quo in loco non solum de breuitate idem sentit, uerumetiã de perspicuitate. Apertam, inquit, narrationem tam esse oportet, quàm cæteras: & hoc

hoc magis in hac elaborandum eſt, quod & difficilius eſt, non eſſe obſcurum in re narranda, quàm aut in principio, aut in argumẽto, aut in purgando, aut perorando: & maiore periculo hæc pars oratiõis obſcura eſt, quàm cæteræ: uel quia, ſi quo alio in loco, eſt dictum quid obſcurius, tantum id perit quod dictum eſt: narratio obſcura totam obcæcat orationem. uel quod illa poßis, ſemel, ſi obſcurius dixeris, dicere alio loco planius, narrationis unus eſt in cauſſa locus. erit autem perſpicua narratio, ſi uerbis uſitatis, ſi ordine temporũ conſeruato, ſi non interruptè narrabitur.

Probabilis autem erit, ſi perſonis, ſi temporibus, ſi locis, ea quæ narrabuntur, conſentient, ſi cuiuſqꝫ facti & euenti cauſſa ponetur, ſi teſtata dici uidebũtur, ſi cum hominum opinione, autoritate, ſi cũ lege, cũ more, cum religione coniuncta, ſi probitas narrantis ſignificabitur, ſi antiquitas, ſi memoria, ſi orationis ueritas, & uitæ fides.

Probabilis autem erit.) Iam de ſecundo attributo, ſiue uirtute narrationis præcipit, & quibus rebus ea comparanda ſit, docet: ut probabilis, ſiue uериſimilis, ſiue credibilis ſit. Probabilis ea

narratio

Narrationum genera duo

Quæ partim sunt necessaria.) Indicat his uerbis, duo esse narrationum genera, quorum alterum necessarium appellat, alterum assumptum. l:4.m.2 Sic etiam Fabius, duas esse in iudicijs narrationũ species existimat: alteram ipsius caussæ propriã, alterã rerũ ad caussam pertinentiũ expositionẽ, quam assumptam Cicero uocauit. Dilucida, & probabilis narratio, necessaria est et propria: Suauitas uerò assumpta, & tanquam extranea. Sunt igitur eius attributa tria: Dilucidum, Probabile, & Suaue. Additur etiam breuitas: sed eam in dilucido genere contineri dicit Cicero. Sed ut dilucida sit narratio, ex dilucido & illustri dicẽdi orationis genere ratio petenda est: de quibus suprà est explicatum. Quod aũt ad breuitatem attinet l:3 Rh: ca:16 narrationis, ridiculos censet Aristoteles eos, qui eam iubent breuem esse oportere: idemq; facere eos dicit, ut si pistor interrogaret, durum an molle pinseret. quasi non esset inter ea mediocritas, nimirum ut bene pinseret: hoc est, neq; durum, neque molle: sic narrationem neque longam neque breuem esse oportere innuens, sed talẽ, quæ caussæ satisfaciat probè. quam sententiam indicauit Antonius lib. 2. de Orat. ubi de narratione præcipit. Quo in loco non solum de breuitate idem sentit, uerumetiã de perspicuitate. Apertam, inquit, narrationem tam esse oportet, quàm cæteras: &

hoc

hoc magis in hac elaborandum est, quod & diffi-cilius est, non esse obscurum in re narranda, quàm aut in principio, aut in argumẽto, aut in purgando, aut perorando: & maiore periculo hæc pars oratiõis obscura est, quàm cæteræ: uel quia, si quo alio in loco, est dictum quid obscurius, tantum id perit quod dictum est: narratio obscura totam obcæcat orationem. uel quod illa possis, semel, si obscurius dixeris, dicere alio loco planius, narrationis unus est in caussa locus. erit autem perspicua narratio, si uerbis usitatis, si ordine temporũ conseruato, si non interruptè narrabitur.

Probabilis autem erit, si personis, si temporibus, si locis, ea quæ narrabuntur, consentient, si cuiusq; facti & euenti caussa ponetur, si testata dici uidebũtur, si cum hominum opinione, autoritate, si cũ lege, cũ more, cum religione coniuncta, si probitas narrantis significabitur, si antiquitas, si memoria, si orationis ueritas, & uitæ fides.

Probabilis autem erit.) Iam de secundo attributo, siue uirtute narrationis præcipit, & quibus rebus ea comparanda sit, docet: ut probabilis, siue uerisimilis, siue credibilis sit. Probabilis ea

narratio

narratio dicitur, quæ rationibus est munita. Assumũtur aũt rationes, ex rerũ attributis, quas circũstantias uocãt, ex personis, tẽporibus, locis, caussit, factis, euẽtis: de quib. infrà in uerisimilib. explicabit Cicero. itẽ ex testimonijs, & opinione: item ex autoritate, more, lege, religione: itẽ ex probitate narrãtis, antiquitate, memoria, fide. De testimonijs suo loco infrà. Opinio est, nõ ex causis, & certis principijs, sed signis collecta sciẽtia. Autoritas, aut uirtute, aut fortuna parta existimatio. Lex est, iustorũ iniustorũq; distinctio, & recta ratio in iubẽdo, uetãdo, et permittẽdo sita. Mos, ius est, quod aut leuiter à natura tractum, aluit, & maius fecit usus, siue cõsuetudo. Religio est, superioris naturæ cultus. Probitas, quæ elucet ex uitæ genere integritas: ea cognoscitur ex ueritate, & fide: confirmat etiam antiquitas, & memoria. Antiquitatem intelligit, antiquitatis cognitionem, & multarum rerum usum, quæ prudẽtia cõtinentur: memoriã uerò eam uim, per quã animus repetit ea quæ fuerunt. Huiusmodi enim hominibus facilè credimus, quoniã grauiores putamus, quàm ut mẽtiri uelint, aut fallere. Sunt qui hæc duo membra cõiungant: Si antiquitatis memoria, ut de Oratore, & in Bruto loquitur. Sed eadẽ propemodum sententia est, ueritas autem in oratione & conuentis cernitur: fides autem in tota uitæ constantia.

ſtantia. quæ duo ſub iuſticia comprehenduntur, quemadmodum etiam religio. Et hæc ſunt, quæ moratam faciunt narrationem, quæ ſita ſunt in probitate. Non eſt autem intelligendum, in narrando debere nos aut teſtes producere, aut legem morem'ue proferre, quæ ſunt confirmationis: ſed ita narrare oportere, ut hæc pro nobis feramus: & quæ dicimus, cum his coniuncta eſſe uideantur.

Suauis autem narratio eſt, quæ habet admirationes, expectationes, exitus inopinatos, ſi interpoſitos motus animorũ, colloquia perſonarum, dolores, iracũdias, metus, lætitias, cupiditates. ſed iam ad reliqua pergamus.

Suauis autem narratio eſt.) Suauitatis præcepta, ut etiam probabilitatis, ſuprà in generibus dicendi tradita ſunt. Sed ea fuerunt orationis, hæc uerò cauſſæ & negotij. Suauitatem narrationis Cicero hoc loco, in duobus ponit: in rebus uidelicet, & in tractatione. Res ſiue facta partim ſunt læta, partim triſtia. nam etiam res triſtes ad ſuauitatem pertinent, & delectationẽ quandã: ita tamen, ut ſi ijs exponantur, ad quos non pertinet dolor.

dolor. ueluti si patri narres, filium, qui sanus cubitum ierat, mane inuentum mortuum: hæc certè fabula eum non delectabit. uerùm si aut iudicibus, aut alijs id exposueris, ipsa rei nouitas, & casus inexpectatus, afferet cum admiratione suauitatem. Res *præterea lætæ, siue tristes, aut magnæ sunt, aut raræ, aut paruæ, aut uulgares. sed parua & uulgata ridicula esse debent, & ad recordandum grata, alioqui nullam habebunt delectationem. Tractatio deinde sita est in colloquijs personarum, qui* Διαλογισμοὶ *à Græcis nominantur, à nostris etiam sermocinationes: atq; inter ornamenta numerantur, ut lib. 4. ad* Heren. *uidere licet.* Po*sita est etiam in consiliorum explicatione, ac tertiò, in animorum permotione.*

DE CONFIRMATIONE.

C. F. Nempe ea sequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent. C. P. Ita est, quæ quidem in confirmationem, & in reprehensionem diuiduntur. Nam in confirmãdo, nostra probare uolumus, in reprehendendo redarguere contraria. Quoniam igitur omne, quod in controuersiam uenit, id aut sit, nec ne sit, aut quid sit, aut quale sit, quæritur; in primo cõiectu-

iectura ualet, in altero definitio, in tertio ratio.

C. F. *Nempe ea sequuntur, quæ ad faciendam fidem pertinent.*) *De fide faciēda, quæ pars tertia orationis posita est, docere incipit. Fidem autem suprà firmam opinionem esse definiuit: ea autem fit argumentis, quæ ex locis eruuntur. Sed mirari quis hoc loco poßit, cur, cum initiò quæ ad fidem faciendam pertinerent, tradiderit, locosq; demonstrauerit, in quibus latent argumenta: nunc de fide rursus tractet? Respondendum est, non idem hic tradere, quod illic de fide facienda tradiderit. nam communes ibi omnium quæstionum locos indicauit: hic uerò proprios singulis statibus caussarum aßignat, quibus controuersiæ muniantur: illic fontes magnarum quæstionū, hic riuulos ad paruas & angustas quæstiones inducit. sic enim hosce controuersiarum locos de* Orat. 2. *appellat Antonius.*

C. P. *Ita est, quæ quidem in confirmationem & reprehensionem diuiduntur.*) *Fidem in duas partes diuidit, in confirmationem & reprehensionem, siue refutationem. Altera enim in confirmandis nostris, altera in confutandis contrarijs rationibus uersatur.*

Quoniam igitur omne quod in cōtrouersiam uenit.) *Iam controuersiarum genera tria ponit,*

& singulis generibus suos accommodat locos. nam, An sit, nec'ne, coniectura quæritur: Quid sit, definitione explicatur: Quale sit, ratione confirmatur. Primus status dicitur facti, secundus nominis, tertius iuris & æquitatis: idcirco rationis mentionem fecit. Primi generis exemplum est: Sustulerit'ne ueneno Oppianicum Cluentius? Alterius: Minuerit'ne maiestate Rabirius? Tertij, in quo qualitas facti quæritur, hoc est, iure'ne an iniuria factum sit? ut, Recte'ne Clodium Milo interfecerit? Horum statuum locos omnes sigillatim explicabit orator, idcirco iam initium facit à coniectura.

DE CONIECTVRAE *locis.*

C. F. Teneo istam distributionem. Nunc coniecturæ locos quæro. C. P. In uerisimilibus, & in proprijs rerum notis posita est tota. Sed appellemus docendi gratia uerisimile, quod plerunque ita fiat, ut adolescentiam procliuiorem esse ad libidinē. Propriæ autem notę argumentum, quod nunquā aliter fit, certūq; declarat, ut fumus ignem.

C. F. Teneo istam distributionem, nunc coniecturæ

cturæ locos quæro.) Coniectura, quæ στοχασμὸς Græcè dicitur, latißimè patet, ita ut uix alius locus pateat latius, aut plures habeat inuestigandi uias. Nec est locus ullus, qui magis oratoris ostendat ingenium.

C. P. *In uerisimilibus & in proprijs rerum notis posita est tota.*) Coniecturæ partes facit duas: uerisimilia, & proprias rerum notas. Verisimilia siue probabilia intelligit, quæ Aristot. lib. 1. Rhet. εἰκότα uocat: & proprias rerum notas, quæ ille τεκμήρια dicit, id quod ex sequentibus definitionibus patebit.

Sed appellemus uerisimile, quod plerunq; ita fiat.)Hæc definitio ex codē Aristotelis loco sumpta est. Cui duo genera signorū subijcit. unū, quod ita se habet ad id cuius signū est, sicuti singulæ res ad uniuersum genus: ut si quis affirmet signū esse, uiros sapiētes esse etiā iustos, quia Socrates & sapiēs & iustus erat, quod quidē necessariū nō est, facileq; dissolui potest. Alterū genus signorum, quod ita se habet ad id cuius est signū, ut quod est in uniuerso genere, ad id quod in parte est: uelut si quis diceret, quempiam febri laborare, signum esse, quòd crebrò respiret. quod etiam facilè refelli potest, quoniam crebrò interdum respirant alias ob caussas, ut cursu, aut alio labore fatigati. Verùm hæc duo signorum genera non ita

subtiliter distinguit Cicero, & quoniam utrunq; infirmum est, uno nomine comprehendit: ut, Adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem, quàm prouectiorem ætatem. quod quidem necessarium non est in omnibus, cum contrà fieri sæpe reperiatur.

Propriæ autem notæ argumentum.) *Definitio est necessariæ conclusionis, quæ τεκμήριον dicitur. τέκμαρ enim prisca Græcorum lingua, teste Aristotele, idem erat quod extremum atque ultimum, quod nullo modo solui posse existimarent. ut si quis dicat, aliquam mulierem peperisse, signũ esse, quoniã lac habeat. est enim id propria eius rei nota & signum, quod refelli non potest: idcirco dixit Cicero, id esse, quod nunquam aliter fit, certumq; declarat, ut fumus ignem: nam si est fumus, est etiam ignis necessariò. Verùm quoniam necessarijs raro utuntur oratores, uerisimilibus autem frequentius, idcirco de his plura dicit: sunt enim ferè in opinione posita, & quæ aliter se habere possunt, quæ in caußis controuersijsque uersantur.*

VERISIMILIVM INVENTIO & partitio.

Verisimilia reperiuntur ex partibus, & quasi membris narrationis.

ca

ea sunt in personis, in locis, in tēporibus, in factis, in euentis, in rerum ipsarum, negotiorumq́ue naturis. In personis, naturæ primùm spectantur, ualetudinis, figuræ, uirium, ætatis, marium, fœminarum. atque hæc quidem in corpore.

Verisimilia reperiuntur ex partibus & quasi membris narrationis.) *Sedem, fundamentum, & fontem uerisimilium docet esse narrationem: quod diligenter notandum est, ut suprà quoq; in narratione dictum est.* Nam *in narratione duo sunt: personæ, & res. ex personarum igitur attributis & rebus, uerisimilia omnia eliciuntur.* Res *autem sunt, locus, tempus, facta, euentus, & rerū ipsarum negotiorumq́; naturæ, quæ adiecta personæ sex constituunt uerisimilium genera.*

In personis naturæ primùm spectantur.) *Personæ locus in natura & fortuna spectatur. In natura duo sunt consideranda, corporis attributa, & animi: corporis, ut ualetudo, figura, uires, ætas, mares, fœminæ. Valetudo, ut si quis ægrotet, an prospera ualetudine utatur, in quo etiam genera morborum considerantur.* Figura, *ut sit'ne deformis an formosus, procérus an breuis.* Vires, *robore'ne polleat, an contrà sit imbecillis. Aetas, in-*

fans, puer, adolescens, uiridi ætate, an decrepita, & senio affecta. Mares an fœminæ, qui ad sexum referuntur. facilius enim ueneficium creditur in fœmina, quàm in uiro: & contrà, cædes facta, aut furtum, in uiro, quàm in fœmina.

Animi autẽ, aut quemadmodũ affecti sunt, uirtutibus, uitijs, artibus, inertijs: aut quemadmodũ commoti, cupiditate, metu, uoluptate, molestia. atq; hæc quidem in natura spectantur. In fortuna, genus, amicitiæ, liberi, propinqui, affines, opes, honores, potestates, diuitiæ, libertas, & ea quæ sunt ijs contraria.

Animi autem.) Recenset *animorũ attributa, quæ duplicia sunt: aut habitus, aut commotiones.* De *habitu intelligit, cum dicit,* Quemadmodum *affecti sunt: de commotionibus uerò, cum ait,* Quemadmodum *commoti.* Ad *habitũ referuntur, uirtutes & uitia, artes & inertiæ.* Sed *illa sunt uolũtatis, hæ aũt intelligentiæ.* Et *obseruãda est uox inertiæ, quæ non aliquam significat ignauiam, aut pigritiam, sed artis priuationem, quod uocabulum à Cicerone factum & nouatum est.* Artes *autem cuiuscunq; generis intelligendæ sunt, siue scientiæ & cognitionis, quæ θεωρητικαὶ dicuntur*

Græ-

Græcè:siue actionis,quæ πρακτικὰ:itē quæ opus aliquod post se relinquunt,& in faciendo uersantur:quas μηχανικὰς Græci uocant. Commotiones autē sunt quatuor,Cupiditas,metus,uoluptas, molestia:ex quib.cōiectura sumitur ad aliquod factum uel excusandū,uel damnandū. ut,Metuebat Milonē Clodius,ergo etiā oderat:ergo è uiuis sublatū uoluit,& de eo interficiēdo cogitauit. Quæ hactenus recensuimus,in personæ natura spectātur. Sequitur fortuna,in qua hæc spectari solent. Genus: ut, obscuro an claro genere ortus,bonis'ne an prauis parentibus.Amicitiæ:ut,quibus amicis, multis'ne an paucis, bonis an improbis. Liberi: qui si liberaliter educati fuerint, & bonis moribus præditi, in parentum laude ponendum est: in uituperatione autem,si secus. Propinqui: nam propinquorum & affinium honestas & turpitudo, nonnihil etiam in suos redundat. Opes: quo nomine omnes magnæ res, quibus aliquis abundat,significantur.Honores: alicui habiti quæ præmia sunt uirtutis. Potestas: in qua magistratus,& omnis generis imperia intelligūtur.Diuitiæ:quæ in sola pecunia & fructibus cernuntur. Libertas,quæ est potestas uiuendi ut uelis: ut,seruus'ne aliquis sit,an liber , an fortè libertinus. Nam in his omnibus attributis fortuitis, contraria semper intelligēda sunt. Et hæc de personarū

attributis, in quibus tria genera rerum bonarum, totidemq; malarum cernere licuit: animi, corporis, & fortunæ, siue externa. Hæc nos breuiter, in tanta rerum sylua. qui tamen singulorum copiosam explicationem cupit, legat diligenter Aristotelis Rhetoricorũ lib. 1. ubi de felicitate loquitur in genere deliberatiuo: itemq; paulo pòst de uirtute & uitio, in genere demonstratiuo.

In locis autem & illa naturalia, maritimi, an remoti à mari, plani, an mõtuosi, leues, an asperi, salubres, an pestilentes, opaci, an aprici: & illa fortuita, culti, an inculti, celebres, an deserti, coædificati, an uasti, obscuri, an rerum gestarum uestigijs nobilitati, consecrati, an profani.

In locis autem & illa naturalia.) Secundus est uerisimilium locus, cuius hic Cicero pulcherrimã & expeditißimam partitionem tradit, nimirum eam quam etiam in personis: ut naturalia primùm expediat, deinde fortuita. Est autem locus, quæuis extremitas corpus ambiens. in quib. locis illa sunt naturalia: Maritimi, qua uoce tam illa loca intelliguntur quæ in mari sunt, quàm quæ propè mare sita. quibus contrarij sunt, à mari remota, quæ mediterranea Geographi uocant. Plani, id est, qui

in planicie aliqua sunt, aut etiam in uallibus: quibus opponuntur montuosi, malim tamen legere montosi, quae in montibus seu collibus sunt. Leues intelliguntur, quae salebris aut saxis impedita non sunt: nam si ita sint, appellantur aspera.

Salubres.) Salubritas haec ex coeli, aquarũ, & uẽtorũ natura potißimũ cõstat. Sũt enim haec tria salubritatis et pestilẽtiae siue insalubritatis causae. Opaci: quae rarò illustrat sol, opaca dicũtur, quasi operta: quib. cõtraria sunt aprica, quae soli aperta & exposita sunt. Haec decẽ genera in naturalib. numerãtur: quod si quae aliae uarietates locorũ naturales sint, ad haec genera referẽdae sunt. Sequũtur fortuita, quae nõ natura, sed hominũ industria aut ignauia, huiusmodi sunt: quorũ totidẽ sunt genera, quot naturaliũ. nã aut culti, aut inculti sunt, quod quidẽ ad agriculturã pertinet: aut celebres, id est habitati: aut deserti, scilicet ab hominib. uacui, aut coaedificati: cuiusmodi sunt oppida, urbes & uillae. nã qui cõtrarij sunt, hoc est sine aedificijs & domibus, uasti dicuntur. Aut obscuri, id est nullis rebus gestis clari: aut contrà gestarum rerum uestigijs nobilitati, cuiusmodi Theßaliae campi sunt, Pharsalia appellati, qui Caesaris & Pompeij luctuosa pugna nobilitati sunt, & multa alia loca uarijs rebus & facinoribus illustria. Aut consecrati, si aliqua religione, aut templo, tumulis, aut

 sepul-

ſepulchris. nam hæc locum faciũt religioſum, unde illud in Miloniana: Vos Albani tumuli, aut profani, id eſt non conſecrati, neq; ulla religione à communi uſu ſeparati. & hæc de locis. Quomodo autem ex hac uarietate aut laudes, aut uituperationes, aut argumenta in utranq; partem ſumantur, nulla eſt Oratoris oratio, quæ id non apertè docere poſſit. unde illud in Miloniana: Videamus nunc id quod caput eſt, inquit. Locus ad inſidias ille ipſe, ubi cõgreſſi ſunt, utri tandem fuerit aptior: & cætera ibidem. item pro Sex. Roſc. Amer. Romæ Sex. Roſ. occiditur, cum in agro Amerino eſſet filius. ex quo Cicero neceſſariò uult effici (eſt enim hoc argumentum neceſſarium) à filio patrem occidi non potuiſſe. Illud autem probabile: Literas credo (inquit) alicui ſiccario miſit, qui Romæ nouerat neminem.

In temporibus autem, præſentia & præterita, & futura cernuntur. In his ipſis, uetuſta, recentia, inſtantia paulo pòſt, aut aliquando futura. Inſunt etiam in temporib. illa, quę tem poris quaſi naturã notãt, ut hyems, uer, æſtas, autumnus: aut anni tempora, ut menſis, ut dies, ut nox, hora, tẽpeſtas, quæ ſunt naturalia. For-

tuita

tuita aũt, sacrificia, festi dies, nuptiæ.

In temporibus autem.) Tempus dicitur mẽsura motus, & pars quædã æternitatis: cuius est eadem diuisio, quæ superiorum. Nam & naturalia quædã sunt tempora, quædã autem fortuita, id est hominũ instituto distincta & reperta. Naturaliũ alia sunt planè & simpliciter naturalia, alia autẽ temporis qualitatẽ etiam & affectionẽ quandam notant. Prioris generis sunt præsentia, præterita, & futura: in præteritis, alia uetusta sunt, alia posterioris temporis, quæ recentia dicuntur, in futuris uerò sunt instantia, quæ penè præsentia sunt: aut paulo pòst futura quæ medij sunt tẽporis: aut aliquãdo futura, quæ longius absunt. Quæ autem cum natura etiã qualitatem significãt temporis, quæ idcirco Cicero dicit, quasi tẽporis naturã notare: ea sunt primum, quæ tanquã quatuor elemẽta, tẽpora distinguũt, ut hyems, uer, æstas, autumnus: quasi dicas, terra, aer, ignis, aqua. Aut anni tẽpora, id est partes, & spacia: ut mensis, dies, nox, hora, tẽpestas: quæ in hac diminutione tẽporis uidetur momentũ, aut horæ partẽ significare. Neq; tamẽ nescio, tempestatẽ etiam tẽpus quoduis simpliciter significare: ut cũ dicimus, hac tempestate toto Mars regnat impius orbe. itẽ, usurpari etiã pro uehementi cœli marisq; cõmotione: ueluti cũ Poeta dicit, Quid tẽpestates cœli, & sidera dicã?

For-

Fortuita autem.) Hæc sunt, quæ hominum usus certis & statis temporibus fieri uoluit, & idcirco temporis quoque nomen inuenerunt: cum non ipsius tēporis natura sint, sed ei accidant, separariq; sine eius interitu poßint. Horū facit tria genera: Sacrificia, id est solēnes sacrificiorum dies: Festi dies, quæ Sabata uocāt Ebræi: Nuptiæ, id est nuptiarum dies. Si qua autem alia sunt, ad hæc genera quoque annumerari possunt. ut, bello Punico, id est, quo tempore bellum Punicum gestum est: item, Consule Cicerone, Priamo rege, id est, qua tempestate Cicero consul erat, & Priamus rex. Iam uno atq; altero exemplo temporis hæc momenta illustremus. De sacrificijs, ut illud Philippica 3. Certus autem dies, non ut sacrificij, sic consilij expectari solet. De festis diebus est illud pro Milone: Eo die Miloni iter erat solenne ad Flaminem prodendum. Item pro Cluent. Quod facere antè, nisi ludis publicis, aut festis diebus, non solebat. Item pro Cluentio diluit crimen ueneni, à nuptiarum die: Quod autem tempus (inquit) dandi ueneni, illo die, in illa frequentia? Itemq; ab hominis ætate, Cic. in Rosciana: Corrumpi Sex. Roscius non potuit: est enim natus annos 40.

Iam facta & euentus, aut consilij sunt, aut imprudentiæ: quæ est aut in casu, aut in quadam animi permotione.

tione. Casu, cum aliter accidit, ac putatum sit: permotione, cum aut obliuio, aut error, aut metus, aut aliqua cupiditatis caussa permouit. Est etiã in imprudentia necessitas ponenda.

Iam facta & euentus.) Hic est quartus uerisimilium locus. Facta autem & euentus, sunt ex caussis effecta. nam horum mentione facta, caussas exquirit. ut enim caussa effectum indicat, sic quod effectum est, quæ fuerit caussa demonstrat: & uerè dicitur, Tale quidq; esse, qualis fuerit eius caussa. Quod si caussa in aliquo non est, eum ne euentum quidem præstare oportet. Factorum autem nomine, intelligere debemus non solum quæ facta sunt, uerùm etiam quæ sunt omissa, in suspicionem uenire: Non uenit in Senatum Antonius Consul, cum tamen Senatum ipse indixisset: ergo aliquid aut metus, aut fraudis subest. Vix à factis euentus differunt: est tamen discrimen aliquod. nam facta antecedunt, sequuntur euentus. Est enim euentus, alicuius exitus negotij, in quo quæri solet, quid ex quaq; re euenerit, eueniat, euẽturũ'ue sit. ut ex arroganti facto, odium, ex liberalitate & humanitate, beneuolentia euenire solet. Namq; ut Terentius ait, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Sed, quemadmodum dixi, quoniam non tantum fa-

cta ipsa considerantur, sed factorum caussæ, ex quib. ipsa facta ponderantur: uidendũ erit, consilio'ne an imprudentia quicquã factũ sit, aut euenerit. Nã ex his duobus omnia quæ fiunt emanare solent. Consiliũ est, aliquid faciendi, aut nõ faciendi, excogitata ratio. Imprudentia uerò ea fieri dicuntur, in quibus neq; consiliũ, neq; prouisio ulla fuit. Imprudentiæ partes Cic. tres facit: casum, animi permotionẽ, & necessitatẽ. Casum, cum aliter accidit, ac putatũ sit: ut cum Imperator putans se uictoriã consecuturũ, congreditur cum hostibus, uincitur, accusatur, in casum, siue fortunã causam reijcit amissi exercitus. Permotio, ad quã referuntur, quæ aut obliuione, aut errore, aut metu, aut aliqua cupiditate committuntur. Necessitas uerò duplex est, & absoluta, & cum adiunctione. Absoluta: ut, omne quod natũ est, occidere. cum adiunctione uerò, quã cum exceptione siue conditione uocant: ut, In tempestate maris eijcere merces necesse est, nisi malint, retentis mercibus, in naui perire. Ad necessitudinẽ illud quoq; referendũ est, cũ quis ad diem dictã cõmeatum nõ aduexit, q cum aquæ aut latrones impediuerint. In casu & in necessitate uoluntas non est, in permotione uerò est.

Rerum aũt bonarum & malarum tria sunt genera. Nam aut in animis, aut in corporibus, aut extrà esse possunt.

sunt. Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ, perlustrandæ animo partes erunt omnes, & ad id quod agetur, ex singulis coniectura capienda.

Rerum autem bonarum & malarum tria sunt genera.) Hæc ad postremum locum uerisimilium referri debẽt: hoc est, ad rerum negotiorumq́; naturas. Et hic locus ad caussas pertinet, cùm efficientes, tum maximè fines. hi enim in reb. bonis & malis latẽt, propter quæ uel cõsequenda uel uitanda, actiones omnes suscipiuntur quã, spẽ cõmodorum, & incõmodorum metũ, & uitationẽ Rhetores uocãt. ut in Rosciana: Vidit Chrysogonus Sex. Rosciũ optima habere prædia: quæ ut consequeretur, Rosciũ iußit occidi, & inter proscriptos annumerari. Itẽ in Miloniana: Metuebat Clodius Milonem, idcirco ei insidias fecit. Quod aũt de triplici bonorum genere mentionẽ facit, est ea partitio Peripateticorũ, qui bona animi uirtutes & artes, de quibus antea dictum est, appellarũt. Corporis aũt, quæ suprà in personis enumerata sunt: extra aũt quæ poßũt esse, fortuita nominãtur, siue bona fortunæ, de quib. antea quoq; dictũ est. Homines enim animũ exornare, corpus cõseruare, postremò & corpus et animã uoluptate afficere uolũt.

Huius

Huius igitur materiæ ad argumentum subiectæ.) Admonet hoc epilogo, in superioribus locis ad coniecturam capiendam latere materiam, quã Græci ὕλην, nos etiã Syluam dicimus. Huius materiæ partes loci illi sunt propositi, non ut ex omnibus ad omnia argumẽta sumamus: sed ut ad causam de qua agetur, quæ conuenient adhibeamus, omittamus reliqua. Iudicium igitur adhibendum erit in singulis partibus perlustrandis, & utilibus seligendis.

Est etiam genus argumentorum aliud, quod ex facti uestigijs sumitur: ut telum, cruor, clamor editus, titubatio, permutatio coloris, oratio inconstãs, tremor, & eorum aliquid quod sensu percipi possit, etiã si præparatum aliquid, si communicatum cũ aliquo, si postea uisum, auditum, indicatum.

Est etiam genus argumẽtorum aliud quod ex facti uestigijs.) Primùm sciendum est, loqui Ciceronẽ de eo genere signorũ, quæ σημεῖα ab Aristotele uocata sunt. Nam etsi superiora illa sunt etiã signa, tamẽ hæc singulari quadã ratione, propriè signa sunt appellata. idcirco à Cicerone de Inuẽt. lib. 1, Sic definiuntur: Signum est (inquit) quod sub

sensum

ſenſum aliquem cadit, & quiddã ſignificat, quod ex ipſo profectum uidetur, quod aut antè fuerit, aut in ipſo negocio, aut pòſt ſit conſecutum: & tamen indiget teſtimonij, & grauioris confirmationis. Ex quibus uerbis conſtat, hoc etiam genus ſignorum in tria tempora diuidi: Præteritum, inſtans, & conſequens. Ad præteritum referuntur illa, Etiam ſi præparatum aliquid, ſi communicatum cum aliquo, ſi poſtea uiſum, auditum, indicatum. Ad inſtans uerò, Num qui ſtrepitus, aut clamor editus? Ad conſequens, Telum, cruor, titubatio, permutatio coloris, oratio inconſtans, tremor, & eorum aliquid quod ſenſu percipi poßit: de quib. ſignis qui plura deſideret, legat libro ad Heren. 2. ubi cõiecturæ partes explicantur. Quanquam & ipſe Cicero, infrà plura explicabit. Sed hic dubitari poßit, an non & hæc, ad facta & euentus poßint referri? Quod quidem non negamus, ſed tamen perſpicuè quoq; ab eis diſtinguũtur. nam hæc (ut infrà dicet Cicero) maximè ſuſpicionem mouent, & quaſi tacita ſunt criminum teſtimonia: illa uerò, rationes. hæc adferuntur ad oratorem tanquam artis expertia, illa ab oratore tanquam artificioſa inueniuntur. inueniuntur autem, cum ab eo finguntur pleraq;, in illis præſertim quæ probare nihil eſt opus. cuiuſmodi multa in Cluentiana de ueneno, in Miloniana de inſi-

dijs, in Catilinarijs de cõiuratione: quæ quidẽ etsi ostendi nõ poterant, tamen quia uerisimilia sunt, quasi facta sint, ita licuit exponere. Magnã hæc signa uim habẽt, quib. nemo unquã, ne Demosthenes qdẽ, aut crebrius, aut rectius usus est Cicerone.

Verisimilia aũt partim singula mouent suo pondere: partim etiã, si uidentur esse exigua per se, multum tamen, cũ sunt coaceruata, proficiunt. Atq; in his uerisimilibus insunt nõnunquam etiam certæ rerum, & propriæ notæ.

Verisimilia aũt partim singula.) Absoluta uerisimiliũ locorũ partitione, iam tractationẽ paucis indicat, in qua tria nobis considerãda proponit, genera, collocationẽ, & expolitionẽ. Genera uerisimiliũ in tractatione duo facit, nõ quidẽ locis distincta, sed natura & põdere. Nã partim singula mouẽt suo põdere, ac certa firmáq; sunt, partim infirma. Firma sunt, ut manus cruore respersæ, cruẽtus gladius: & in eo ipso loco, in quo cædes facta est, repertum eße. uelut, exempli caussa: Aiax in sylua, postquam resciuit quæ fecisset per insaniam, gladio incũbit: Vlysses interuenit: occisum cõspicatur: è corpore cruentũ gladiũ educit. Teucer interuenit: cũ fratrem occisum, & inimicum

cum fratris cū gladio cruēto uidet, capitis arcessit. qua de re uide etiā pulcherrimū exemplū de Inuent. lib. 2. paulo post libri exordiū. Hæc firma quidē uidentur, & sunt certè, si rectè tractentur: sed tamen non necessaria omnino. Quare argumentis cōfirmanda sunt. Infirma uerò, ut illud, Inimicus erat: nō tamē sequitur, occidisse: est enim admodū incertū. Sequitur collocatio, in qua magna uis est tractatiōis. Ea dupliciter cōsideratur, ex pōdere nimirū, & leuitate probabiliū. Nā si firma erūt, singula separatim poni possunt: suo enim pōdere mouēt. ut in Rosciana: Pater filiū exhæredare uoluit: ergo utile filio fuit, patrē non diutius uiuere. ex quo sequitur satis firma cōclusio, patrē à filio necatū. Est tamē argumētis cōfirmanda, ut antè dixi: Quod si uerisimilia infirma erūt, & uidebūtur esse exigua per se, condensanda erunt, ut sic coaceruata proficiāt: & nō solū condēsanda, uerùm etiā repetitionib. & cōmorationib. expolienda. quod tertium fuit in tractatiōe uidendum. ut in Rosciana: Quid si accedit eòdem, ut tenuis antea fueris? quid si, ut auarus? quid si, ut audax? quid si, ut illius qui occisus est, inimicißimus? num quærenda caussa, quæ te ad tantum facinus adduxerit? Hactenus bonus orator coaceruata multa proposuit, quæ deinceps confirmat, post confirmationem concludendo repetit, & exponit.

Maximam autem facit fidem ad similitudinem ueri, primùm exemplum, deinde introducta rei similitudo: fabula etiam nonnunquam, etsi sit incredibilis, tamen homines commouet.

Maximam autẽ facit fidem.) *Hic aliud quoddam genus uerisimilium, siue potius, ut ego censeo, ex quibus uerisimilia confirmantur: quæ quidem sunt tria, exemplum, similitudo, & fabula. De exemplo in eadem Rosciana, ubi exemplum adducit cuiusdam Clælij: Tarracinensis, qui cum cœnatus, cubitum in idem conclaue, cum duobus adolescentib. filijs isset, inuentus est manè iugulatus: qui tamẽ filij, cũ manè dormiẽtes eßẽt reperti, iudicio absoluti, & suspicione omni liberati sunt. nemo enim putabat, quenquam esse, qui cum omnia diuina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuißet: propterea quòd, qui tantum facinus commiserunt, nõ modò sine cura quiescere, sed ne spirare quidem sine metu possunt. Item illud in eadem: Lucius Caßius ille, quem populus Romanus uerißimum & sapientißimum iudicem putabat, identidem in caußis quærere solebat, Cui bono fuisset. Ex quo exemplo concludit Cicero, à Capitone Roscio, nõ à Sexto*

à Sexto filio, Sex. Roſcium patrem occiſum: cum ille ampliſsimā pecuniam poßideret, hic in ſumma mendicitate eſſet. Similitudo, ut in eadē: Portentum atq; monſtrum certiſsimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias uicerit, ut propter quos hāc ſuauiſsimam lucem aſpexerit, eos indigniſsimè luce priuarit: cum etiā feras inter ſeſe, partus, atq; educatio, & natura ipſa conciliet. Eſt enim ſimilitudo, qua hominem cum beſtijs confert. Fabula, fabuloſum exemplum ſignificat, quæ unde melius quàm ex eodem Cicerone ſumemus? is enim, ut in reliquis, ſic etiam in hac parte excellit. In eadem igitur Roſciana: Quid tandem, inquit, tibi uidetur (ut ad fabulas ueniamus) ſenex ille Cæcilianus, minoris facere Eutychum filium ruſticum, quàm illum alterum Chereſtratum? & reliqua ibidem. Sed hoc ex Comœdia ſumptum eſt. afferamus & aliud ex eadem: Videtis' ne, inquit, quod nobis poetæ tradiderunt, patris ulciſcendi cauſſa ſupplicium de matre ſumpſiſſe, cum præſertim deorum immortalium iußis atq; oraculis id feciſſe dicantur: tamen ut eos agitent Furiæ, neque cō ſiſtere uſquam patiantur, quòd ne pij quidem ſine ſcelere eſſe potuerunt? Ex qua fabula illud uult ingenioſus orator conſequi, non eſſe uériſimile, à Sex. Roſcio patrem interfectum, qui tam pacato

& tranquillo animo sit. Hactenus de uerisimiliũ locis, eorumq; tractatione.

DE LOCIS DEFINITIUI *status.*

C. F. Quid definitionis? quæ ratio est, & quæ uia? C. P. Non dubium est id quidem, quin definitio genere declaretur, & proprietate quadam, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit eluceat. Sed quoniam de proprijs oritur plerunque magna dissensio, definiendum est sæpe ex contrarijs, sæpe etiam ex dissimilibus, sæpe ex paribus. Quamobrem descriptiones quoque sunt in hoc genere sæpe aptæ, & enumeratio consequentium, in primisq; commouet explicatio uocabuli ac nominis.

C. F. Quid definitionis? quæ ratio est, & quæ uia?) Explicata coniectura, definitionis statũ, eiusq; locos, hoc est uiam & rationẽ definiẽdi requirit filius. Facit autẽ Cicero hic definitionum genera duo, quæ quidem à facultatum & artium uarietate sumũtur. Vnum genus est philosophorũ proprium, alterum oratorũ. Atq; hæc genera, ut dixi,

dixi, ab eorum facultatib. ducũtur. Nam *disputationes sunt philosophorum, actiones autem oratorũ: illi ad docendũ tantũ suas definitiones dirigũt, hi etiam ad permouendũ.* Idcirco *illæ proprio nomine definitiones appellãtur, hæ uerò descriptiones, & explicationes, siue expolitiones.* Et *philosophi quidem breuius, copiosius & liberius oratores definire consueuerunt.* Alia *est enim, cũ inter doctos homines disputatur: alia, cũ ad sensum auditorum popularis accõmodatur oratio.* Etenim *definitio primum, ut* Antonius *lib. 2. ait, reprehenso uerbo uno, aut addito, aut dempto, sæpe extorquetur è manib. deinde genere ipso doctrinam redolet, exercitationemq; penè pucrilẽ: tum & in sensum, & in mentẽ iudicis intrare nõ potest: antè enim prælabitur, quàm percepta est.* Definitionis *aũt eius qua philosophi maximè utũtur, duo genera cõstituere uidetur* Cicero: *unũ quod genere constat, & proprietate quadã, siue differẽtia: alterũ frequentia rerum communium, quæ uni rei attribui solent, quæ accidẽtia, ni fallor, uocant: ex quibus cõgestis, proprium aliquod unũ declaratur. hoc autem fit, cum proprietas rei una, singularisq; non inuenitur, de quibus generibus satis alibi dictum est. sed tamen uno aut altero exemplo hunc locum illustremus.* Definitio *est oratio, quæ rẽ quid sit, propriè & breuiter*

explicat. hæc definitio genere & differentia, siue proprietate quadam confecta est: Laurus est arbor quinq; cubitorum longitudine, cortice pallẽti, ramis in altum protensis & rectis, folijs semper uirẽtibus, odoratis, baccis nigris, subamaris, odore grauibus: quæ arbor fulmine non tangitur. Hæc autem communium constat frequentia. Ea autem definitio, qua oratores in caußis utuntur, quam etiam descriptionem appellari diximus, cõficitur plerunq; enumeratione contrariorum, dißimiliũ, parium, consequentium, explicatione uocabuli ac nominis, quam notationem in subtili arte solent appellare. Bellum est, cum pax nõ est: quam tractat Cicero Philippica 8. Orator est, qui dialectico in dicẽdo est copiosior. Ciuitas sine lege, est sine mente corpus. prima constat ex contrarijs, secunda ex dißimilibus, tertia ex paribus, aut etiam similibus: nisi quòd oratores plura solent (ut dixi) uocabula colligere, & liberius definire consequentium enumerationem. Si quis requirat, pulcherrimum exemplum habet lib. 3. de Orat. ubi Crassus eloquentiæ descriptionem profert, admirabili rerum consequentiũ frequentatione: quanquam & orationes ipsæ Ciceronis, paßim exempla suppeditant, cuiusmodi est illa definitio gloriæ Philip. 1. De notatione uerò satis quoq; multa dicta sunt. De tumultu idem Cicero Philip. 8.

Quid enim tumultus, nisi perturbatio tãta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est, tumultus.

DE QVALITATIS *locis.*

C. F. Sunt expoſita iam fere ea, quæ de facto, quæq́ de facti appellatione quæruntur. Nempe igitur ea reſtant, quæ, cum factum cõſtet, & nomẽ, qualia ſint, uocatur in dubium. C. P. Eſt ita, ut dicis. C. F. Quę ſunt igitur in eo genere partes?

C. F. *Sunt expoſita iam ferè ea quæ de facto, quæq; de facti appellatione quæruntur.) Significat, duas conſtitutiones expoſitas eſſe, quarum altera de facto, quæ coniecturalis, altera de facti appellatione, quæ definitiua dicitur: ex quo concludit, reſtare tertiam, quæ iuris & qualitatis nominatur.*

C. F. *Quæ ſunt igitur in eo genere partes?) Mirum uideri poßit, cur hic appellet parteis, cũ in coniectura locos appellauerit. Verùm ſciendũ eſt, rectè dici partes, quoniam eo nomine fòrmas ſpecies'ue intelligit. Nam ut conſtabit, partes ipſæ generis nomine dicuntur: ſunt enim qualitatis ſtatus.*

C. P. Aut iure factum depellitur, aut ulciſcendi doloris gratia, aut pietatis, aut pudicitiæ, aut religiõis, aut patriæ nomine, aut deniq; neceſsitate, inſcitia, caſu. Nam quæ motu animi, & perturbatione facta ſine ratione ſunt; ea defenſionem contra crimen, in legitimis iudicijs non habent, in liberis diſceptationibus habere poſſunt.

C. P. *Aut iure factum depellitur.) Sequentib. uerbis innuit, duo illa uſitata genera huius conſtitutionis, quæ & qualitatis, & iuridicialis, & legitima uocatur: quarũ altera abſoluta eſt, altera aſſumptiua. Abſoluta dicitur, quæ ipſa in ſe recti & non recti quæſtionem continet. ea defenſionem habet in ipſo iure aut naturæ, aut ſcripto: & in iure quidem naturæ, religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obſeruantiam, ueritatem: uerùm multo magis in iure ciuili. Ex quo patet, ius ciuile eſſe diſcendum ei, qui hanc partem tractare uelit. Exempla ex Rhetoricis ad Herennium, ſiue de Inuentione petenda ſunt. Altera uerò pars aſſumptiua tunc dicitur, cum ipſum per ſe factũ probari non poteſt: aliquo autem foris adiũcto argumento defenditur, cuius partes ſunt quatuor,*

com-

comparatio, relatio criminis, remotio criminis, conceßio. harum partiũ definitiones & exempla habet Cicero lib. 2. de Inuent. idcirco qui uolet, inde petat licebit. Priorem partẽ significauit Cicero, cum dixit, aut iure factum depellitur: posteriorem uerò, sequentibus, Aut ulciscendi doloris gratia, & reliquis. Doloris quidem gratia: ut cũ Horatius sororem in uictoria Romanorum lugẽtem interfecit. Pietatis: uelut cum Orestes matrẽ, à qua pater interfectus fuerat, sustulit. Pudicitiæ: ut ille qui Centurionem siue tribunum, in castris pudicitiæ suæ uim afferentem, interemit. Religionis: ut si quis uiolantem sacra perimat. Patriæ: ut cum Rabirius Saturninum Tribunum plebis interfecit, aut Scipio Tib. Gracchum Reipub. statum labefactantem. De neceßitate, imprudentia, & casu, dictum est in coniectura. nam miscentur interdum statuum loci.

Nam quæ motu animi.) Ad conceßionis partem respicit orator, quæ Deprecatio dicitur, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Nam tunc reus & peccasse se, & cõsultò fecisse confitetur: & tamen postulat, ut sibi ignoscatur. & tunc Cicero negat, defensionem, qui huiusmodi peccauit, in legitimis iudicijs habere: ideo quod concesso peccato, difficile est ab eo qui peccatorum uindex esse debet, & legib. astri-

ctus est, ut ignoscat, impetrare. nam non merum, sed mixtum tantum habet imperium, ut iurisperiti loquuntur. In liberis autem disceptationibus, quæ solutæ legibus sunt, quæq; ex æquo & bono, non ex scripto iure aguntur, ut apud Senatũ aut Imperatorem, defensionem habere nõ negat. Est enim in liberis ciuitatibus summa potestas senatus, & regis siue principis in suo regno, & Imperatoris in castris merum imperium, & libera ignoscendi facultas. quo in genere sunt orationes pro Ligario, & pro Deiotaro rege.

Hoc in genere, in quo quale sit quæritur, ex controuersia, iure, & recténe actum sit, queri solet: quorum disputatio ex locorum descriptione sumenda est.

Hoc in genere, in quo quale sit quæritur.) Duo sequentibus uerbis indicat, quæ nos iam suprà in suo ordine posuimus: quorum alterum est, quid in hoc statu quæratur. quæritur enim æqui & iniqui natura, aut præmij aut pœnæ ratio. Alterum est, ex quibus locis instruatur hæc constitutio: & remittit nos ad iuris (quemadmodum dixi) & æqui locos, quorum esse certam descriptionem in alijs Rhetoricis, admonuimus. Quanquam de qualitate etiam infrà nonnihil dicetur.

DE

DE REFVTATIONE.

C. F. Agesis, quoniam in confirmationem & reprehẽsionem diuiseras orationis fidem, & dictum de altero est, expone nunc de reprehẽdendo. C. P. Aut totum est negandum, quod in argumentatione aduersarius sumpserit, si fictum aut falsum esse possis dicere: aut redarguenda ea, quæ pro uerisimilibus sumpta sunt. Primum, dubia sumpta esse pro certis: deinde, etiã in perspicuè falsis eadẽ posse dici: tum ex ijs quæ sumpserint, non effici quæ uelint.

C. F. Age sis ergo, quoniam in confirmationem.) Hortatur patrem, ut sibi uiam & rationẽ adiumenta aduersariorum refellendi, quæ fidei altera pars est, tradat.

C. P. Aut totum est negandum.) Tria hic proponit: primùm, genera ipsa eorum quæ ab aduersario ad confirmandum inuenta fuerant: deinde refellendi uiam docet: postremò, quæ sit refutationis tractatio, siue collocatio. Sunt igitur quæ aduersarius attulit, aut ficta, aut falsa, aut dubia, quæ quidem reprehendi poßint, nam de ueris &

per-

perſpicuè certis nulla fit mentio: & eorum quæ pateant reprehenſioni, ultra hæc tria genera nihil eſt. Differunt autem à falſis ficta, quòd hæc ueri aliquam ſimilitudinem habent, etiamſi uera non ſunt: falſa uerò ea intelligimus, in quibus apertum eſt mendacium. Et dubia quidem trium ſunt generum. aut enim uera eſſe non conſtat: hoc eſt, tam incerta eſt ratio quæ affertur, quàm factũ ipſum: ut, Patrẽ occidit Sex. Roſcius, nam erat patri inuiſus: utrũq; æquè incertũ. aut ad propoſitũ nihil pertinent, ut in Rabiriana: Niſi fortè de locis religioſis ac delubris tibi reſpondendum putas. Huc pertinent etiam maledicta litium, quæ calumniandi cauſſa commemorari ſolent: cuiuſmodi multa ſunt in Cluentiana, & Cœliana, quorum mentionem nomine maledictorum facit Cicero. Tertium genus dubiorũ eſt, cum ex eis non efficitur quod uoluit aduerſarius: ut, Non ſi in uilla filium habuit pater, idcirco oderat, ſed amabat magis. De generibus eorum quæ reprehẽdi poſſunt, hactenus: ſequitur ratio diſſoluẽdi. Quæ ficta & falſa erunt, ut uerbo propoſita ſunt, ita uerbo neganda fuerint: niſi etiam fingendi rationem & conſilia aperire uelis, & falſa ſimili ratione eludere. Sin erunt incerta, amplior ſuppeditabitur redarguendi ratio. Et quoniam dubia tripertitò conſtare diximus: totidem erunt re-

reprehendendi modi. Primùm, si utrunq; incertũ fuerit, aut caussæ rogandæ erũt: aut si quæ uideãtur esse, aut si quas aduersarius attulit, refutandæ erunt, & inanes ostẽdendæ: id quod sæpe ipse orator facit, præsertim in Miloniana, & Rosciana. Si ad rem nihil faciunt, neq; pertinent ad quæstionem, quæ aduersarius attulit argumenta: aut erunt diluenda, aut tanquam inepta contemnenda & irridenda. Quod si ex eis non id sequetur quod putauit, idem quod proximè dixi faciendum est. Sin uerò communia sunt, atque ἀντιστρέφοντος ansam præbent, ea in aduersarium retorquebimus, eadem complexione. ut illud in Rosciana: Erat eiusmodi tempus, inquit Erucius, quo impunè licebat occidere: ergo Sex. Rosc. patrem occidit. Imò, inquit Cicero, quia ita erat, magis licuit sectoribus bonorum & collorum, quàm simplici agricolæ. Sed hæc retorsio est etiam alijs uerisimilium locis munienda.

Accedere autem oportet ad singula, sic uniuersa frangentur. Commemoranda sunt etiam exempla, quibus simili in disputatione creditum non sit, conquerenda conditio communis periculi, si ingenijs homi-

hominum criminoſorum ſit expoſita uita innocentium.

Accedere autem oportet ad ſingula.) *Hæc eſt tertia illa pars, qua tractatio & collocatio reprehenſionis docetur. Suprà in cōfirmatione dictum eſt, Quæ per ſe non ualent uериſimilia, eſſe coaceruanda, & condenſanda. Iam contrario modo eſt defenſori faciendum: nimirum ut quæ coaceruauit aduerſarius, ut coniuncta nocerent magis, ea ſingula tractet ex interuallo, ut leuia eſſe uideantur. Adoleſcens corruptus, audax, luxurioſus: igitur à ſcelere non abhorrens. hæc ſingula ſeorſim ſumenda, atq; eneruanda in refutatione.*

Commemoranda ſunt etiam exempla.) Vt *Clæliorū in Roſciana, de quo exemplo alibi diximus. ea enim rei iudicatæ uim & pondus obtinēt, præbentq; in ſimili negocio iudicaturis exemplum. ad quod etiam ualent teſtimonia & autoritates.*

Conquerenda conditio communis periculi.) *Conqueſtio hæc duo continet, indignationem, & terrorem. non enim ſolum cum indignatione cōmunia pericula & conditionem temporum deploramus, uerùm etiam aduerſarijs terrorem incutimus. ut Cicero pro Sex. Roſcio in peroratione: O rem miſeram atq; acerbam. item in Catilinam: O conditionem miſeram, non modò admi-*

niſtrandæ,

nistrandæ, sed etiam conseruandæ Reipublicæ. item ubi pro Sex. Roscio minatur aduersarijs literam illam condemnationis, quam tantopere horrebant. Huiusmodi querelarum & commina tionum plenæ sunt orationes.

DE ARGVMENTATIONE.

C. F. Quoniã unde inueniuntur quæ ad finẽ pertinent, habeo, quẽadmodum in dicendo singula tractentur expecto. C. P. Argumentationem quærere uideris, quæ est argumenti explicatio: quæ sumpta ex ijs locis, qui sunt expositi, conficienda & distinguenda dilucidè est. C. F. Planè istuc ipsum desidero. C. P. Est ergo, ut suprà dictum est, explicatio argumenti, argumentatio: sed ea conficitur, cum sumpseris aut nõ dubia, aut probabilia, ex quibus id efficias, quod aut dubium, aut minus probabile per se uidetur.

C. F. *Quoniam unde inueniuntur.*) *Quoniã ad confirmandum & refellendum opus est argumentis: & argumenta, argumentatione explicantur: quoniamque unde argumenta depro-*

merentur, locos ostendit, & confirmandi refellendiq; uiam & modum patefecit: consequens est, ut de argumentatione explicet & doceat. in qua illa quærenda occurrunt, quid sit argumentatio, ex quibus conficiatur, quæ argumentandi genera: tum denique, quæ sit argumentationis uarietas, expolitio siue tractatio. Hæc omnia diuina breuitate in sequentibus noster docet Cicero.

C. P. *Argumentationem quærere uideris.) Quid sit argumentatio, hic atque altera responsione declarat. Argumentatio, inquit, est argumenti explicatio. Rectè definiuit generatim argumentationē: nam nullum genus est, nullaq; forma argumentandi, quæ non sit argumenti explicatio. Græci* Rhetores *argumentationem, & argumentum,* ἐπιχείρημα *uocant: utrunq; uidelicet uno nomine. quod etiam interdum faciunt Latini, secus quàm docti quidam putēt. Cicero lib. 1. de* Inuētione: *Nam & argumentatio, inquit, nomine uno res duas significat, ideo quòd & inuentum aliquam in rem probabile, aut necessarium, argumentatio uocatur, & eius inuenti artificiosa expositio.*

Sed ea conficitur.) Iam secundum ex ijs quæ proposuimus aggreditur, nimirū ea ex quib. argumentatio cōficitur: quod quidē ad ipsius quali-

litatem pertinet.Duo aũt sunt,ex quib.rhetorica conficitur argumentatio: quarũ alia nõ dubia uocat,hoc est certa siue necessaria, quæ tecmeria diximus ab Aristotele appellari:alia probabilia,de quib.iam satis suprà in uerisimilib.dictũ est.neq; enim unquam aut fictis, aut falsis utendum esse, docet optimi magistri:sed si ab aliquo allata sint, quomodo refellantur & reprehendantur,ostendunt. Ergo illud *in argumentãdo expendendum est,quæ sit natura propositionum, siue argumentorum.Nam,ut inquit Aristoteles lib.* 1. Rhetorices,*propositiones neceße est propositionibus eiusdem naturæ confirmari:dubia igitur non dubijs,minus probabilia magis probabilibus confirmanda sunt.*

Argumentandi autẽ duo sunt genera, quarũ alterũ ad fidem directo spectat, alterum se inflectit ad motum.Dirigitur,cũ proposuit aliquid quod probaret,sumpsitq; ea quibus uteretur:atq; his cõfirmatis,ad propositum sese retulit, atq; conclusit.

Argumentandi autẽ duo sunt genera.) Quoniam *in caussa & fides & motus spectatur, idcirco duo argumentorum genera* Rhetores *inuenerunt:unum, quod ad fidẽ dirigitur: alterũ,*

quod inflectitur ad motum: tanquam diceres, alterum ad rem dirigi, alterũ ad personam. At res ipsa siue quæstio fidem poscit, personæ uerò motum. nã in personis motus excitatur. Et hæc sunt illa duo oratoris officia, de quibus alibi diximus: reliquum autem est tertium, ut delectet. quod etsi in ipso motu etiam cõtinetur, consideratur tamẽ seorsim, & utrunq; sine argumentatione effici potest. Summam tamẽ meretur laudem is orator, qui duobus illis etiam tertium adiungit. Verùm quoniam de argumentatione agitur, duo tanquã necessaria proponuntur: fides nimirum, & motus. Prius illud genus quod directũ dicitur, id est, quod numerum, & naturalem propositionũ ordinem seruat, quod omnino dialecticũ est & philosophicũ: in quo duæ sunt propositiones necessariæ, præter conclusionẽ: ratiocinatio uidelicet, quæ maior propositio dicitur: & assumptio, quæ minor appellatur. Hæc in hunc definitur modum, de Inuent. lib. 1. *Ratiocinatio est oratio, ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositum, & per se cognitum, sua se ui & ratione confirmet. Reliquæ partes quas Rhetores enumerant, ut etiam dialectici in prosyllogismo, approbationes sunt maioris & minoris. nam Rhetores solent plenam & perfectam argumentationem uocare, quæ quinq; partibus constat: id quod etiam hoc*

loco

loco Cicero innuit, in ea quæ dirigitur ad finem argumentatione. Dirigitur, cum proposuit aliquid quod probaret, inquit: quibus uerbis propositum, siue maiorem propositionem significauit. cum autem addit, Sumpsitq; ea quibus uteretur: assumptionem, siue minorem. in illis autẽ, Atq; his confirmatis, præmißis adiungendã confirmationem docet. Iam conclusionem extremis illis uerbis indicauit, Ad propositum sese retulit, atq; conclusit. ita perfectæ argumẽtationis apud oratores sunt quinq; partes: Propositio, per quã breuiter locus is exponitur, ex quo omnis uis pẽdet ratiocinationis: Approbatio, per quã id quod breuiter expositum est, rationibus firmatũ probabilius & apertius fit: Assumptio, per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur: Assumptionis approbatio, per quam id quod assumptum est, ratione confirmatur: & deniq; ipsa Complexio, siue conclusio, per quam id quod conficitur ex omni argumentatione, breuiter exponitur. Exempla præstò sunt nõ modò in orationibus, sed etiam copiosa & uaria in arte ipsa, ubi de argumentatione præcipitur, ad Heren. *lib.2. & de* Inuent. *lib.1.*

Illa autem altera argumentatio, quasi retrò, & cõtra prius sumit, quę uult, eaq; cõfirmat. deinde id quod

ponendum fuit, permotis animis ia cet ad extremum.

Illa autē altera argumentatio.) Iam eius argumentationis dispositionē tradit, quæ se inflectit ad motum. Ea autē est, cum aut ordo partium, qui in directo argumentandi ordine præscriptus est, immutatur: aut cum ad motū, & quasi ab ipsa caussa, in personam declinamus. In priore modo triplex est ratio. Nam aut inductionis, aut ornatus, aut occultationis caussa ordinē naturalē inuertimus, quemadmodū docet Aristoteles Top. lib. 8. ubi de exornanda & occultanda conclusione utilem doctrinam tradit. Altera uerò, quæ declinat ad motum, uarias amplificationes continet: ex quibus aut odium, aut ira, aut inuidia excitatur. Cicero hunc ordinem & uiam huius argumentationis ponit, ut primum locum occupet assumptio, deinde assumptionis confirmatio, pòst propositio maior, deinde alia confirmatio, ad permouendos animos accommodata: ad cuius finem, tanquam iaculum conijciatur conclusio. quo fiet, ut qui audit, prorsus conclusionem ignoret, donec sibi inflictum senserit uulnus. Huius exemplum pulcherrimum est in Rosciana, ubi cōtra Tit. Capitonem dicit, ubi leguntur hæc uerba: Videte iam porrò cætera iudices, ut intelligatis,

fingi

fingi maleficium nullum posse, quo iste sese non contaminarit. In rebus minoribus socium fallere turpißimum est: et cætera quæ ibidem sequũtur. quanquam in eadem oratione alia eiusmodi diligens lector inueniet. Nos quoq; de hoc genere argumentationis, quædam non pœnitenda scripsimus in tertio Dialectices Perionij.

Est autem illa uarietas in argumentando, & non iniucũda distinctio, ut cum interrogamus nosmetipsos, aut percunctamur, aut imperamus, aut optamus, quæ sunt cum alijs compluribus sententiarum ornamenta.

Est autẽ illa uarietas in argumentando.) Tractatio *sequitur argumẽtationis, quæ tantum momenti habet, ut ea sola inter summos oratores & mediocres quid intersit cognoscatur. facit enim ea uarietas, ut nõ similiter semper argumẽtatione utamur. Nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater: quæ hac iucũda uarietate & distinctione nitatur. Est etiam in ea alia utilitas, quæ maximè in disputando & dicendo commendatur: quod ea celatur artificiũ, & puncta argumentorũ plerunq; occultentur, ne quis ea numerare poßit, quæ quidẽ re distinguũtur, uerbis aũt*

uidētur esse cōfusa. Tractatiōis duæ sunt partes: Elocutio siue expolitio, & propositionum dispositio. Expolitio in ornamentis sententiarum uersatur, & quidem in omnibus: quanquam Cicero hic quatuor tātum enumerat. quod idcirco facit, quia hæc quatuor tanquam generalia & cōmunia reliquorū omnium sunt. nam ferè omnia aut interrogatione, aut percūctatione, aut iußione, aut optatione tractari possunt. hæc enim sunt illa quatuor, quæ hoc loco uerbis, non nominibus, à Cicerone proponuntur. Hæc igitur quatuor nūc satis erit nos exemplis illustrare: & primum interrogationem, siue rogationem, ut Cicero 3. de Orat. uocat. Interrogatio autem non omnis grauis est, neq; concinna: sed ea præsertim, quæ, cum enumerata sunt quæ obsunt caussæ aduersariorū, cōfirmat superiorem orationem: aut grauiter etiā antè urget aduersariū. Prioris exemplū, Cicero pro Cluētio: Quis tamē auderet dicere, nocentē condemnatū esse Opianicū? quis nūc audet negare? et id genus reliqua ibidem. item illa pro eodem: Vter igitur facilius suæ sententiæ rationem redderet? is'ne, qui se & sibi & rei iudicatæ constitisse dicit: an ille, qui se in principem maleficij lenem, in adiutores eius & conscios uehementißimū esse respondit? hac exornatione tota ferè C. Rabirij oratio acrior & uehemētior, ad-

de etiam iucundior, facta est. Alterius exemplum est in exordio statim primæ orationis in Catilinam: Quò usq; tandem abutêre Catilina patientia nostra? quandiu nos etiã furor iste tuus eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Quo in loco plus quàm decem interrogationes sequuntur. Secundum ornamentum est Percunctatio: quæ quid à rogatione differat, docet ipse 3. de Oratore, ubi ait: Et rogatio, atq; huic finitima quasi percunctatio, expositioq; sententiæ suæ. Quibus uerbis intelligimus, rogationẽ simplicem esse, hoc est, sine sententiæ suæ expositione: percunctationem autem, semper adiunctam sententiæ suæ expositionem habere. Et idcirco in Oratore ad Brutum sic de utraq; figura scribit: Vt interrogando urgeat, ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat. Nihil autem refert, suo an aduersarij nomine respondeat Orator. ut antequam iret in exiliũ: Num igitur potest fieri, à clientibus ut recipiar? cum à quibus debeã retineri, reijcere instituantur. Item in eadem: Vim uolunt afferre? Præstò sum: eijcere uolunt? exeo. indicta causa nolunt audire? caussam non dico, aliud quippiam conantur? agãt. Hanc, subiectionem uocat Cornificius lib. 4. Tertia autẽ figura ea est, cum quid imperamus, aut iubemus: quæ idcirco iussio dici potest. cuius tamen mentionem à

Cicerone factam alibi, non inuenies. Ego autē, *ni fallor, puto illam ea contineri, quæ ab eodem lib. 3. de* Oratore *interpellatio nominatur. quāquam his uerbis in* Oratore *profert, ut interpellatorem coerceat: quod quidē sine iussu & imperio fieri non potest.* Exempla *duo proferam, quorum alterum directò iussionem continebit: alterū cum iussione, interpellatoris coercionem. Iussionis illud est, in I. Catil. Quid est Catilina? num dubitas, id me imperante facere, quod iam tua sponte faciebas? exire ex urbe Consul hostem iubet.* Item *in eadem: Quamobrem, inquit, ut sæpe iam dixi, proficiscere: ac si mihi inimico (ut prædicas) tuo conflare uis inuidiā, rectà perge in exilium. & reliqua in eadem sententia.* Item *pro C. Rabirio, alterius exemplū habes: Quin continetis uocem, indicem stultitiæ uestræ, testem paucitatis.* Hæc *speciē habet obiurgationis.* De *optatione quoq; ne longum faciamus, cùm alibi sæpe, tum in eadem* Rabiriana: *Vtinam hanc facultatem mihi caussa cōcederet, ut possem hoc prædicare, C. Rabirij manu L. Saturninū hostem populi Romani interfectum.* Exorditur *etiam orationes eadem figura: sunt enim multæ optationis formæ. ut pro Sylla: Maximè uellem Iudices, & reliqua.* Item *Philip. 9. Vellem dij immortales fecissent, P. C. & quæ sequuntur.*

Vitare

Vitare autem similitudinem poterimus, non semper à proposito ordientes, & si non omnia confirmando disputabimus: breuiterq́ue interdum, quæ erunt satis aperta, ponemus. quodq́ue ex his efficietur, si id apertum sit, non habebimus necesse semper concludere.

Vitare autē similitudinem poterimus.) Iam de altera tractationis parte, quam diximus in dispositione propositionū & argumentationis uersari. ea autem duo habet: & ordinis immutationem, & propositionum omißionem, interdum quoq; approbationum. De ordine mutando suprà in inflexo argumentandi genere diximus. quod autem ad omißionem attinet, ea fit aut in enthymemate, aut simplici conclusione, aut dilemmate, quam complexionem Latinè diximus, & interdum etiam inductionem nominari. Nam hæc uarietas ex omißione alicuius, aut aliquarū propositionū nascitur. Qua de re præclarè etiā, & cum hoc loco qui est in Partitionib. congruenter, præcipit tum Cornific. lib. 2. tum Cic. ipse de Inuent. lib. 1. Absolutißima (inquit Cornificius) est argumentatio ea, quæ ex quinq; partibus constat: sed ea non semper necesse est uti. tum enim

com-

complexione (conclusionem intelligit) supersedendũ est, si res breuis est, ut facilè memoria comprehendatur: tum exornatio prætermittenda est, si parum locuples ad amplificandum & exornandum res uidetur esse. sin & breuis erit argumentatio, & res tenuis & humilis, tum exornatione & complexione supersedendum est. Quibus uerbis non solum quid faciendum sit, sed etiam quam ob caussam, docet. Sed earum, quas proposuimus, argumentationum exempla proferamus. Enthymematis illud sit: nam subtilior eius ratio in Dialecticis traditur. Clodius insidias fecit Miloni: ergo iure interfectus est. hic enim maior abest. Potest autẽ in Enthymemate aut maior aut minor abesse, interdum etiam conclusio. rectè enim Cicero: Quodq; ex ijs efficitur, si id apertũ sit, non habebimus necesse semper concludere. Simplex conclusio illa est, quæ ex necessaria consecutione conficitur tantũ: Cum pater Roscij Romæ interfectus est, Roscius Ameriæ fuit. Complexionis autem ea ratio est, ut utrumuis cõcesseris, reprehendatur, ad hunc modum: Si improbus est, cur uteris? Si probus, cur accusas? Item pro Cœlio: Quo quidem in crimine primùm illud requiram, dixerit'ne Clodiæ, quam ad rem aurum tum sumeret, an non dixerit. si nõ dixit, cur dedit? Si dixit, eodem se conscientiæ scelere deuinxit. hæc

à Cor-

Cornificio, diuisio nominatur. De inductione & enumeratione, uide libro de Inuentio ne primo.

DE ASSVMPTORVM LOCORUM *tractatione.*

C. F. Quid illa quę sine arte appellantur, quæ iamdudum assumpta dixisti, hæc quo'nam modo, quo'nam loco artis indigent? C. P. Illa uerò indigent. & nec eo dicuntur sine arte, quòd ita sunt: sed quòd ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata, tamen arte tractat, & maximè in testibus.

C. F. *Quid illa quæ* Sine arte *appellantur.*) *Perfecta & explicata omni insitorum locorũ ratione, quæstionem mouet filius, cur quæ Assumpta initio Partitionum appellata sunt,* Sine arte *(Græci dicunt ἄτεχνα) dicantur. Ex quo sequitur, quærendum esse, an aliquo pacto, & quónam loco artis indigeāt. Nam si sine arte, ergo locum in arte non habent: quod si habent, cur sine arte appellantur?*

C. P. *Illa uerò indigent.*) *Commodè atq; appositè soluit quæstionem pater: atq; ex eo occasione sumpta, de eorum tractatione subtiliter differit.*

Quæ-

Nam de toto genere testium.) Etsi alia in testimoniorum loco quæratur, ut rumores, leges, iusiurandum, tabulæ: tamē frequens in foro usus est testium, siue in ciuilibus caussis, siue etiam capitalibus, ut Iurisconsulti aiunt. ff. lib. 22. de Test. l. 1. quo loco etiā, qui nam testes audiendi sint, Modestinus ijs uerbis l. 2. præclarè docet: In testimonijs autem (inquit) fides, dignitas, mores, grauitas examinanda est: & ideo testes, qui aduersus fidem testationis uacillant, audiendi non sunt. In testibus igitur duo quærenda proponit Cicero: sententias, & ipsam tractationis rationem. Sententiæ autem, aut in genere uniuerso, aut in singulis testibus uersantur. Ad genus uniuersum, siue ad infinitam quæstionem, referuntur illa uerba, Nam de toto genere testium: ad ὑπόθεσιν uerò, & ad partem, illa, Et de singulis testibus. quorum alterum in re ipsa est, alterum in personis. Ad infinitum genus pertinet illa sententia, siue locus cōmunis: Testimonia certa esse, rationes incertas: qui quidem locus in confirmando ualet, siue, ut aiunt, pro testibus. Contra autem testes est ille locus: Argumenta rerum esse propria, testimonia uoluntatum. atq; ad hosce duos locos, siue sententias cōtrarias, omnes reliquæ sunt referendæ. sunt enim penè innumerabiles, nec arte tradi possunt, utpote quas Oratores è re nata, aut ex lo

cis uerisimilium sumunt. Quod etsi uerum est, tamen omnes aut pro testibus, aut contra testes assumuntur. Ad singulos uerò testes, siue probãdos siue improbãdos, sententiæ ex natura & uita testium, & constantia testimoniorum capiuntur. ut à testibus, pro Archia: Ipse adest uir summa autoritate & religione ac fide M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed uidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. adsunt Heraclienses legati, nobilißimi homines. Contra testes autem, pro Flacco: At quos testes? Primùm dicam, id quod est commune, Græcos. Item in Cœliana: Equidem uos abducam à testibus, neq; huius iudicij ueritatem, quæ mutari nullo modo potest, in uoluntate testium collocari sinam: quæ facilimè effingi, nullo negotio flecti ac detorqueri potest. Argumentis agemus, signis omni luce clarioribus crimina refellemus: res cum re, caussa cum caussa, ratio cum ratione pugnabit. Iam sequitur postremum illud caput, in quo tractandi ratio continetur: ea tota posita est in comparatione exemplorũ, ac præsertim cum minora cum maioribus comparantur, non solum uera, sed etiam ficta. Sed quoniam uerorum est facilis inuentio, fictorum unum exemplum ex Rosciana proferemus: Aphricanus (inquit) si sua res ageretur, testimonium non diceret: si diceret, non

crederetur. Ex quo *significat, multo minus testibus qui proponebantur in illa caussa, esse credendum, utpote minoris longè, quàm* Aphricanus, *autoritatis.* Orationes *in quibus tum de toto genere testium, tum etiam de singulis testib. agitur, sunt illæ præcipuè: in Vatinium testem, pro* M. *Fonteio, pro* M. *Cælio, atq; in Verrinis omnibus.*

Sæpe etiam quæstionib. resistendum est: quòd & dolorem fugiẽtes multi in tormentis ementiti persæpe sunt, moriq́ maluerunt falsum fatendo, quàm inficiãdo dolere. multi etiam suam uitam neglexerunt, ut eos qui his cariores, quàm ipsi sibi essent, liberarent. Alij autem aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicij, aut mortis, uim tormentorum pertulerunt.

Sæpe etiam quæstionib. resistendũ est.) Quæ*stiones etiam testimonia quædã sunt, quæ uidentur ea de caussa fidẽ facere, quia necessitas quædam eis inest. eadem uerò ratio quæstionum est, quæ fuit testiũ: nisi quod hic tormentis, uiq; admota ueritas quæritur, unde quæstiones sunt appellatæ. Testes autem non semper tormentis, sed iureiurando astricti, de aliqua re fatentur.* Nã *ut*

de toto genere testiũ, et de singulis testib. dicitur, sic etiã de toto genere quæstionũ, deq; singulis et certis personis, quæ in quæstionem uocantur. In quibus omnibus duo quærenda sunt: & sentẽtiæ, et ipsa tractatio. Atq; hæc in utrãq; partem: hoc est, à quæstionib. & contra quæstiones. Tametsi enim Cicero tantũ cõtra quæstiones locos afferre uideatur, tamen in eis etiam contrarij intelligendi sunt, qui à quæstionibus, siue pro quæstionibus dicuntur. Nam si pro nobis faciant, eas augere poterimus, ac dicere, solas ex omni genere testimoniorũ esse ueras. Quod si nobis cõtrariæ fuerint, et pro aduersario fecerint fidem, earum uim licebit eleuare, de genere toto quæstionũ disputando. quib. enim acerbitates tormentorum adhibentur, ij non minus falsa quàm uera dicere solent. nam uel dolorem tolerantes, uerum occultant: uel facilè mentiuntur, ut citius à cruciatu liberentur. Id enim etiã iuriscõsulti testãtur, quẽadmodũ habetur Digestorum lib. 48. l. 1. tit. de Quæstionibus. §. Quæstioni. Quæstioni (inquit Adrianus imperator) fidẽ nõ semper, nec tamen nunquam habendam, constitutionib. declaratur. etenim res est fragilis & periculosa, & quæ ueritatẽ fallat. Nam pleriq; patientia, siue duritia tormentorũ, ita tormenta contẽnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo poßit. Alij tanta sunt impatien-

impatientia: ut quiduis mētiri quàm pati tormēta malint: & ita fit, ut etiam uario modo fateantur, neq; tantum se, uerùm etiam alios criminentur. Loci uerò, siue sententiæ, infinitæ in hoc genere sunt, omnia illa quæ hic in Cicerone leguntur: nisi quis malit esse sentētiarum approbationes, ut illæ sint sententiæ, Quæstionibus esse credendum. cui subijciātur rationes illæ: quod & dolorē fugiētes multi, in tormētis ementiti persæpe sunt: & reliqua id genus. Contra quæstiones pulcherrimus est locus in Orat. pro Sylla: qui locus, quòd prolixè tractatur, ad eū lectorem reijcio.

Alij emētiti sunt in eos, quos oderāt. atq; hæc exemplis firmanda sunt. Neq; est obscurū, quin, quoniā in utraq; parte sunt exēpla, & item ad coniecturā faciendā loci, in contrarijs contraria sint sumenda.

Alij ementiti sunt in eos quos oderant.) Vt enim gratiæ caussa homines mentiuntur, sic etiam odij. idcirco rectè Imperator Digest. lib. 48. leg. *prima. §. Præterea. Præterea, inquit, inimicorum quæstioni fides haberi non debet, quia facilè mētiuntur. neq; tamen prætextu inimicitiarum detrahenda erit fides quæstioni: sed caussa cognita, aut habenda fides, aut non habenda.*

Atq; hæc exemplis firmanda sunt.) Tractationem attingit, in qua proderit exempla proferre, quæ aliàs acciderunt, & ipsis iudicibus cognita sunt, ut rectè admonet Aristoteles Rhet. 1. Quẽadmodum autem in testimonijs diximus, etiam loci in contrarias partes ad hunc locum ex coniecturis sumendi sunt. Vide Val. Max. de quæstionibus & testibus, lib. 8.

Atq; etiam incurrit alia quædam in testibus, & in quęstionibus ratio. Sæpe enim ea quæ dicta sunt, si aut ambiguè, aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt, aut etiam aliter ab alio dicta, subtiliter reprehenduntur.

Atq; etiam incurrit alia quædam in testib. & in quæstionibus ratio.) Præceptum quoddam in tractandis testibus & quæstionibus cõmune tradit: ut si quæ dicta sunt aut ambiguè, ut in contrarias partes intelligi poßint: aut inconstanter, ut cum modò hoc, modò illud aiunt, aut affirmant: aut incredibiliter & supra fidẽ, & quæ fieri non poßint, aut difficillimè poßint: aut postremò, cũ aliter ab alio dicta sunt, quàm ab ipso qui torquetur, ea subtiliter reprehendantur: id quod fit potißimũ διαλογισμῷ, hoc est altercatione & dispu

tatione

tatione quadam, quam rem usu melius norũt rerum capitalium iudices, quàm docti uiri. Quanquam & de hac re iurisconsulti cautionem quoq; tradiderint, ut habetur Digest. *lib. 48. de quæstionibus. l. 10. §. Plurimum. Plurimum (inquit Arcadius) quoq; in excutienda ueritate, etiam uox ipsa, & subtilis cognitionis diligentia, affert. Nã & ex sermone, & ex eo qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, uel cuius existimationis quisq; in ciuitate sua est, quædam ad illuminandã ueritatem in lucẽ emergunt.* Exẽpla *subtilis huius diligentiæ in teste exquirendo, habentur in oratione in* Vatinium *testem. Illud autẽ postremò sciendum est,* Romæ *seruos tantum, nõ dominos torqueri solitos. quẽadmodũ non solũ orationes* Ciceronis *& historia antiqua docet, uerùm etiã* Iuriscõsulti *eodem de* Quæstionib. *titulo.*

DE PERORATIONE, IN QVA *primum de Amplificatione agit.*

C. F. Extrema tibi pars restat orationis, quæ posita in perorando est, de qua sane uelim audire. C. P. Facilior est explicatio perorationis. Nam est diuisa in duas partes, amplificationem & enumerationem. Augendi autem & hic est proprius

locus in perorando, & in cursu ipso orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua, aut reprehensa.

C. F. *Extrema tibi pars restat orationis.)* *Præpaaatio est, ad perorationis explicationem, quæ quatuor siue sex partiũ orationis postrema est, etiam conclusio nominata, Græcè* ἐπίλογος.

C. P. *Facilior est explicatio perorationis.)* *Caussa facilitatis est, quod in peroratione ea traduntur, quæ magna ex parte in officio oratoris & partibus orationis explicata sunt.*

Nam est diuisa in duas partes.) *Idcirco in duas parteis, quoniam duplex est finis propositus in perorãdo: motus scilicet, atq; memoria. idcirco amplificatio ad motum, ad memoriã enumeratio spectat. illa* αὔξησις, *hæc uerò* ἀνακεφαλαίωσις *à Græcis magistris appellata. quomodo aũt motus quo utimur in exordio, differret à perorationis motu, & ut ille lenior, hic uerò uehemẽtior esse deberet, suprà in exordij explicatione dictũ est.*

Augendi autem.) *Et de loco amplificationis, & digreßionum, quas declinationes hic appellat, alibi indicatum.*

Est igiť amplificatio grauior quędam affirmatio, quę motu animorũ con-

cōciliet in dicēdo fidē. ea & uerborū genere cōficit, & rerū uerba ponēda sūt, quę uim habeāt illustrādi, nec ab usu sint abhorrentia, grauia, plena, sonātia, iūcta, facta, cognominata, non uulgata, superlata, in primisq; translata, nec in singulis uerbis, sed in cōtinētib. soluta, quę dicūtur sine cōiūctiōe ut plura uideant,

Est igitur amplificatio.) Definitio est amplificationis, de qua etiam antea, quātū satis est. Illud igitur potius uidendū erit, quæ sint amplificationis parteis, quæ materia, quæ itē tractatio. Amplificatio diuiditur in indignationē & cōquestionē, siue cōmiserationē. Indignatio est oratio, per quā cōficitur, ut in aliquē hominē magnū odiū, aut in rē grauis offensio cōcitetur. Cōquestio uerò est oratiō, auditorū misericordiā captans: de quib. partib. extremo loco dicetur. nūc de materia, eiusq; partib. & locis explicandū. Materia sumitur ex ijs quæ magna uocātur. magna enim sint necesse est, quæ moueant: parua impellere haud magnopere possunt. Magnitudo uerò in uerborum genere cernitur, & rerū. In uerbis ea magna dicimus, quæ uim habēt illustrādi: cuiusmodi sunt primùm nō inusitata, q̄ Cicero dicit,

nec ab usu abhorrētia. inusitata enim, ut alibi diximus, obscuritatē habent. Item *grauia: ut, parricida, uel siccarius, grauius est, quàm homicida: patriæ parens, quàm bonus ciuis.* Item *sonātia, quæ consonantiora dixit antea: ut orando, numerādo, sonantius est, quàm orare, numerare.* Plena, *quæ & grauitatem & sonum habent: ut horrendus, sceleratus.* Iuncta, *quæ suprà duplicata dixit, ut cōsceleratus, perterrefactus.* Facta, *ut infinitas, insanitas, perpetuitas, loquutor, & colloquutor: quib. moderatè utendū, ut Cicero facit.* Cognominata, *quæ & agnominata, in quib. aut similis sonus, aut syllabarum complexio paululm immutata: quæ & idem significantium sunt, & diuersæ potestatis: amans, amens, diuersa sunt, etsi sono & syllabis consimilia: mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis: crudelis & nefaria mulier, eiusdem sunt potestatis.*

Non uulgata.) *quæ in ore omnium sunt, etiā uulgarium, ea uulgata, siue peruulgata, siue uulgaria dicuntur:* Rara *uerò, & singularia, & electa, siue delecta, quæ præstantium tantum sunt in usu uirorum, uulgatis contraria sunt.* Ergo *illa superiora grādi oratori, præsertim in amplificādo, sunt relinquēda: hæc uerò assumēda.* Hic *igitur ualedicendū* Tacitis, *Suetonijs*, Plinijs, Quintilianis,

tilianis, Apuleijs, Senecis, Martialibus, ac multo magis quibusdam alijs longè obscurioribus in ratione dicendi: & cōtrà, Cæsares, Salustij, Cicerones, Vergilij, Liuijq́;, atq; horū similes usurpādi. Superlata.) ut, Diuinum atq; incredibile genus orationis, uestra immortalia beneficia. Sunt qui superlata putent, cū mutis rebus sensus quasi tribuitur, ut pro Plancio: Quorum honoribus agri, propè dicam, ipsi, montesq́; fauerūt. Item illa pro Archia: Saxa uoce respondent. Translata: ut flumen orationis, negotiorum undæ siue fluctus. Soluta.) sunt, quæ dicuntur sine coniunctione, ut plura uideantur. De dißolutione loquitur, siue dissoluto, quod fit tum in simplicib. uerbis, tum in coniunctis: quæ Cicero hic & singula uerba, & continentia uocat. In simplicibus: A parentibus nobis uita, patrimonium, libertas, ciuitas tradita est: Cicero in Senatu. In coniūctis, siue continentibus, siue continuatis uerbis, ut in peroratione eiusdem orationis: Quare cum me uestra autoritas accersierit, Po. Ro. reuocarit, Resp. implorarit, Italia cuncta penè suis humeris reportarit, non committam ut, &c.

Augent etiam relata uerba, iterata, duplicata, & ea quæ ascendūt gradatim ab humilioribus uerbis ad su

periora. omninoq; semper quasi naturalis, & non explanata oratio, sed grauibus referta uerbis, ad augendum accommodatior.

Augent etiam relata uerba, iterata, duplicata.) Reliqua uerborum ornamenta enumerat, quæ quidem aliquid obscuritatis habent: quoniam alibi alijs atq; alijs nominibus utitur. nam quis diuinare poßit, quæ hic relata uocet? Suprà enim in suaui genere dicendi relata ad idem uerbum appellauit, & de Oratore Relationem: si modò eædem figuræ sunt. An fortaßis intelligit, quæ de singulis propositis dicta, referuntur ad singula? an uerò paria paribus, aut contraria contrarijs relata? aut utrũq;? Melius certè erit, utrunq; figuræ genus intelligere. Nam exiguum discrimen est inter comparia illa, & de singulis ducta, ad singula relata. Alterum uerò genus erit eorum quæ ad unum uerbum referuntur: ut, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia, quæ coniunctio & adiunctio nominatur. Superioris exemplum illud ex Maniliana sumi potest: Cuius adolescẽtia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperijs: non offensionib. belli, sed uictorijs: nõ stipendijs, sed triũphis est traducta. Quanquam in hoc exem-

exemplo omnia etiam ad unum uerbũ referũtur.

*Iterata.) ut,*Ego *ſum ille conſul,ego inquã,etc.*

Duplicata.) *Sunt,quæ ſuprà geminata dixit, in generibus dicendi: ut,* Me *me adſum qui feci.* Ac *de his ornamentis uerborũ curſim diximus, propterea quòd in elocutione ſunt penè omnia diligentius perluſtrata.*

Et *ea quæ aſcendunt gradatim.)*Puto *hoc eſſe ſchema, quod incrementum* Quintilianus *uocat: ubi uerba aliquot ponuntur,quorũ alterum altero grauius eſt:et ut in gradibus ſcalarũ uidemus, altius & ſuperius. cuiuſmodi ſunt illa:* Miſerum, *acerbum, calamitoſum, funeſtũ: item, indignum, luctuoſum,horribile: item,facinus,ſcelus, parricidium: item,amentia,furor,ſcelus: item,improbus,nefarius,peſtilens:item,caudex, ſtipes,truncus: item hebes,ſtupidus,plumbeus: item, uerberare,affligere,iugulare: item,ſordidare,conſpurcare, cruentare, funeſtare : item, uincire,uerberare,necare, atq; eiuſmodi ſexcenta.*

Omnino'que *ſemper quaſi naturalis.)* Naturalis *oratio eſt, quæ ſua ſponte fuſa dicitur, nullis uerborum floribus diſtincta & compta.* Huic *contraria eſt, quæ explanata & expolita dicitur.* At *quaſi naturalis, & non explanata, ut hic* Cicero *dicit, eſt, etiamſi artificium habeat: neglecta tamen, & ſine exquiſito ornatu*

uide-

uidetur. neq; enim omnia uerborum ornamenta admittit, ſed ea tantum quæ grauitatem habent. non igitur in amplificatione, tam ornatus, lepo-reſq;, quàm grauitas eſt uerborum requirenda. Exemplo hæc demonſtrari non poßunt, quoniam hæc laus fuſa eſt per totam perorationẽ: & perorationes Ciceronis, præſertim in caußis forenſibus, hanc nobis orationis faciem oſtendunt.

Hæc igitur in uerbis, quib. actio uocis, uultus & geſtus, congruens & apta ad animos permouẽdos accommodata eſt. Sed & in uerbis, & in actione cauſſa erit tenẽda, & pro re agenda. Nam hæc quia uidentur perabſurda, cũ grauiora ſunt, quàm cauſſa, diligenter ferè, quid quenq; deceat, iudicandum eſt. Rerum amplificatio ſumitur eiſdem locis omnibus, quibus illa quæ dicta ſunt ad fidem, maximeq; definitiones ualẽt conglobatæ, & conſequentium frequentatio, & contrariarum, & diſsimilium, & inter ſe pugnantium rerum conflictio, & cauſſæ, & ea quæ ſunt de cauſsis orta, maximeq; ſimilitu-

litudines, & exempla: fictæ etiam personæ, muta deniq; loquantur.

Hæc igitur in uerbis quibus actio uocis.) *De seruando in amplificationibus decoro præcipit. Vt enim in uita, sic in oratione, nihil est difficilius, quàm quid deceat uidere: ut non sine caussa dictum sit à Crasso, Caput esse, decere quod agas. Est autem, quid deceat, Oratori uidendum, nō in sententijs & rebus solum, sed etiam in uerbis: & Cicero, quoniam præcepta tradidit uerborū quæ amplificationem deceant, quoniā idipsum ad elocutionē pertinet, & actio quoq; cum elocutione coniuncta est, idcirco actionis siue pronūciationis meminit: monetq; eam pronunciationē actionemq; adhibeamus, quæ non modò rebus, sed etiam uerbis congruens sit. Quod quidem faciemus, si caussam ipsam tenuerimus. neq; enim tantis clamoribus de pecunia, quàm de parricidio agemus. Cauendūq; erit, ne ex musca elephantum (quod dicitur) aut cōtrà faciamus. ac nullum est tam graue uerbum, quod si ineptè pronuncietur, uim non amittat suam, obscuriusq; esse uideatur.*

Rerum amplificatio.) *Diximus, amplificationem ex magnitudine oriri. Magnitudinē uerò in rebus & uerbis spectari. De magnitudine & amplificatione uerborum dictum est: iam de rebus est uidendum. Res autem ipsæ aut in locis, ex quibus*

bus fides fit, latent: aut in rerum generibus, ex quibus sententiæ argumenta'ue ducuntur. Est enim rerum amplificatio, quæ rem aliquā aut magnam, aut præclaram, aut atrocē argumentis auget, atq; sententijs. Etsi autem loci omnes qui ad fidem faciendam suprà numerati sunt, argumēta ad amplificandum nobis suppeditare possunt: potissimum tamen, quæ hic à Cicerone nominātur. Ait enim: Maximeq́; definitiones ualent conglobatæ. Definitiones cōglobatas, descriptiones copiosas & uarias uocat, cuiusmodi sunt illæ pro Cluentio de Sassia: Cuius ea stultitia est (inquit) ut eam nemo hominē: ea uis, ut nemo fœminam: ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. Atq; hæc per negationem. Illa uerò quæ sequuntur, per affirmationem: Atq; etiā nomina necessitudinum, non solum naturæ nomen & iura mutauit: Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex: eò iam denique adducta est, ut sibi præter formam, nihil ad similitudinem hominis reseruarit. Huc etiam pertinent illa de gloria, in prima Philippica: cuius exemplum in Contrarijs commemorabo.

Et consequentiū frequentatio.) Quam hic appellat frequentationem, descriptionem appellauit libro de Oratore tertio: Vel grauissimum (inquit) augendi lumen descriptio, atque eodem no

mine

mine eam etiam appellat Cornificius. Nam frequentatio, quam idem Cornificius ponit, longè alia est ab hac Ciceronis frequentatione. Exempla quoniam prolixa sunt, prætermittimus: ea si quis uolet, aut ex Cicerone, aut ex Cornificio petat.

Et contrariarum & dißimilium & inter se pugnantium rerum conflictio.) Obseruanda est primùm uarietas: definitiones dixit conglobatas, consequentium frequentationem, contrariorum uerò conflictionem: cum tamen nihil intelligat aliud, quàm earum rerum quas nominat, crebritatem & densitatem quandam. De contrarijs habes Philippica prima: Carum esse ciuibus, bene de Republica mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum est: metui uerò, & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Dißimilium uerò, præclarum est exemplum in peroratione Quintianæ defensionis, item in peroratione Philippicæ secundæ, ubi Antonium cum Cæsare contendit. Eadem est ratio pugnantium, quæ contrariorum & dißimilium.

Et caussæ, & ea quæ sunt de caußis orta.) Et hæc quoq; facilia sunt. nam posteaquam sumpta sunt ex locis suis, si tantum ad probandum adhibeantur, sola esse possunt, & singula: sin etiam ad amplificandũ, tum caussæ, tum quæ sunt

effe-

effecta de caußis, condensanda & frequentanda sunt: quemadmodũ facit Cicero Philippica prima, ubi sic percontatur: Vnde igitur subitò ista tanta mutatio? & reliqua quæ sequuntur ibidem, paulo ante perorationem.

Maximeq; similitudines.) Cuiusmodi est illa ad Quirites post reditum: Sed, tanquam bona ualetudo iucũdior est eis qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt: sic ea omnia desiderata magis, quàm aßiduè percepta, delectant.

Et exempla.) Meminimus Cinnam nimis potentem, Syllam postea dominantem, modò Cæsarem regnantem uideramus. Item paulo pòst, in eiusdem Philippicæ secundæ peroratione: Tarquinium Brutus bello est persecutus, qui tum rex fuit, cum esse Romæ regẽ liceret: Sp. Caßius, Sp. Melius, M. Manlius, propter suspicionem regni appetendi sunt necati.

Fictæ etiam personæ, muta deniq; loquantur.) De προσωποποιΐα *loquitur, quã cõformationem uocat Cornificius. Exẽpla habes in oratione pro Cœlio, & in prima Catilinaria, ubi patria loquens inducitur.*

Omninoq; ea sunt adhibenda, si caussa patitur, quæ magna habentur,

tur. quorum eſt duplex genus: alia enim magna natura uidentur, alia uſu. Natura, ut cœleſtia, ut diuina, ut ea quorum obſcuræ cauſſæ: ut in terris, mundoq́ʒ, admirabilia quæ ſunt. ex quibus, ſimilibusq́ʒ, ſi attendas, ad augendum permulta ſuppetent. Vſu, quæ uidentur hominibus aut prodeſſe, aut obeſſe uehementius: quorum ſunt genera ad amplificandũ tria. nam aut charitate mouentur homines, ut deorum, ut patriæ, ut parentum: aut amore, ut fratrum, coniugum, ut liberorum, ut familiariũ: aut honeſtate, ut uirtutum, maximeq́ʒ earum quæ ad communionem hominum & liberalitatem ualent.

Omninoq́ʒ ea ſunt adhibenda, ſi cauſſa patitur, quæ magna habentur.) Hoc eſt, quod antè diximus, ad amplificandum magna eſſe aſſumẽda. Cicero hic addit, Si cauſſa patitur, quia ſemper iudicium eſt adhibendũ: & is eloquẽs eſt, qui & humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria tẽperatè poteſt dicere, ut in Oratore ait Cicero.

Quorum est duplex genus.) Rerum genere magnarum partitionem ponit: atque alia magna natura uideri ait, alia usu. Natura, inquit: id est, quorum etiamsi usus non accedat, tamen ea suapte ui nos mouent, & in admirationem rapiunt. usu uerò magna dicuntur, quæ magnam utilitatem aut detrimenta afferre possunt. At natura magna tribus generibus continentur. sunt enim aut cœlestia, aut diuina, aut humana: quorum obscuræ sunt & latentes caussæ. Cœlestia, ut primùm ipse mundus, eiusq; omnis ordo, & ornatus: Diuina, ut Deus ipse immortalis, tum quæ diuinitùs in aere & terris & mari & animantibus ipsis eueniunt: ex quibus omnibus, hisq; similibus, si quis diligenter attendat, permagna ad amplificandum suppetit copia. Earum autem rerum quæ usu magna dicuntur, sunt item genera tria: caritas, amor, & honestas. Videtur Cicero inter caritatem & amorẽ ita distinguere, ut caritas sit erga superiores, amor autem erga inferiores. & caritas est amor cum obseruantia & reuerentia quadam, quæ Græcè dicitur ἀγάπη: amor uerò φιλοστοργία, affectus quidã humanus, cũ caritas diuinus potius sit. Ex hac distinctione in Oratione ad Quirites post reditũ, dixit de fratre suo: Amore idem qui semper fuit frater. Charitatem porrò eam esse puto,

to, quæ propriè erga Deos religio, erga pattriam & parentes pietas nominatur. Sequitur honestas, siue honestum. id autem est, quòd sua ui & natura nos alliciens, laudabile est: uel quod cum bonum sit, est etiam iucundum, quatenus bonum, ut Aristoteles definit Rhetor. libro primo. Quod si honestas est huiusmodi, necesse est uirtutem honestam esse: quoniam cum sit bona, est etiam laudabilis: ut iustitia, liberalitas, fortitudo. Sed uidendum est, cur Cicero dicat, ut uirtutum, maximeq; earum quæ ad communionem hominum & liberalitatem ualent. Videtur enim duo genera uirtutum facere, & rectè quidem. Nam idem quoque fecit de Oratore libro secundo. Virtus autem, inquit, quæ est per seipsa laudabilis, et sine qua nihil laudari potest, tamen habet plureis partes, quarum alia est ad laudationem aptior. Sunt enim aliæ uirtutes, quæ uidentur in moribus hominum, & quædam comitate ac beneficentia positæ: aliæ quæ in ingenij aliqua facultate, aut animi magnitudine ac robore. nam clementia, iusticia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus, iucunda est auditu in laudationibus. Omnes enim hæ uirtutes non tam ipsis qui eas in se habent, quàm generi hominum fructuosæ putantur. Sapientia & magnitudo animi, qua omnes

Quorum est duplex genus.) Rerum genere magnarum partitionem ponit: atque alia magna natura uideri ait, alia usu. Natura, inquit: id est, quorum etiamsi usus non accedat, tamen ea suapte ui nos mouent, & in admirationem rapiunt. usu uerò magna dicuntur, quæ magnam utilitatem aut detrimenta afferre possunt. At natura magna tribus generibus continentur. sunt enim aut cœlestia, aut diuina, aut humana: quorum obscuræ sunt & latentes caussæ. Cœlestia, ut primùm ipse mundus, eiusq; omnis ordo, & ornatus: Diuina, ut Deus ipse immortalis, tum quæ diuinitùs in aere & terris & mari & animantibus ipsis eueniunt: ex quibus omnibus, hisq; similibus, si quis diligenter attendat, permagna ad amplificandum suppetit copia. Earum autem rerum quæ usu magna dicuntur, sunt item genera tria: caritas, amor, & honestas. Videtur Cicero inter caritatem & amorē ita distinguere, ut caritas sit erga superiores, amor autem erga inferiores. & caritas est amor cum obseruantia & reuerentia quadam, quæ Græcè dicitur ἀγάπη: amor uerò φιλοστοργία, affectus quidā humanus, cū caritas diuinus potius sit. Ex hac distinctione in Oratione ad Quirites post reditū, dixit de fratre suo: Amore idem qui semper fuit frater. Charitatem porrò eam esse puto,

to, quæ propriè erga Deos religio, erga patriam & parentes pietas nominatur. Sequitur honestas, siue honestum. id autem est, quòd sua ui & natura nos alliciens, laudabile est: uel quod cum bonum sit, est etiam iucundum, quatenus bonum, ut Aristoteles definit Rhetor. libro primo. Quod si honestas est huiusmodi, necesse est uirtutem honestam esse: quoniam cum sit bona, est etiam laudabilis: ut iustitia, liberalitas, fortitudo. Sed uidendum est, cur Cicero dicat, ut uirtutum, maximeq; earum quæ ad communionem hominum & liberalitatem ualent. Videtur enim duo genera uirtutum facere, & rectè quidem. Nam idem quoque fecit de Oratore libro secundo. Virtus autem, inquit, quæ est per seipsa laudabilis, et sine qua nihil laudari potest, tamen habet plureis partes, quarum alia est ad laudationem aptior. Sunt enim aliæ uirtutes, quæ uidentur in moribus hominum, & quadam comitate ac beneficentia positæ: aliæ quæ in ingenij aliqua facultate, aut animi magnitudine ac robore. nam clementia, iusticia, benignitas, fides, fortitudo in periculis communibus, iucunda est auditu in laudationibus. Omnes enim hæ uirtutes non tam ipsis qui eas in se habent, quàm generi hominum fructuosæ putantur. Sapientia & magnitudo animi, qua omnes

res humanæ feruntur, tenues & pro nihilo putantur. Idem dicit de Offic. libro primo, *ubi de beneficentia agit.* Exempla in Orationibus *crebra occurrent: quare nos ad usum rerum magnarum, tractationemq́; transeamus.*

Ex ijs & cohortationes sumuntur, ad ea retinenda: & in eos, à quibus ea uiolata sunt, odia incitantur, & miseratio nascitur. Proprius locus augendi in ijs rebus aut amissis, aut amittendi periculo. Nihil est enim tam miserabile, quàm ex beato miser. & hoc totũ quidem moueat, si bona ex fortuna quis cadat, & à quorum charitate diuellatur, quæ amittat aut amiserit, in quibus malis sit, futurus'ue sit, exprimatur breuiter. Citò enim exarescit lachryma, præsertim in alienis malis.

Ex his & cohortationes sumuntur.) De tractatione agit, in qua hæc proponit consideranda: Finem, materiam, modum, & iudicium. Finis triplex est: cohortatio, odium, miseratio, ad hos fines omnes magnarum rerum sententiæ accommodandæ sunt. Hos tres fines indicat prima præceptione.

ptione. Cohortationes (inquit) sumuntur, odia incitātur, miseratio nascitur. Materia sequitur, quæ in bonis & malis, lætis & tristibus cernitur. eam sequentibus sententijs indicat Cicero, usque ad eum locum: Citò enim arescit lachryma. Modus autem in breuitate orationis, qua lachrymas exprimere ab auditoribus conamur. nam commotis animis, diutius in conquestione morari nō oportebit. id uoluit Cicero in illis uerbis: Exprimatur breuiter, citò enim arescit lachryma, præsertim in alienis malis. De Inuent. autem lib. 1. extremo: Quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, lachryma nihil citius arescit. Hanc sententiā acceperat Cicero de ipsius Apollonij ore. Fuit enim is Ciceronis præceptor Apollonius, cognomento Molo, ut ipsemet Cicero alibi testatur. Sed in hac sententia, quam in Partit. ponit, duo dicit: tum lacrymam citò arescere in proprijs malis, tum citius etiam in alienis. Cur autem lachrymæ citò inarescant, & fluere cessent, ea primum caussa est, quòd in dolore & mœrore constringitur & contrahitur animus unà cum cerebro, quæ contractio diuturna esse non potest; alioqui hominem extingueret. Dilatatur igitur citò, ut naturæ succurrat: in qua dilatatione statim lachrymæ cessant, quia non exprimuntur. Exemplum habes in spongia madefacta, quæ ex-

pressa manu fundit aquas: manu uerò explicata & remissa, non fundit. Deinde, nihil quod uehemens & uiolentum sit, diutius in uno statu durare potest: præsertim in affectibus, qui sunt momentanei & fugaces. Quod autem id lachrymis dicit accidere, ut citius inarescant, præsertim in alienis malis: id fit, quoniã aliena mala cum procul à nobis sint, minus constringunt naturam: idcirco etiam citius desinunt lachrymæ.

Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est. minuta est enim omnis diligentia, hic autem locus grandia requirit.

Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est.) Suprà, *cum de uerbis loqueretur, laudauit quasi naturalem, & non explanatam orationem. Idem hic facit in amplificatione rerum: præcipitq; nõ esse nimis enucleatè & tenuiter omnia quæ mouere possunt, persequenda, sed maiora & grandiora.* Et addit etiam rationem: *quòd minuta sit omnis diligentia illa, qua omnia etiam minutißima persequi uolumus, quæ diligentia tenui dicendi generi atq; subtili adhibenda est: hic autem locus grandia, exaggerata, amplificatáq; requirit.*

Illud iam est iudicij, quo quaque

in

in caussa genere utamur agendi. In illis enim caussis, quæ ad delectationem exornantur, ij loci tractandi sunt, qui mouere possunt expectationem, admirationem, uoluptatem. In cohortationibus autem bonorum ac malorum enumerationes & exempla ualent plurimum. In iudicijs, accusatori ferè, quæ ad iracundiam: reo plerunque, quæ ad misericordiam pertinent. Nonnunquam tamen accusator misericordiam mouere debet, & defensor iracundiam.

Illud iam est iudicij.) Iudicij est, intelligere & nosse, quæ sint in singulis caussarum generibus amplificandi genera & fines. Nam in genere demonstratiuo finis est delectatio, siue suauitas: eaq; comparatur & earum rerũ natura quæ mouere possunt expectationem, admirationem, & uoluptatem: idq; tam honestis quàm turpibus. in genere deliberatiuo, cohortatio ad retinendas res suas, quemadmodum antea dixit: & in eos à quibus uiolatæ sunt, odia concitanda. id quod assequemur bonorũ enumeratione in sua-

 dendo,

dendo, & in dissuadendo malorum: etsi exemplis ad utrunq; aptis utemur. Iam in genere iudiciali, accusatori propositum est, ut initio dixit, ut iratum faciat iudicem: non autem omnia ad misericordiam sunt assumenda. & hoc fit ordine naturali: uerùm hic ordo interdum pro commoditate caussæ mutatur, ita ut accusator misericordiam moueat, & defensor iracundiam. quod fecit Cicero in Rosciana, & Miloniana: in quibus duabus orationibus, omnia quæ hic de amplificatione præcipiuntur, cùm in alijs partibus & locis, tum maximè in peroratione efficit: nimirum ut irascatur iudex, mitigetur, inuideat, faueat, contemnat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, satietate afficiatur, speret, metuat, lætetur, doleat, qua in uarietate, motuum feruentiorum Verrinæ orationes suppeditabunt exempla: mitiorum, defensiones eiusdem, ut ipsemet dicit in Oratore ad Brutum.

DE ENVMERATIONE, *altera Perorationis parte.*

Enumeratio reliqua est, nõnunquam laudatori, suasori non sæpe, accusatori sæpius quàm reo necessaria,

Enume-

Enumeratio reliqua est.) Enumeratio, *autore Cicerone, est, per quam res disperse & diffuse dictae, unum in locum coguntur, & reminiscendi caussa unum sub aspectum subijciuntur.* In enumeratione *haec consideranda hic proponuntur: primum, quibus in caussis ea utendum sit: deinde, quae sint eius tempora, post, quibus personis conueniat enumeratio: & deniq;, qui sit in ea modus siue tractatio, haec habet ordine Cicero. ac de primo ait:* Enumeratio *nonnunquam laudatori, suasori non saepe, accusatori saepius quàm reo necessaria.* Ratio *autem horum est, quòd laudatori, siue qui orationem habet in genere demonstratiuo, nullus est propositus aduersarius: & oratio ipsa perpetua quadam narratione constat, nisi fingatur aduersarius, quòd rarò fit & breuiter: idcirco uix enumerationem admittit. Suasori autē idcirco non saepe necessaria, tum quod huiusmodi caussae minus sunt implicatae controuersijs: quae si essent, & multam haberent copiam, tum enumeratio esset adhibenda.* Deinde, *quoniā prudens est consilium, & de reb. futuris agitur, quae non magnam requirunt recordationem.* Itaq; *eadem de caussa, qua adimitur penè prooemium, etiam enumeratio: sed non amplificatio ad impellendos animos, & in tuam sententiam pertrahendos. relinquitur ergo, ut sit propria enumeratio:*

atq; adeò potius accusatoris, quàm rei rationem, Cicero infrà ponit: quòd reo ponenda sunt contraria, quorum dissolutio in breuitate latebit, aculei pungent. Atq; ita duo habemus ex quatuor, scilicet primum & tertium.

Huius ipsa tempora duo sunt: si aut memoriæ diffidas eorum apud quos agas, uel interuallo temporis, uel longitudine orationis, aut frequentatis firmamentis orationis, & breuiter expositis, uim' est habitura caussa maiorem. Et reo rarius utendum est, quòd ponēda sunt contraria, quorum dissolutio in breuitate latebit, aculei pungent. Sed erit in enumeratione uitandum, ne ostentatio memoriæ suscepta, uideatur esse puerilis. Id effugiet, qui non omnia minima repetet, sed breuia singula attingens, pondera rerum ipsa comprehendet.

Huius ipsa tempora duo sunt.) Temporum nomine caussas intelligit, quibus ut enumeratione utamur, impellimur: quarum altera est memoria, altera uis. Memoria duo habet tempora, quæ efficere

ficere poßint, ut auditorũ memoriæ diffidas, temporis interuallum, & orationis longitudo. interuallum temporis intelligendum est, cum una causa à pluribus agitur: tunc inter primum & tertiũ siue quartum, aut etiam ultimum temporis spacium interuenit: ex quo effici potuit, ut disceptator firmamenta caussæ obliuioni tradiderit. idcirco tunc utendum est enumeratione, quod fecit Cicero in Quintiana. Idem quoq; intelligendum, si lõga sit oratio: ut pro Sestio, pro Milone, pro Plãcio. Sequitur quartũ, in quo modus & tractatio uidenda est: eaq; est bipertita, ut primùm uideamus quid sit in enumeratione uitandum, deinde quid sequendum. Vitanda est ostentatio memoriæ, quæ in puero tolerari poßit, in uiro autẽ leuis & puerilis esse uideatur. Secundum igitur illud erit efficiendum, ut non omnia minima repetamus: sed ea, in quibus pondera rerum fuerunt, breuiter singula attingamus. nam illud datur commune præceptum ad enumerationem, ut ex unaquaque argumentatione, quoniam tota iterum dici non potest, nec debet, ea eligantur, quæ sunt grauißima, & unumquodque quàm breuißimè transeatur: ut renouetur, non redintegretur oratio. Quapropter initium enumerationis, non ab exordio aut narratione, sed à diuisione sumendum est. Hic uidendum est, quomodo Ciceroni

roni nostro cum Aristotele conueniat, in partibus perorationis. nam Aristoteles ipse quatuor ex partib. eam constare dicit: primum ex ea quæ efficit, ut auditor nobis bene uelit, aduersarijs male: deinde ex amplificatione, & diminutione: tum ex animorum cõmotione, ut afficiatur auditor: postremò ex enumeratione. sed facilis est reconciliatio. Tria illa priora, Ciceronis amplificatione continentur: nam illis tribus nihil aliud uoluit Aristoteles, quàm uarios motus significare.

EX-

EXPLICATIONVM Oratoriarum liber tertius.

DE QVAESTIONE, EIusq; partibus.

C. F. Quoniam & de ipso oratore, & de oratione dixisti, expone eum mihi nunc, quem ex tribus extremũ proposuisti, quæstionis locum.

C. F. Quoniam & de ipso Oratore & de oratione dixisti.) In treis partes diuisa initiò fuit omnis doctrina dicendi: in uim oratoris, in orationem, & in quæstionem: de duobus superioribus diuinitùs respõdit Cicero, & nos duobus superioribus libris explicauimus. Quare nunc ex tribus, extremum quæstionis locum sibi exponi poscit filius. in cuius uerbis illud obseruandum est, eum oratorem pro ui oratoris posuiße: idq; non impropriè, sed maximè propriè. ut si dicas fictorem, siue sculptorem, metallum & statuam: uel artificem, materiam & opus. artifex est orator, materia quæstio, opus ipsum oratio. Sed in artifice uis & ars intelligitur, uti libro primo ostẽdimus. Sed quo facilius hæc quæstionũ distributio in sequẽtib. perspiciatur, præstat eã statim in ipso limine proponere.

Quæ-

- Quæstionũ genera
  - Infinitum, quod propositum uoco:
    - Cognitionis, cuius tria genera:
      - Coniectura,
        - Sit'ne
        - Fuerit
        - Futurũ sit.
          - In qua queritur,
            - Poßit'ne aliquid effici.
            - Quēadmodũ qcq; fiat.
      - Definitio in qua qd sit q̃ritur
        - Aliud, an idem sit.
        - Descriptio generis alicuius, & quasi imago exprimēda est.
      - Qualitatis, in quo queritur
        - Simpliciter de
          - Honestate
          - Vtilitate
          - Aequalitate.
        - Comparatione, quid uel
          - Honestius
          - Vtilius
          - Aequius
          - Honestißimum
          - Vtilißimum
          - Aequißimum.
    - Actionis quod refertur ad
      - Persequendũ, declinandum'ue.
      - Commodum, usumq́;, quod cernitur in
        - Officijs præstandis,
        - Affectibus regendis.
  - Finitum, quod causam appello, cuius sunt genera tria,
    - Exornationis
    - Deliberationis
    - Iudicij.

C. P. Duo ſunt, ut initiò dixi, quęſtionum genera: quorum alterum finitum temporib. & perſonis cauſſam appello: alterum infinitum, nullis neque perſonis, neque temporibus notatum, propoſitũ uoco. Sed eſt conſultatio quaſi pars cauſſæ quædam, & controuerſiæ. ineſt enim infinitũ in definito, & ad illud tamen referuntur omnia.

C. P. Duo ſunt, ut initiò dixi, quæſtionum genera.) Et nos libro 1. bonam partem eorum quæ dicenda erant de quæſtione, diximus. Supereſt igitur tantum, ut quæ hoc loco repetit Cicero, percurramus. In quo illud tenẽdum eſt, quæſtionẽ eſſe omnis diſputationis ſiue cõtrouerſiæ caput, ad quod omnis referatur oratio, ſiue diſputatio. cõtinet enim hæc doctrina quæſtionũ tũ genera cauſſarũ, tum etiã ſtatuũ: ut interea omittam philoſophiæ partes omneis, quæ hac quæſtionũ diſciplina cõtinẽtur. Illud quoq; obſeruandũ, definitã quæſtionẽ eã eſſe, quæ pſonarũ præcipuè notationẽ habet: infinitã uerò, quæ perſonarum præſertim cõplexu (etiãſi reliquorũ attributorũ aliquod adſit) libera eſt. Sed hoc loco emẽdemus ſcripturã, ubi dicit: Cõtrouerſiã caußam appello.

lo. illud uerbum Controuersiam expungendum est, tanquam adulterinum: aut si quis uelit retinere, contra tamen ueterum codicum fidem, addenda erit coniunctio, legendumq́; Controuersiam & causam appello.

Sed est consultatio quasi pars caußæ quedã.) Pars est, ut genus definitionis, siue formæ, in qua definienda, pars esse dicitur: idq́; ut in oratione, non ut in re ipsa. & est quidem in caussa propositum, sed finitum. neq; enim sine proposito probari quicquam potest in caußa: ut nec in syllogismo quicquam effici sine propositione maiore. Cũ autem loquimur de personis in aliqua questione, ea quoq; intelligenda sunt quæ pro personis ponuntur. ponuntur autem pro personis, non certa semper & propria personarũ nomina, sed incerta: ut quidam, aliquis: itemq́; Romanus, Atheniẽsis, Gallus, Italus. ut, exempli caussa: Iure ne Galli bellum inferant Florentinis? &, An opem ferre Senensibus Galli debeant?

DE PROPOSITO, SIVE *Consultatione, siue infinita quæstione.*

Quamobrem prius de proposito dicamus, cuius genera sunt duo, Cognitionis alterum; eius scientia est finis;

nis, ut ueri'ne sint sensus. alterum actionis, quod refertur ad efficiendũ quid: ut si quæratur, quibus officijs amicitia colenda sit. Rursus superioris genera sunt tria: Sit nec'ne, quid sit, quale sit. Sit nec'ne: ut, ius in natura sit, an in more. Quid autem sit, sit'ne ius id, quod maiori parti sit utile. Quale autem sit: iustè uiuere sit nec'ne utile.

Quamobrem prius de proposito dicamus.) His uerbis constat, Ciceronem cognitionis & actionis quæstiones sub propositum subijcere, eiusq; facere parteis.

Eius scientia est finis.) Significat, nihil ultra scientiam in cognitionis quæstione quærendum: ut intelligamus, ea inuenta quiescendum. nam actio nulla hic requiritur, sed mera consideratio, contemplatioq; naturæ.

Vt ueri'ne sint sensus.) An sint ueri sensus, docet Aristoteles in libro de Sensibus primo, & libro de Somnijs, cap.2. Sed Cicero præclarè in Acad. lib.4. Meo autẽ iudicio, inquit, ita est maxima in sensibus ueritas, si & sani sunt, & ualentes, & omnia remouentur quæ obstant & impediunt. itaq; & lumen mutari sæpe uolumus, & si-

tus earum rerum quas intuemur, & interualla, aut contrahimus, aut diducimus.

Alterum actionis.) Huius finis est actio. idcirco ait, Quod refertur ad efficiendum quid: ut si quæratur, quibus officijs amicitia colenda sit. Quemadmodum ea quæ cognitionis sunt, physica tradit: sic quæ sunt actionis, ea philosophiæ pars quæ moralis appellatur, cuius sunt multæ partes. Quibus autẽ officijs colenda sit amicitia, præclarè docet in Lælio Cicero, ut alios omittã.

Rursus superioris genera sunt tria.) Superioris, id est cognitionis. quanquam sunt qui uelint hanc esse propositi secundam diuisionem.

Sit, nec ne.) Duas Aristotelis quæstiones in unam contraxit Cicero. nam non solum quærendum est an sit, sed etiam quamobrem aliquid sit. Sed Cicero illam priorem quæstionem, quæ de re est, tanquam confessam tacuit, & ad caussam siue originem exemplum accõmodauit, cum dixit, Ius in natura sit, an in more. non enim quæsiuit, an sit aliquod ius: sed natura'ne an mos iuris esset caußa. Si de uirtute simpliciter ageretur, plura essent dicenda: sed quoniã de iure tantũ quærit, respõdemus, partim à natura, partim à more ius ipsum oriri. Hinc ius aliud naturale, aliud legitimum siue ciuile: de quo Aristoteles in Ethicis lib. 5. & Iurisconsulti initio Digestorum.

Quid

Quid autem sit.) Hoc definitione explicatur, ut alibi dictum est. ut si quis quærat, an uera sit definitio quæ dicat, Ius id esse quod maiori parti sit utile? alius uerum quidem esse aiat, si utile ab honesto non separetur. quod si quis dicat illud esse ius quod maiori placitum sit parti, tunc negari potest: & afferri, illud ius esse, non quid maiori parti, sed meliori placeat.

Quale autẽ sit.) Quæstio est accidentis. quæritur enim, Iustè uiuere sit nec'ne utile? quod idem est ac si quæreret: sit'ne iusticia utilis? & est quidem, si ueram utilitatẽ honestate metiamur. hæc autem quæstio uideri poßit actionis, non cognitionis. Viuere enim est, aliquid agere. sed non proponitur, ut quidquam agatur: id est, quomodo iustè uiuendum sit, aut quomodo sit exercenda iusticia: sed proponitur tanquam philosopho explicanda, ut sciatur, sit'ne aliqua in uita iusta utilitas, siue beatitudo?

Actionis autem duo sunt genera. unum ad persequendũ aliquid, aut declinandũ: ut, quib. rebus adipisci gloriam possis, aut quomodo inuidia uitetur. alterũ, quod ad aliquod commodũ usumq; refertur: ut, quemadmodũ sit respub. administranda,

aut quemadmodum in paupertate uiuendum.

Actionis autem duo sunt genera.) Vt cognitionis quæstionem in sua quædam genera distribuit: sic nunc quæ sint actionis parteis ostendit, facitq; duas. prioris quæstiones futuri temporis sunt, cernunturq; in rebus bonis & malis: quorũ illa sequenda, hæc declinanda fugiendaq; sunt. Idcirco quærit, quibus rebus adipisci gloriã possis, quæ bona est, & quã nondum sis adeptus: aut quomodo inuidia uitetur, qua nondum labores. Quomodo autem gloriam adipisci poßis, docẽt philosophi, cũ de officijs tractant: & erat quondam Ciceronis liber de Gloria, qui iam nõ extat: & hoc tempore inter cæteros, opus non uulgare de ea edidit Hieronymus Osorius Lusitanus. De honore uerò, qui est affinis gloriæ, nos orationẽ aliquando habuimus, quam etiam edidimus: uerùm Sebastianus Foxius Morzillus librũ unum sanè doctum. Sed quemadmodũ Socrates dicere solebat, quod etiã Cicero de Officijs refert, compendiosa uia ad gloriam est, si talis sis, qualis uideri cupis: & breuiter quoq; iter gloriæ ostendit idem Cicero Philippica prima. De uitanda pariter inuidia, post tot scriptores nullum præceptum breuius dari potest, quàm ut quo maior fueris, eo te submißius geras. Posterioris partis quæ

stio-

stiones præsentis sunt temporis, ad easq; mediæ quædam res referuntur, quæ in usu positæ sunt. ut administratio Reipub. amici, genus, diuitiæ: quæ, ut ait Terẽtius in Heaut. perinde sunt, ut illius animus est, qui ea poßidet. qui uti scit, ei bona sunt: illi qui non utitur rectè, mala.

(Vt quemadmodum sit Respub. administranda.) Nimirum ei, cui iam commissa est. Respondet Cicero de Officijs libro primo: Vt tutela, sic procuratio Reipublicæ, ad utilitatem eorum qui commißi sunt, non ad eorum quibus cõmissa est, gerenda est.

Aut quemadmodum in paupertate uiuendũ.) In paupertate uerò ita uiuendum est, ut ijs quæ adsunt contenti simus, quemadmodũ Paulus apostolus monuit. Sed de administranda Repub. tum Plato, tum Aristoteles in Politicis, atq; his antiquior Moses, scripserunt.

Rursus autẽ ex cognitionis consultatione, ubi sit, nec'ne sit, aut fuerit, futurum'ue sit quæritur, unũ genus est quęstionis, possit'ne aliquid effici: ut cum quæritur, ecquis'nam perfectè sapiens esse possit. Alterum, quemadmodum quicque fiat: ut, quo'nam pacto uirtus pariatur,

natura'ne, an ratione, an usu. Cuius generis sunt omnes, in quibus ut in obscuris, naturalibusq; quæstionibus caussæ, rationes'que rerum explicantur.

Rursus autem ex cognitionis consultatione.) *Tria in cognitionis quæstione quærenda esse dixit: An sit, Quid sit, Quale sit. Nunc primam illam partē, An sit, rursus diuidit, primùm in tria tempora. Nam nō solum quæritur, An sit aliqua perfecta Respublica, quod præsentis est temporis: sed etiam, an unquam fuerit, quòd præteriti est: itemq;, an unquam futura sit? Deinde hæc ipsa tempora ad duos alios quærendi modos reuocantur: quorum prior est, poßit'ne aliquid fieri hoc tempore, aut potuerit'ne superioribus temporibus, aut poßit etiam in posterum? ut cū quæritur, Num quis perfectè sapiens esse poßit? Hæc quæstio tractatur à Cicerone in libris de Fin. & de Offic. lib. 3. statim post præfationē. Vbi, quemadmodū duo genera sunt officiorum, perfectum alterum, alterum medium: sic & duo genera sapientum, quorū alij in perfectis Officijs uersentur, alij in medijs istis & communibus. Perfectum autem sapientem, Stoicorum sententia, inueniri neminem, ne Socratem quidem ipsum, & cæteros*

cæteros qui sapiẽtes appellati sunt: sed quotquot sapientes appellantur, eos uulgi opinione appellari. Alter modus est, cum quæritur, quemadmo dum quidq; fiat? quo in genere quæstionis, de origine & caussa cuiusque rei inquiritur: in quo Physici potißimum in explicandis obscuris naturæ caußis, rationibusq; uersantur. ut, Quónam pacto uirtus pariatur? naturá ne, an ratione, an usu? Hæc quæstio ex morali philosophia sumpta est. Fuérunt autem hac de re uariæ & dißidentes inter se sententiæ philosophorum. Stoici enim à natura, Peripatetici usu & exercitatione: à natura tamen quandã facultatem esse, tanquã principium. Plato uerò, nec natura nec usu omnino, sed diuino quodam munere contingere uirtutem existimauit. Ego autem (si licet honorarij arbitri munus subire) dicerem, hominem ad uirtutem capessendam aptum factum esse natura: uerum sine diuino instinctu, ueras uirtutes nulla ratione posse quenquam adipisci.

Illius autem generis, in quo quid sit id de quo agitur, quæritur, duo sunt genera: quorũ in altero disputandum est, aliud an idem sit, ut pertinacia & perseuerantia.

Illius autem generis.) Hæc quæstio ad defini-

 tionem

tionem pertinet, cuius, ut antè dictum est, duo sunt genera: unum Dialecticum, *alterum* Oratorium. *Illud proprium habet nomen generis, uocaturq́; definitio, alterum descriptio.* In *priore genere disputari solet de eodem & alio. ut proposita quæstione,* Sit'ne *pertinacia idem quod perseuerantia, an forsitan aliud? quod quidē elucere poterit ex utriusque definitione.* Est *enim perseuerantia (ut* Cicero *definit in secundo de* Inuentione*) in ratione bene considerata stabilis & perpetua permansio: estq́; fortitudinis pars.* Pertinacia *uerò, est quidem illa stabilis & perpetua permansio, at non in ratione bene considerata: non est igitur idem quod perseuerantia, etiamsi ei finitima est.* Sed *hic uidendū est, quot modis idem, aut aliud, quidpiam esse dicatur.* Id *autem, autore* Aristotele Top. *libro primo, tribus dicitur modis:* Numero, *siue nomine, & specie, & genere.* Numero *quidē eadē sunt, quorū nomina plura, res uerò una est, quæ* συνώνυμα Græcè, *& idem significantia* Latinè *uocantur: ut anima & uita, modestia & temperantia.* Diuersa, *siue alia, cum ut nomina, sic quoq; res multæ: ut tempus & locus, iusticia & modestia.* Formæ *autem eiusdem dicuntur, quæ etsi multa sunt, specie tamen nihil differunt, ut quæ eidem formæ subijciuntur: ut;* Socrates *&* Plato, *uterq; enim*

homo:

homo. specie uerò alia sunt, lupus & ouis. Genere item eadem sunt, quæ ad idē genus referuntur, ut homo & equus, quorum genus unum est, animal: Rhetorica & Dialectica, utraq; enim ars. Quæ autē sub diuersis generib. collocantur, ea genere differūt: quod de summis & medijs generibus intelligi potest. sed potißimum de summis, ut numerus & uirtus: quorum ille quātitatis est, hæc uerò qualitatis. itē clementia & perseuerantia: illius nanq; genus est temperantia, huius aūt fortitudo. In his aūt trib. id quod unū & idē numero dicitur, idē uerißimè appellatur: cuius itē genera sunt tria. Quorū primū, & maximè proprium est, cū aliquid eodē nomine uel definitione explicatur: ut uis & officium oratoris, Rhetorica & benedicendi scientia. Secundo loco, ea quæ eiusdem sunt proprietatis: ut, animal sagax, plenū rationis, cōsilij, est homo: est enim ex proprietatib. descriptus. Vel cum dicimus, quòd uim habet intelligendi. Postremò, cū ab aliqua re fortuita aliquid nominatur: ut, Christus, & qui Hierosolymæ cruci pro nobis suffixus est.

In altero autem descriptio generis alicuius, & quasi imago exprimenda est: ut, qualis sit auarus, aut quid sit superbia.

In altero autem descriptio generis alicuius.) Hæc est illa oratoria definitio, de qua modò dicebam: quæ aut personarum est, aut rerum descriptio. Personarum, ut qualis sit auarus, quem descripsit Horatius illa Ode,

Nullus argento color est auaris, &c.

Cuius descriptio sumitur ex adiunctis, & uerisimilibus. Rerum, ut quid sit superbia? ea autẽ est immoderata animi elatio, quemadmodum infrà dicit Cicero: Et magnitudinem animi superbia in animis extollendis imitatur. Potest autem ea etiam ex adiunctis, quod sæpe fecit Cicero in Orationibus, describi.

Tertiò autem in genere, in quo quale sit quæritur, aut de honestate, aut de utilitate, aut de æquitate dicendum est. De honestate sic: ut, honestúm ne sit pro amico periculum, aut inuidiam subire. De utilitate autẽ sic: ut, sit'ne utile in repub. administranda uersari. De æquitate uerò sic: ut, sit'ne æquum amicos cognatis anteferre.

Tertiò autem in genere, in quo quale.) Tertium quæstionum cognitionis genus partiendo eleganter explicat: cuius tria capita facit, honestatem,

statem, utilitatem, & æquitatem: in quibus etiam contraria sunt intelligenda. hi enim sunt fines in tribus caussarum generibus, ut antè ostensum est. Nam honestas demonstratiui, deliberatiui utilitas, æquitas uerò iudiciorum est propria. Quanquam hæc ipsa capita misceantur, & pro re nata uarientur: differunt autem inter se, quod honestas uirtutis atque animi est: utilitas corporis & rerum externarum, ab usu & utendo dicta: æquitas uerò, iuris & legum. in his enim omnibus uersatur, qui nunc instituitur, orator.

De honestate sic.) Exemplū quæstionis pendet ex officiorum doctrina. Certè pro amico periculum, odium, & inuidia, in re honesta sunt subeunda: ut Cicero de Amicitia docet.

De utilitate autem sic.) Hoc exemplum ex Politicis sumptum, habet cōtrarias partes. Nam alij non esse Rempub. administrandam aiunt, cuiusmodi Pythagoras fuit. quod indicat Symbolum illud, A' fabis abstinere: quo intellexisse uolunt, Rempub. nō esse attingendam. Alij autem, ut Cicero de Offic. lib. 1. docet, etiam iniustum eum putant, qui accedere ad remp. nolit.

De æquitate uerò sic.) Et hoc ex morali philosophia, officijsq; manat: & sunt tempora, in quibus amicum propinquo anteferre debeas.

alij

alij autem contrà: ut Cicero de Offic. lib. 1. copiose & diuinitùs docet.

Atq; in hoc eodē genere, in quo quale ſit quæritur, exoritur aliud quoddam diſputandi genus. Non enim ſimpliciter ſolum quæritur, quid honeſtum ſit, quid utile, quid æquum: ſed etiam ex cōparatione, quid honeſtius, quid utilius, quid æquius: atq; etiam quid honeſtiſsimum, quid utiliſsimum, quid æquiſſimum. cuius generis illa ſunt, quæ præſtantiſsima ſit dignitas uitæ, atque ea quidem, quæ dixi, cognitionis ſunt omnia.

Atq; in hoc eodem genere.) Quæſtio qualitatis eſt eius generis, ut in ea & ſimpliciter quæratur, & comparatè. De ſimplicibus quæſtionibus hactenus: iam quomodo ex cōparatione aliquid quæratur, docet. Aut enim duo propoſita ſunt, aut plura. ſi duo, tunc utrum honeſtius, utilius, aut æquius ſit? ſin plura, quid honeſtiſsimum, quid utiliſsimum, quid æquiſsimum: ut quæ præſtantiſsima ſit dignitas uitæ, id eſt, quod genus uitæ præſtantiſsimum ſit, ac potiſsimum eligendum. Quæ autem comparantur, ea uel differentia

tia & diuersa inter se sunt, uel in aliquo contrariorum genere. Itemq; eædem res, uel in eodem fine, uel in diuersis finibus conferuntur. ut, honestius'ne sit, mercatura opes parare, an militia: Vtrum sit beatius dare beneficiũ, an accipere. In diuersis uerò finibus: ut, Sit'ne plus utilitatis in bello suscipiendo, quàm damni in pace facienda. Atq; hæc omnia, ut diximus, ad cognitionis quæstionem spectant.

Restant actionis, cuius alterum est præcipiendi genus, quod ad rationẽ officij pertinet: ut, quemadmodum colendi sint parentes. alterum autem ad sedandos animos, & oratione sanandos: ut in consolandis mœroribus, ut in iracundia comprimenda, aut in timore tollendo, aut in cupiditate minuenda. cui quidem generi contrarium est disputandi genus, ad eosdem illos animi motus: quod in amplificanda oratione sæpe faciendum est, uel gignendos, uel concitandos. Atque ferè hæc est partitio consultationum.

Restant

Restant actionis.) Quemadmodum cognitionis quæstionem bis diuisit, sic etiam actionis quæstionem bis est partitus. Alteram igitur partem suprà habuimus: hoc autem loco secundam. & differt ab illa hæc. illa enim & comparationẽ habuit rerum persequẽdarum ac declinandarũ, hoc est, honestarum & turpium, deinde quæ ad commodum usumq; referuntur: hæc autem reliquas officij actiones, affectuumq; doctrinam. Et ut moralis doctrinæ duæ sunt parteis, quarum altera de uirtutibus & uitijs præcipit, altera de motibus animorum aut sedandis, aut sanandis: sic et quæstio actionis, quæ finis est eius doctrinæ, in totidem partes distribuenda est. Sedãtur autem, minuendo: sanantur, prorsus tollendo & extirpando. Huc referuntur disputationes illæ, subtilesq; orationes, quibus mœrentes consolamur, & iracundiam eorum qui accensi sunt comprimimus, aut extinguimus, timorem tollimus, cupiditatem minuimus: quæ sunt quatuor affectuum genera, quorum doctrina in Tusculanis à Cicerone traditur.

Vt, quemadmodum colendi sunt parentes.) Aristoteles in Ethicis, & Cicero de Offic. sed omnium præstantißimè leges Dei, oraculáq; diuina tradunt.

Cui quidem generi contrarium.) Idcirco contrarium,

trarium, quoniam duplex est doctrina de permotionibus, siue perturbationibus animorum: una philosophica, altera oratoria. Illa in sedandis & sanandis, ut dictum est: hæc oratoria, ei contraria, in gignendis potißimum, & concitandis: quod in amplificanda oratione sæpe faciendum esse, suprà in præceptis perorationis etiã docuit Orator. Hactenus de altera parte primæ quæstionũ partitionis, quæ in propositis siue consultationibus uersatur: deinceps de caussarum generibus dicendum esset, nisi pauca de ratione inueniendi & disponendi restarent.

C. F. Cognoui: sed quæ ratio est in his inueniendi, & disponendi, requiro. C. P. Quid tu aliámne censes, & non eandem esse, quæ est exposita, ut ex eisdem locis ad fidem & ad inueniendum ducantur omnia? Collocandi autem quæ est exposita in alijs, ratio eadem huc trãsfertur.

C. F. *Cognoui, sed quæ ratio est.*) *Inuentio & dispositio, de qua hic loquitur filius, non est quæstionum, sed argumentorum ad ipsas quæstiones tradendas.*

C. P. *Quid tu.*) *Respondet pater, nullã aliam*

esse

esse inueniendi aut collocandi rationem, quàm quæ sub initia Partitionum tradita est libro primo: ubi & nos quæ dicenda erant, diximus. idcirco inde petenda sunt.

DE QVAESTIONE DEfinita, siue de generibus caussarum.

Cognita igitur omni distributione propositarum consultationum, caussarum genera restant omnino. Et earum quidẽ forma duplex est; quorum altera delectationem sectatur auriũ: alterius ut obtineat, probet & efficiat, quod agit, omnis est suscepta contentio.

Cognita igitur.) Duo genera *quæstionũ propositarum facit: quorum alterum infinitum, sine ulla personarum, aliorum'que temporum complexione, cuius partes in superioribus explicatæ sunt: alterum definitum certis personis & attributis, quod caussam appellauit.* De hoc *igitur genere reliquæ partitiones docent, & in eo explicando assumuntur.* Hoc autem *loco repetit initiò positam caussarum partitionem, ut singularum parteis diligentius explicet. earum enim suprà facta est mentio,* pro-

propter collocationem, quæ una est Oratorij officij pars: hic uerò, ut quæ pertinent ad quæstionem definitam persequatur, quæ pars est materiæ Oratoris.

Et earum quidem forma duplex est.) Genera caussarum, fine distinguit. nam cuius finis est delectatio, demonstratiuum genus appellatur: cuius autem fides ad probandum proposita est, id aut deliberatiuum, aut iudiciale nominatur. Deliberatiuum quidem, si futuri temporis habeatur ratio: Iudiciale, si præteriti: quæ partitio Aristotelis est in primo Rhetoricorum, de qua nos initio plura diximus.

DE GENERE DEMONstratiuo.

Itaque illud superius exornatio dicitur, quod cum latum genus esse potest, saneq; uarium, unum ex eo delegimus, quod ad laudandos claros uiros suscepimus, & ad improbos uituperandos. Genus enim nullum est orationis, quod aut uberius ad dicendum, aut utilius ciuitatibus esse posit, aut in quo magis orator in cognitione uirtutum, uitiorumq;

uerſetur. Reliquum autem genus cauſſarum, aut in prouiſione poſteri temporis, aut in præteriti diſceptatione uerſatur: quorum alterum deliberationis eſt, alterum iudicij. Ex qua partitione tria genera cauſſarũ extiterunt. Vnum, quod à meliori parte laudationis eſt appellatũ, deliberationis alterũ, tertium iudiciorum. quamobrẽ de primo primùm, ſi placet, diſputemus. C. F. Mihi uerò placet. C. P. Ac laudandi, uituperandiq́ rationes quæ non ad bene dicendum ſolum, ſed etiam ad honeſtè uiuendum ualent, exponam breuiter, atque à principijs exordiar & laudandi, & uituperandi.

Quod ad laudandos claros uiros:) His uerbis duas eſſe partes demonſtratiui generis oſtendit, laudem ac uituperationem, cùm rerum, tum uel maximè perſonarum.

Genus enim nullum eſt.) Commendat hoc genus ab ornatu & dicendi copia, deinde ab utilitate & honeſtate. nihil eſt enim ad exaggerandam & amplificandam orationem accommoda-

tius,

tius, quàm aliquid augere & extenuare, laudare & uituperare cumulatißimè posse. Ac locis & *laudandi & uituperandi, sæpe nobis est utendum in omni genere caussarum, ex quo ubertas huius generis cognoscitur.* Vtilitas *autem in eo cernitur, quòd hoc genere ad uirtutem cohortari, à uitijs reuocare, uituperare improbos, laudare bonos possumus: quod ad homines meliores faciendos ualet plurimum. quod quidem cum sine uirtutum & uitiorum cognitione, satis insigniter atque aptè fieri non poßit, quàm sit non modò honestum ipsi Oratori, uerumetiam utile, perspicuum est.* Nam *huic generi omnis uirtutum & uitiorum est sylua subiecta.* Verè *igitur statim subijcit* Cicero: Laudandi *uituperandiq́; rationes non ad benedicendū solum ualere, sed etiam ad honestè uiuendum.*

Omnia enim sunt profectò laudanda, quæ coniuncta cum uirtute sunt: & quæ cum uitijs, uituperanda. Quamobrem finis alterius est honestas, alterius turpitudo.

Omnia enim sunt profectò laudāda.) Demon*stratiui generis utilitas, usus, & honestas, tum etiam parteis, & fines quidā, indicata sunt: dein-*

ceps de eius materia, fine & tractatione docetur, ut tota eius generis cōfectio absoluatur. Materia igitur laudis est, non modò uirtus ipsa, uerumetiam quæ cum uirtute coniuncta sunt. uituperationis uerò, uitia, & quæ uitiorum habēt significationem. ex quo intelligitur, laudatori finem honestatem ipsam propositam esse: turpitudinē uerò, uituperatori. Nā ille superior finis, scilicet delectatio, in auditoribus ipsis cōsideratur.

Conficitur autem ge.) Dictionē appellat, orationē: nam pro uerbo aut uoce quipiā, soli grammatici usurparunt. De tractatione iam agit, quæ bipartita est. nā in rebus primùm, deinde in uerbis consideratur. In rebus quidē, ut partibus orationis: in uerbis autem, ut sunt ornamēta. Ex partibus orationis solam ponit narrationē, cum amplificatione, facta enim & res gestas commemorare opus est, ex quibus exornatio constituitur: quæ narratio expositioq́; factorum, non perpetua in hoc genere, ut in alijs, sed in plures partes dissecta, locisq́; distincta esse debet, ut ait Aristoteles Rhet. 3.

Conficitur autem genus hoc dictionis, narrandis, exponendisq́ factis, sine ullis argumētationibus, ad animi motus leniter tractandos magis,

gis, quàm ad fidem faciendam, aut confirmandam accõmodatur. Non enim dubia firmantur, sed ea quæ certa, aut pro certis posita sunt, augentur. Quamobrem ex ijs quæ ante dicta sunt, & narrandi & augendi præcepta repetentur.

Sine ullis argumentationibus.) *Rationem ipse statim subijcit, cur nulla argumentatio ad confirmandum aut refellendum requiratur. nam quæ fide egent, ea dubia & incerta sunt: laus autẽ ac uituperatio in certis & minimè dubijs uersatur. Frustra igitur in meridie lumen accenditur.* De *certis perspicuum quidem est, cuiusmodi est uirtus, aut insignis aliqua doctrina, aut illustre aliquod factum. ea enim aduersarium nullum habent. uerùm si incerta sint quæ laudantur, aut uituperantur: etiamsi pro certis asseuerentur, ut uita Catonis, itemq; mors, tamen fidem interdum requirunt. quod non negat Aristoteles, & Cicero ipse usu confirmauit, ut in Orat. pro Pompeio, & Philippica secunda. Sed quærat aliquis, cur nihil hoc loco de exordio & peroratione præcipiat? Respondeo: Quia non de Oratoris partibus propriè agitur, sed de quæstione ipsa, cuius parteis duæ propriæ sunt, Narratio*

& motus, siue amplificatio: quæ quidem amplificatio, non prorsus est expers fidei. Motus autem lenes & suaues debent esse. idcirco quæ suprà de suaui dicendi genere dicta sunt, itemq; in narrandi & augendi præceptis repetenda erunt, & ad hunc locum comportanda.

Et quoniam in his caussis omnis ratio ferè ad uoluptatem auditoris, & ad delectationem refertur, utendũ erit his in oratione singulorum uerborum insignibus, quæ habent plurimum suauitatis: id est, ut factis uerbis, aut uetustis, aut translatis frequenter utamur, & in ipsa constructione uerborum, ut paria paribus, & similia similibus sæpe referantur: ut contraria, ut geminata, ut circum scripta numerose, non ad similitudinem uersuum, sed ad explendum aurium sensum, apto quasi quodam uerborum modo.

Et quoniam in his caussis.) Altera pars tractationis sequitur, in qua de ornamentis uerborum simplicium & coniunctorum agitur. Sed pri-

primum finem huius generis epidictici proponit, tanquam huius tractationis caussam. Vt si quis quærat, cur in hoc genere his uerborum & sententiarum insignibus utendum sit, quæ plurimum habent suauitatis? respondendum est, quoniam hoc genus quasi ad inspiciendum uoluptatis & delectationis caussa comparatum est. Quod autem hic insignia uocat ornamenta ipsa, reddit ipse rationem in oratione, quia similia illis sunt quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellantur insignia: non quòd sola ornent, sed quòd excellant. Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina, & quodammodo insignia, quas etiam conformationes, de Oratore libro tertio nominauit: quòd ex his quasi formam quandam capiat oratio. Hæc autem in singulis uerbis enumerat, facta uerba, uetusta, translata. In constructiōne uerò, seu coniunctione uerborum, paria paribus relata, & similia similibus, & contraria: deinde etiam geminata, & quæ concinnè & numerose (modò absit uersus nimis insignis) cadunt, de quibus omnibus alibi satis dictum est. Nec tamen hæc enumerauit, quòd non & alia suauitatem habeant, & ad hoc genus pertineant: sed quòd hæc præcipua sint, utpote in quibus maior suauitas & delectatio sentiatur.

Adhibendaq; frequentius etiam illa ornamenta rerum sunt, siue quæ mirabilia, nec opinata, siue significata monstris, prodigijs, oraculis: siue quæ uidebuntur ei, de quo agimus, accidisse diuina, atque fatalia. omnis enim expectatio eius qui audit, & admiratio, & improuisi exitus, habent aliquam in audiendo uoluptatem.

Adhibendaq; frequentius etiam illa ornamēta rerum.) Rerum ornamenta quæ hic uocat, dupliciter intelligi possunt. aut enim illa intelligit, quæ alioqui sententiarum dicuntur lumina: ut commoratio, illustris explanatio, et reliqua id genus: uel eas res quæ magnæ natura sunt, & mirabiles, de quibus in amplificatione uidimus. Sic enim uidētur illa uerba adiecta tanquā explicandi caussa, significare, cum ait: Siue quæ mirabilia, nec opinata, item quæ sequuntur. Nam ea omnia in rebus natura magnis cernuntur, habentq; delectationē, quemadmodū ipse in suaui genere docuit. Delectat enim (inquit) quicquid est admirabile. Et paulo antè: Fit etiā suauis oratio (inquit) cum aliquid aut inuisum, aut inauditum, aut nouum dicas. & breuiter, omnia ex quibus attētio com-

comparatur, de qua in præceptis exordiorum, ſuauitatem & uoluptatem habent. Hæc autem omnia cùm alibi, tũ maximè in oratione de Pom*peio imperatore deligendo, cumulatè & diuinitùs præſtitit hic* Orator. *Quæ autem appellauit ſimilia ſimilibus, trifariam intelligi poßunt: primum ut à contrarijs ſeparentur (nam & paria paribus, & crebra crebris, & cortraria contrarijs referuntur) ut de* Pompeio: *Nõ auaritia ab inſtituto curſu ad prædam aleamq; reuocauit, non libido ad uoluptatem, non amœnitas ad delectationem.* Deinde *cum ſimiles ſunt exitus uerborum, poſtremò ſimilia ſimilibus quoq; agnominatione referuntur: ut,* Non *modò urbem, ſed orbem etiam totum ſua ſapientià repleuit* Chri*ſtus.* Præterea *multa inopinata ſunt, quæ non mirabilia: & mirabilia, quæ non monſtroſa, ipſum etiam monſtrum à prodigio differt: manus ſex aut ſeptem digitorum, & animal biceps, monſtroſa ſunt. prodigioſa uerò, cum quid euenturũ prædicant. confunduntur tamen hæc interdum, unde* Cic. *de* Diuin. I. *Quia enim oſtendunt, portendunt, monſtrant, prædicunt: oſtenta, portenta, monſtra, prodigia dicuntur.*

Sed quoniam in tribus generibus bona, mala'ue uerſantur, exter-

 nis,

nis, corporis, & animi. prima sunt externa, quæ ducuntur à genere: quo breuiter, modiceq́ laudato: aut si erit infame, prætermisso: si humile, uel præterito, uel ad augendam eius, quem laudas, gloriam tacto: deinceps, si res patiatur, de fortunis erit, & facultatibus dicendum: postea de corporis bonis, in quibus quidem, quæ uirtutem maximè significat, facillimè forma laudatur.

Sed quoniam in tribus generibus bona mala'ue uersantur.) Reuertitur ad laudationum materiam, mox etiam de tractatione & collocatione agit. est autem materia, quemadmodum in uerisimilibus diximus (ex eodem enim loco hæc emenda sunt) triplex: Rerum externarum, corporis, & animi: quæ quidem bona, mala'ue, prospera aut aduersa dicuntur.

Prima sunt externa.) Collocationem ordinem'ue in ea triplici materia tractanda statuit, ac primum locum rebus externis assignat. & prima intelligi debent, non dignitate, sed cognitione. Sunt enim prima, quæ sese nobis offerunt cognoscenda. Sed quærat aliquis, si uirtus una est,

quæ

quæ est per se ipsa laudabilis, & sine qua nil laudari potest: cur hic rerũ externarũ & corporis laudis materiã ponit? Respõdeo, quẽadmodũ antea dictũ est, nõ solũ uirtutẽ ipsam per se, uerùm quæ cõiũcta cũ uirtute sunt, esse laudãda: ut quæ cum uitijs, uituperanda. In usu enim rerũ externarum, uel uirtus, uel uiciũ elucescit maximè. In his igitur genus, & quæ à genere ducũtur, sumẽda sunt: quod quidẽ triplicẽ habet consideratio-nem. Aut enim genus est clarũ, uirtute maiorũ: aut infame uitijs, atq; aliqua turpitudine uitæ: aut humile & obscurũ, non tamen aliqua macula cõtaminatũ. Si clarũ fuerit, breuiter & modicè laudandũ est. nã nõ industria & cõsilio cõparatur, sed fortuitò adnascitur. Deinde etiã, quia claritudo illa & nobilitas, nõ nostra, sed aliorũ uirtute parta est. Sin infame & turpe fuerit, omnino prætermittendũ: nisi uituperare quempiã uolueris. tũc etiã modicè ijsdem de caussis uituperandum est. In laude enim ea sunt uitãda, quæ aliquã turpitudinis nebulã possunt obtẽdere. Si postremò fuerit humile atq; ignobile, duplex erit consultatio. Aut enim ad augendam eius, quem laudandum susceperis, gloriam ualet, tunc leuiter tangendum est. ut cum Cicero dicit: Sua uirtute se maioribus præluxisse suis. Aut si ad laudem augendam nihil cõferre uideatur, non secus

quàm

quàm infamè prætereundum. A genere ad ipsas facultates, opes, copias, est ueniendum. At hæ sunt generis, de quo dictum est. deinde pecuniæ, propinquorum, amicorum, opum: sed hoc intelligitur esse faciendum, si res patitur: id est, si laudabiles adsint facultates. Postea de corporis bonis, cuiusmodi sunt ualetudo, forma, uires, ingenium: in quibus quidē quæ uirtutem maximè significat, rectißimè forma laudatur. Nam ut inquit ille,

Gratior est pulchro ueniens in corpore uirtus.

Quin & Physici ipsi mirantur, si in præstanti forma & specie, animus uitiosus inhabitet, aut in turpi & deformi bonus: quanquam de Galba dictum sit, Malè Galbæ animam habitare, quod in turpi corpore bonus latêret animus. Contráq; de Thersite Homerico, qui intus & extra totus turpis erat. Nerò autem scelestus, & formosus. sed hæc monstra sunt potius, quàm homines. Aristoteles certè formam non in postrema parte fœlicitatis ponit.

Deinde est ad facta ueniendum, quorum collocatio triplex est. aut enim temporum seruandus est ordo, aut in primis recentißimum quodque dicendum, aut multa & uaria

ria facta in propria uirtutum genera sunt dirigenda.

Deinde est ad facta ueniendum.) In factis & reb. gestis maximè uirtus hominis enitet ac splēdet: idcirco postrema collocantur. sic enim solēt oratores: quæ maximè nos retinere ac meminisse uolunt, ea postrema dicunt. Nam recentissimum quodque maximè meminimus. Triplicem autem factorum collocationem tradit. Aut enim sequimur ordinem temporis, ut qua quicq; ætate gestum factumue sit exponamus: quod facit Cicero in Antonij uituperatione, Philippica secunda. Aut contrario ordine, quasi retexentes à nouissimis incipiamus: & in antiquissima & prima desinamus, cuius rei exemplum nullū extat quod sciam: extitit tamen Ciceronis ipsius de Romanorum factis & gestis opus, teste Fusio Caleno, in oratione quam habuit pro Antonio, contra Ciceronem, quæ ad nostras Philippicas ex Dione adiecta est: quod tamen exemplum Calenus ille artis ignarus, ad uituperationem adducit. Sit igitur ille prior ordo componendi, & naturalis: alter uerò resoluēdi, artis magis quàm naturæ. Superest tertius ille ordo præstātissimus, ut uaria & diuersa facta in certa et propria uirtutū genera digeramus, & distribuamus. Quod fecit Cicero in Pōpeio laudādo, ut exempli caussa: Si quis

bonis

bonis fortunæ & corporis præditus fuerit, bene ijs usum: si nō habuerit, sapienter caruisse: si amiserit, moderatè tulisse. deinde, quid sapienter is quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter, quid iustè, quid magnificè, quid piè, quid gratè, quid humaniter, quid denique cum aliqua uirtute aut fecerit, aut tulerit: hæc & quæ sint eius generis, facilè uidebit, qui uolet laudare quempiam, & qui uituperare contraria. Quæ quidem à Cicerone lib. 2. de Orat. extremo penè, liberaliter explicantur: qui locus diligenter erit eloquentiæ studioso perdiscendus.

VIRTVTVM ET VITIORUM *distributio.*

Sed hic locus uirtutum atq; uitiorum, latißimè patens: ex multis & uarijs disputationibus, nunc in quandam angustam & breuem cōcludetur.

❡ *Sed hic locus uirtutum atq; uitiorum.) Ad laudis & uituperationis materiem redierat, & eius tractationem subijcerat: mentionemq; fecerat uirtutis, quæ laudis maxima materia est, quemadmodum uitia uituperationis. Iam uirtutum partitionem aggreditur, quarū genera tāquā in tabella descripta proponit. Et rectè quidem*

dem dicit, locũ hunc latißimè patêre. Nã tertiã philosophiæ partem, quæ à Græcis ἠθικὴ, à nobis Moralis appellari potest, cõplectitur: in qua præclara philosophorum ingenia, à Socrate primùm desudarunt, & eam uarijs copiosisq; disputationibus explicarunt. Sed noster Cicero, qui & ipse uarijs in libris, præsertim uerò de Officijs, oratorio more copiosè tractauit: nunc quasi honorarius arbiter, eam in hæc pauca, in quæ intueatur orator, capita conclusit.

Est igitur uis uirtutis duplex: aut enim scientia cernitur uirtus, aut actione. Nam quæ prudẽtia, quæ calliditas, quæq; grauissimo nomine sapientia appellatur, hæc sciẽtia pollet una. quæ uerò moderandis cupiditatibus, regendisq; animi motib. laudatur, eius est munus in agendo, cui temperantiæ nomen est. Atq; illa prudentia in suis reb. domestica, in publicis ciuilis appellari solet. Tẽperãtia aũt in suas itidẽ res, & in cõmunes distributa est, duobusq; modis in rebus cõmodis discernitur: & ea quæ absunt, non expetendo: & ab

ab ijs quæ in potestate sunt abstinendo. In rebus autem incommodis est itidem duplex. nam quæ uenientibus malis obstat fortitudo, quæ quod iam adest, tolerat, & perfert, patientia nominatur. Quæ autem hæc uno genere complectitur, magnitudo animi dicitur: cuius est liberalitas in usu pecuniæ, simulq; altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniurijs, & omne quod est eius generis, graue, insedatum, & turbulentum. In commune autem quæ posita pars est, iusticia dicitur: eaq; erga deos religio, erga parentes pietas, uulgò autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolētia nominatur. Atq; hæ quidem uirtutes cernuntur in agendo.

Est igitur uis uirtutis duplex.) Discedit aliquo modo à consuetudine loquendi philosophorum, cum uim uirtutis duplicem esse dicit (*nam illi, non uirtutis, sed animi dicerent*) aliam intelligendi,

ligendi, aliam uerò appetendi. & in priore scientiam: in posteriore, in qua uoluntas inest, actionum domina ac regina, uim agendi collocarent. Sed Cicero quæstiones propositas respexit, & ad eas uirtutis partitionem proximè accommodauit. Est autem uirtus, animi habitus, naturæ modo rationi consentaneus: quæ tametsi à scientia differt (scientia enim cognitione contēta est, uirtus uerò actione cernitur) tamen scientiam Cicero uirtuti tanquam animi cuiusdam facultati siue affectioni subiectam, singulariter implicuit.

Nam quæ prudentia.) Prudentia est rerū bonarum & malarum scientia. Scientia autem, siue intelligentia est, per quam ea perspicimus, quæ sunt necessaria: uel est opinio, de eo quod scientia continetur. Calliditas est scientia, occultè subiens, cum aliqua honesta atque utili dissimulatione. Est etiam alia calliditas uitiosa, de qua postea. Sapientia, est rerum diuinarum & humanarum scientia. Ad prudentiam pertinet domestica disciplina, & ciuilis, quæ Politica nominatur. Sub calliditate continentur uafrè dicta, & callidè facta, quæ Stratagemata in re militari dicuntur. Sapientiæ autem, Theologia, & humanæ artes: cuiusmodi sunt, Dialectica, Rhetorica, Geometria. Temperantia est, rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus

ab ijs quæ in poteſtate ſunt abſtinendo. In rebus autem incommodis eſt itidem duplex. nam quæ uenientibus malis obſtat fortitudo, quæ quod iam adeſt, tolerat, & perfert, patientia nominatur. Quæ autem hæc uno genere complectitur, magnitudo animi dicitur: cuius eſt liberalitas in uſu pecuniæ, ſimulq; altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniurijs, & omne quod eſt eius generis, graue, inſedatum, & turbulentum. In commune autem quæ poſita pars eſt, iuſticia dicitur: eaq; erga deos religio, erga parentes pietas, uulgò autem bonitas, creditis in rebus fides, in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolētia nominatur. Atq; hæ quidem uirtutes cernuntur in agendo.

Eſt igitur uis uirtutis duplex.) Diſcedit aliquo modo à conſuetudine loquendi philoſophorum, cum uim uirtutis duplicem eſſe dicit (nam illi, non uirtutis, ſed animi dicerent) aliam intel-

ligendi,

ligendi, aliam uerò appetendi. & in priore scientiam: in posteriore, in qua uoluntas inest, actionum domina ac regina, uim agendi collocarent. Sed Cicero quæstiones propositas respexit, & ad eas uirtutis partitionem proximè accommodauit. Est autem uirtus, animi habitus, naturæ modo rationi consentaneus: quæ tametsi à scientia differt (scientia enim cognitione contēta est, uirtus uerò actione cernitur) tamen scientiam Cicero uirtuti tanquam animi cuiusdam facultati siue affectioni subiectam, singulariter implicuit.

Nam quæ prudentia.) Prudentia est rerū bonarum & malarum scientia. Scientia autem, siue intelligentia est, per quam ea perspicimus, quæ sunt necessaria: uel est opinio, de eo quod scientia continetur. Calliditas est scientia, occultè subiens, cum aliqua honesta atque utili dissimulatione. Est etiam alia calliditas uitiosa, de qua postea. Sapientia, est rerum diuinarum & humanarum scientia. Ad prudentiam pertinet domestica disciplina, & ciuilis, quæ Politica nominatur. Sub calliditate continentur uafrè dicta, & callidè facta, quæ Stratagemata in re militari dicuntur. Sapientiæ autem, Theologia, & humanæ artes: cuiusmodi sunt, Dialectica, Rhetorica, Geometria. Temperantia est, rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus

u ani-

animi firma & moderata dominatio: ea actione & uoluntate continetur. Voluntas est boni cupiditas, siue appetitio. Temperantia, frugalitas quoque & moderatio nominatur. hæc duas habet partes: animi magnitudinem, quæ μεγαλοψυχία dicitur, & iusticiam. Illa in suis rebus, hæc in communibus cernitur. Sub animi magnitudinem subijciuntur hæc: Continentia, quæ ἐγκράτεια: abstinentia, quæ ἀπόσχεσις: liberalitas & altitudo animi, quam εὐψυχίαν Græci *uocant. Animi magnitudo, est rerum magnarum & excelsarum, cum animi ampla quadam & splendida propositione, agitatio, atq; administratio, Continentia, est animi magnitudo, in ijs quæ absunt non expetendis: uel, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Abstinentia, est magnitudo animi, ab ijs quæ in potestate sunt, abstinere suadens: quemadmodum dixit eleganter* Helena *Ouidiana,*

Virtus est placitis abstinuisse bonis.

Continentia & abstinentia interdum idem sunt, quemadmodum apud Aristotelē in Ethicis, *qui ait, continentiam impotentiæ contrariam esse: neq; unam aliquam separatam uirtutem, sed per omnes uirtutes fusam. Interdum uerò continentia in pecunijs cernitur, abstinentia in uoluptatibus. Sed hic Cicero eas tempore inter se distin-*

stin-

stinguit, siue loco: ut continentia sit absentium rerum, abstinentia præsentium. Sequitur liberalitas, quæ, ut Plato ait, in quærendis erogandisq; pecunijs decorum seruat: uel, ut Aristoteles, in dandis accipiendis'que pecunijs mediocritas, liberalitas dicitur. Altitudo animi, est affectio in capiendis incommodis, & maximè iniurijs, siue imminentibus, siue præsentibus. Verùm quæ uenientibus aut imminentibus malis obstat, fortitudo dicitur: quæ uerò præsentia tolerat, & perfert, patientia siue tolerantia. Definiunt autem fortitudinem, quam ἀνδρείαν uocant Græci, consideratam periculorum susceptionem, & laborum perpeßionem, propter honestatem. Patientiam uerò, honestatis aut utilitatis caussa rerum arduarum ac difficilium, uoluntariam ac diuturnam perpeßionem. Alteram temperantiæ partem, iusticiā appellauimus. ea definitur, habitus animi, communi utilitate conseruata, suam cuiq; tribuens dignitatem. Hæc habet sex partes, Religionem, quæ θρησκεία: pietatem, quæ εὐσέβεια: bonitatem, quæ χρηστότης Græcè dicitur: & fidem, & lenitatem, & amicitiam. Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam uocant, debitam & propriam curam, cærimoniamq; affert. Pietas, per quā sanguine coniunctis, patriæq; beneuolis offi-

cium & diligens tribuitur cultus. Bonitas, affectio quædam animi est, quæ sunt optima eligendi, & legibus omnibus libenter obtemperandi. Fides, est dictorum factorumq; constantia & ueritas. Lenitas, in animaduertendo & puniendo moderatio: hanc Aristoteles ἐπιείκειαν, καὶ πρᾳότητα uocat: nos communi nomine æquitatem & lenitatem, & cum Cicerone etiam lenitudinem appellamus. Amicitia uoluntas erga aliquem, uel aliquos, rerum bonarum, illorum ipsorum caussa quos diligimus, cum pari uoluntate.

Sunt autem aliæ quasi ministræ.) Sapientiæ explicat parteis: eas´que facit, Grammaticam, Dialecticam, Rhetoricam, Arithmeticam, Musicam, Geometriam, Astronomiam: & quæ paulum ab ijs deflectunt, ut sunt, ars equestris, uenatio, & ars militaris. Cur autem eæ ministræ, comitesq; sapientiæ dicantur, docet Aristoteles Top. 1. qui cum duo genera quæstionum fecisset, actionis & cognitionis, tertium quæstionis genus addidit, adiumentum afferens reliquis duobus. Multa enim sunt (inquit) quæ per se ad cognoscendum nos non mouent, nisi aliorum caussa, ut per ea alia discamus. Ministræ igitur sunt, id est organa & instrumenta sapientiæ & ueritatis inuestigandæ: Dialectica præsertim, ac

Rhe-

Rhetorica. comites uerò, quoniam ſapientia antecedit: & potior cura rerum eſſe debet, deinde orationis & ſermonis. Et hic eſt ordo naturæ. Verùm in docendo, prior cura eſt orationis, deinde rerum. Rationem reddit Ariſtoteles in Ethicis, quoniam adoleſcentes per ætatem & cupiditates nondum idonei ſunt diſcipuli ſapientiæ. Interea tamen comitibus iſtis ſeſe adiungunt, & bonis artibus quaſi præcoluntur, ut idonei reddantur ad ſapientiæ commercium.

Virtus omnis cernitur aut
- *Cognitione, uel sciētia, sub qua est*
  - *Prudētia* { *Domestica* / *Ciuilis.*
  - *Calliditas* { *Vafrè dicta* / *Stratagemata.*
  - *Sapiētia rerum* { *Diuinarū* / *Humanarum.*
    - { *Grāmatica* / *Dialectica* / *Rhetorica* / *Geometria* / *Arithmetica* / *Musica* / *Astronomia* / *Venatio* / *Equestris res* / *Ars militaris.*
- *Actione, cuius est temperantia seu frugalitas, seu moderatio, sub qua*
  - *Animi magnitudo in suis rebus, cuius est*
    - *Continētia*
    - *Abstinentia*
    - *Liberalitas*
    - *Altitudo animi.* — { *Fortitudo* / *Patientia.*
  - *Iustitia, in rebus cōmunibus: aut* { *Religione* / *Pietate* / *Bonitate* / *Fide* / *Lenitate* / *Amicitia.*

} *Custos omniū uerecūdia.*

DE ARTIBVS LIBERALIBVS.

Sunt autē aliæ quasi ministrę, comitesq́ sapiētiæ: quarum altera, quæ sint in disputando uera atq́ falsa, quibusq́ positis, quid sequatr̃, distinguit, & iudicat, quæ uirtus omnis in ratione, scientiaq́ disputādi sita est. altera autem oratoria. nihil enim est aliud eloquentia,

tia, nisi copiose loquens sapientia, quæ ex eodem hausta genere, quo illa, quæ in disputando, uberior est; atq; latior, & ad motus animorum, uulgiq; sensus accommodatior.

Sunt & aliæ.) Quæ sint in disputando uera atq; falsa.) Dialecticã à Rhetorica *distinguit: & dialecticã appellat disputandi scientiã,* Rhetori*cam uerò, copiose loquẽdi sapientiã. Posset autẽ aliquis mirari, quòd prius comites sapientiæ appellarit, nunc uerò sapientiã Oratoriam rationem appellet. Sed sciat, idcirco id fieri, quoniam species nomen generis retinet.* Deinde *respicit Stoicorũ sententiã, qui hasce artes atq; adeò ipsam eloquentiã & uirtutẽ et sapientiã esse uoluerũt, nimirũ ex reb. ipsis, nõ ex oratione sola eloquẽtiã æstimãtes: qua de re copiose disputat* Cic. de Orat. lib. 3. *Nã ut idẽ in* Oratore *dicit:* Eloquẽ*tiæ, sicut reliquarũ rerũ, fundamẽtũ sapiẽtia est.*

Quæ ex eodẽ hausta genere.) Dicit *eloquentiam sub eodẽ genere cõtineri, quo disputãdi rationem. id quod in* Oratore *præclarè ostẽdit his uerbis:* E*sse igitur perfectè eloquentis puto, non eam solũ facultatẽ habere, quæ sit eius propria, fuse lateq; dicendi: sed etiã uicinã eius atq; finitimam* Dialecticorũ *scientiã assumere. quanquam aliud uidetur oratio esse, aliud disputatio: neç*

 idem

idem loqui esse, quod dicere: attamen utrunq; in differendo est, ut disputandi ratio & loquendi Dialecticorum sit, Oratorũ autem dicẽdi & ornandi. quibus uerbis differere genus facit, ad disputandum & dicendum, loquendum & ornandum. Ergo Dialectica genus est rationis disputandi & dicendi.

Vberior est, atq; latior.) Aliud discrimen inter Dialecticã & Rhetoricam: hæc uberior & latior est, illa angustior & breuior: illa uera atque falsa distinguit, quid ex quaque re posita sequatur indicat: hæc ad motus animorum uulgiq; sensus, id est, ad persuadendum, omnia trahit & accommodat. Atq; etiã Aristoteles principio artis Rhetoricæ dicit, illam artem quasi ex altera parte respõdere Dialecticæ. ut hoc uidelicet differant inter se, quod hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Ac post Aristotelẽ Zeno, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nã cum cõpreßisset digitos, pugnumq; fecerat, Dialecticam aiebat eiusmodi esse: cum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat.

Custos uerò uirtutum omnium, dedecus fugiẽs, laudemq́ maximè, consequens uerecundia est,

Cu-

Custos uerò uirtutum.) Verecundiam custodem omnium uirtutum appellat. Puto tamen illum, decorū uerecundiæ nomine intelligere. Nā & de Offic. lib.1. Iusticiæ (inquit) partes sunt, non uiolare homines: Verecundiæ, non offendere. in quo maximè perspicitur uis decori, quod quidem in hunc modum eodem loco uidetur definire, ut decorum illud esse dicamus, quod elucet in uita, mouetq; approbationem eorum quibus cum uiuitur, ordine & constantia & moderatione dictorum omnium atq; factorum. & ut uenustas & pulchritudo corporis secerni non potest à ualetudine: sic hoc de quo loquimur decorum, totum quidem illud est cum uirtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. Ex his uerbis apparet, non esse unam aliquam separatam uirtutem uerecundiam, sed cum reliquis omnibus uirtutibus coniunctam, quæ etiam pudoris & modestiæ nomine appellatur, sicq; definitur de Inuentione lib.2. Modestia est, per quam pudor honestus claram & stabilem comparat autoritatem. Pudor autē, est metus quidam dedecoris & infamiæ. Aristoteles Ethicorum 4. Quæ definitiones singulæ bene cū hoc Ciceronis loco quadrāt. Græcè autem κοσμότης hæc uirtus appellari potest, itemq; πρέπον, quod propriè nobis decorum dicitur.

Atque hi ſunt quidem ferè quaſi quidam habitus animi ſic affecti & conſtituti, ut ſint ſinguli inter ſe proprio uirtutis genere diſtincti, à quibus, ut quæq; res geſta eſt, ita ſit honeſta neceſſe eſt, ſummè que laudabilis.

Atq; hi ſunt quidem.) Concludit, uirtutes omnes, quas enumerauit, habitus eſſe animi. Eſt autem habitus animi aut corporis, conſtans & abſoluta aliqua in re perfectio: ut uirtutis aut artis perceptio alicuius, aut cuiuſuis ſcientiæ, itemq; corporis aliqua commoditas, non natura data, ſed ſtudio & induſtria comparata. Sic enim de habitu Ariſtoteles & Cicero ſentiunt. Quod autem dicit, Ferè, ſignificat ſe non ſubtiliter, ſed pingui Minerua, uirtutes deſcripſiſſe. & quod dicit, Quaſi quidam habitus, non negat habitus eſſe: ſed illud uult, eas uirtutes laudandas eſſe, etiāſi non perfectæ in aliquo ſint, ſed uirtutum imagines tantum.

Sic affecti & conſtituti.) Quod inepti dicunt, diſpoſiti. Intelligit autem hos habitus ſic eſſe comparatos, ut proprietate quadam inter ſe diſtinguantur, & communitate coniungantur. Nam alia eſt prudentiæ, alia iuſtitiæ, itemq; aliarum

rum proprietas & quasi subiecta materies, ut ex singularum definitionibus cognosci potest. Illud tamen commune omnes habent tanquam uinculum, quòd honestate continentur: ex quo sequitur, etiam laudabiles esse. Nam honestum, quod Græci καλὸν dicũt, id est, quod cum per se sit expetendum, est etiam laudabile, ut Aristoteles & Cicero definiuerunt. Sunt igitur quatuor, quæ in singulis uirtutib. inueniũtur, quòd sunt habitus: quòd proprietate distinguũtur, quòd honestæ sint, quòd laudabiles, & expetendæ.

Sunt autem alij quidam perfecti animi habitus ad uirtutẽ, quasi præculti & præparati rectis studijs, & artibus: ut in suis rebus, studia literarum, ut numerorum ac sonorum, ut mensuræ, ut siderum, ut equorum, ut uenandi, ut armorum: in communibus, propensiora studia in aliquo genere uirtutis colendo, aut diuinis rebus deseruiendo, aut parentibus, amicis, hospitibus præcipuè atq; insigniter diligendis. Atq; hæc quidem uirtutum, uitiorum autem sunt genera contraria.

Sunt autem alij.) *Alios dicit habitus esse artium, alios uirtutum: & hi habitus quos hic enumerat, ad sapientiam & prudentiam referendi sunt. Enumerat autem breuiter hic Cicero reliquas liberales artes, quoniam dialecticæ tantum & Rhetoricæ mentionem fecerat, in ministris comitibusq; sapientiæ: utiturq; ratione ea diuidēdi, qua usus est suprà: ut hi habitus partim sint in suis rebus, alij in communibus. In suis rebus, sunt studia literarum, id est Grammaticæ: nam ferè Cicero literarum nomine Grammaticā intelligit. item numerorum, hoc est Arithmeticæ: sonorum, id est Musicæ: mensuræ, id est Geometriæ: siderū, id est Astronomiæ, siue astrologiæ: equorum, id est equitandi: uenandi, quæ complectitur omnia uenationum & aucupiorum genera: armorum, id est rei militaris, & tractandorū armorum scientia. Ex subiectis enim rebus singularum, artes ipsas significauit.*

Perfecti animi habitus.) *Intelligit non tam perfectos habitus, quàm animorum perfectorū. Nam in quib. hæ sunt arteis, perfecti animi sunt, & doctrinis absoluti.*

Ad uirtutem.) *Quibus uirtus ipsa ornatur. Exornatur enim & splendescit artium cognitione uirtus. atq; etiā illis artib. præculti & præparati animi, faciliorem ad uirtutē inueniūt uiā.*

In

In communibus propensiora studia.) Hæc *sunt, quæ diximus in commune conferri: utpote iusticiæ officia & munera, quæ omnia ad alios referuntur: ut religio ad Deum, & ad res diuinas publicè tractandas: Pietas ad parentes, & amicos amandos & colendos: hospitalitas, ad hospites accipiendos, humaniterq; tractandos.* Ergo *prout quisq; erit aliquo genere uirtutis aut artis ornatus, ita ex eo laudandus erit: & contrà, ex proprijs uitijs uituperādus. Nam enumeratis uirtutibus, uitiorum genera contraria intelligenda sunt. Quomodo autem hæc singula sint tractanda, præclarè docet Cicero, secundo de Oratore libro, in demonstratiui generis doctrina.*

DE VITIIS, VIRTVTI- *bus oppositis.*

Cernenda autem sunt diligenter, ne fallant ea nos uitia, quæ uirtutem uidentur imitari.

Cernenda autem sunt diligenter, ne fallant.) *Virtus inter duo extrema mediocritas est, extrema omnia uiciosa. Verùm alterum apertè uicium est, facileq; cernitur: ut cum imprudentia prudentiæ, stultitia sapientiæ, temperantiæ intemperantia, fortitudini ignauia, liberalitati auaricia, iusticiæ iniusticia, pietati impietas, malicia bonitati,*

bonitati, fidei perfidia, crudelitas lenitati, inimicitiæ amicitia, itemq; arti inscitia, & uirtuti uitiositas contrario nomine opponitur. Verùm quædam uitia sunt, quæ propinqua & finitima uirtutibus esse uidentur: absunt autem quàm longißimè, quemadmodum rectè Horatius *de uitijs ait, quæ nos fallāt specie uirtutis & umbra. Nam ut inquit* Ouidius,

Et mala sunt uicina bonis, errore sub illo
Pro uitio uirtus crimina sæpe tulit.

De his etiam Cato apud Salluſtium in coniuratione Catilinæ. Iampridem equidem (inquit) nos uera rerum uocabula amisimus: quia bona aliena largiri, liberalitas: malarum rerum audacia, fortitudo uocatur. Sic unicuiq; uirtuti finitimum uitium reperietur, aut certo iam nomine appellatum, ut audacia, quæ fidentiæ: pertinacia, quæ perseuerantiæ finitima est: aut sine ullo certo nomine, quæ omnia, item uti contraria rerum bonarum, in rebus uitandis reponemus.

Nam & prudentiam malitia, & temperantiā immanitas in uoluptatibus aspernandis, & magnitudinē animi superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnēdis honoribus, & liberalitatem effusio, & for-

& fortitudinẽ audacia imitatur, & patientiã duritia immanis, & iustitiam acerbitas, & religionem superstitio, & lenitatem mollitia animi, & uerecundiam timiditas, & illam disputandi prudentiã concertatio, captatioq; uerborum, & hanc oratoriam uim inanis quædam profluentia loquendi.

Nam & prudentiã malitia.) Præclarè hic Cicero, quæ quamque uirtutem uidentur imitari, uitia enumerat: in quibus enumerandis ordinem suprapositum, & descriptionem uirtutum sequitur. Quod autem hic opponit prudentiæ maliciam, nimiam intelligit calliditatem: quoniam calliditatem ipsam suprà in bonis numerauit. Hoc autem præclarum est, quòd ferè nobis singula uitia ita breuiter describit, & tanquã definit. uelut cũ dicit, esse in uoluptatibus aspernãdis nimium studium: & superbiam, in animis extollendis affectionem: & despicientiam, in contemnendis honoribus, abiectionem quandam animi: & effusionem, opum pecuniarumq; immoderatum sumptum: & audaciã, fortitudinis exuperantiam: & duriciam, inanem & efferatam patientiam: & acerbitatem, ius quoddã summum,

&

& nimiam seueritatem: & superstitionem, religionis peruersum usum: & molliciem animi, nimiam lenitatem: & timiditatem, nimiam uerecundiam: & sophisticam concertationem, captationemq́; uerborum, & falsam eloquentiam, inanem profluentiam loquendi.

Studijs autem bonis similia uidentur ea, quę sunt in eodem genere nimia. Quamobrem omnis uis laudandi, uituperandiq́ꝫ, ex his sumetur uirtutum uitiorum'que partibus.

Studijs autem bonis.) Studia bona, bonarum artium sunt: sed in his etiam uitium est quoddam, quod specie uirtutis potest fallere. Id autem est (ut Cicero de Offic. lib. 1.) cũ quis nimis magnum studium, multamq́; operam in res obscuras atq; difficiles confert, easdemq́; non necessarias. Sed hic dicat aliquis, ad quid conducit hæc uitiorum, quæ uirtutis specie sese uenditat, cognitio? Respondeo: Ad duo: primum, ne illorum ignoratione in errorem inducamur: deinde contra aduersarium, sua uitia uirtutum colore fucantem, aut nostras uirtutes uitiorum nominibus obruentem.

Quamobrem omnis uis laudandi.) Loci laudationum

dationum & uituperationum duplices sunt: alij communes, cuiusmodi sunt Dialectici *ac* Rhetorici *illi ampliores, tanquam genera reliquorum: alij sunt proprij* Ethices, *aut singularum artium. primũ igitur & præcipuũ locum ijs dat, qui proprij sunt: ut uirtutes & uitia, artes & inertiæ.*

Sed in toto quasi contextu orationis hæc erunt illustrãda maximè, quemadmodum quisq; generatus, quemadmodum educatus, quẽadmodum institutus, moratusq; fuerit. & si quid cui magnũ, aut incredibile acciderit, maximeq; si id diuinitùs accidisse potuerit uideri, tum quod quisque senserit, dixerit, gesserit, ad ea quæ proposita sunt uirtutum genera accommodabuntur, ex illisq; ijsdem inueniendi locis caussæ rerũ, & euentus, & consequentia requirentur. neque uerò mors eorũ, quorũ uita laudabitur, silentio præteriri debebit: si modò quid erit animaduertendum, aut in ipso genere mortis, aut in ijs rebus quę post mortem erunt consecutæ.

Sed in toto quasi contextu orationis.) Hactenus generalia tradidit, & quae in infinita quaestione continentur: nunc autem, quomodo ex illis generibus & rebus uniuersis ad personas traducendi & tractandi sint, docet: quod caussae est, & definitae quaestionis. Ex quo perspicuum est, duo genera sententiarũ ab Oratoribus in hoc genere esse tractãda: unũ generale, de uirtutibus & uitijs ipsis, sine ullo personarũ complexu: alterum, tẽporibus & personis definitum. Vt cum de uirtutibus Pompeij, & uitijs Catilinae dicunt, quae duo duabus ratiocinationis propositionibus respondent, maiori & minori. Exempli caussa; si quis dicat, Laudabile semper fuit pro patria mori: laudãdus igitur Sulpitius, qui pro patria in legatione mortuus est. Prior ad thesin, posterior ad hypothesin pertinet. Sed uideamus duo illa uerba. Contextum orationis uocat, quod alibi filum appellauit, sumpta translatione a telis, quae filis cõtexuntur. Quod autẽ illustrãda esse praecipit, illustri genere dicendi tractãda & exornãda esse intelligimus, quo de genere dictum est suprà.

Quemadmodum quisque generatus.) Iam locos personarum enumerat, quae attributa uocantur. facit autem locos octo: ortum, educationem seu uictum, institutionem seu mores, casus, opinionem, orationem, facta & dicta, mortem. quibus

quibus adduntur loci dialectici tres: caussæ, euentus siue effecta, & consequentia. in quibus antecedentia quoq; intelliguntur: non quòd non & alijs uti poßimus, sed quòd hi sint præcipui, & tales qui omitti non debeant. In ortu consideranda sunt, patria, parentes, tempus, & nascendi modus: in educatione, pueritiæ & adolescentiæ mores: in institutione, quos magistros artium, quos uiuendi præceptores habuerit, quibus amicis usus sit. In casibus illud uidendum erit, si quid diuinitùs ei acciderit, aut accidere potuerit. nam leues casus, & minutarum rerum, omittendi sunt. In opinione, quæ fuerint eius studia, quæ'ue consilia, siue de rebus diuinis, siue naturalibus & humanis. Ex oratione autem, quæ mentis & opinionum interpres est, maximè homines aut laudantur, aut uituperantur. idcirco dicebat Socrates: Loquere, ut te uideam. ex oratione enim arbitrabatur se, qualis quisq; esset, posse cognoscere. In factis autem, & rebus gestis, maxima materia laudis, aut uituperationis eluceßit. In morte postremò duo uidenda sunt, genus nimirum mortis ipsum, tum quæ post mortem alicui euenerunt. Cuius rei exempla suppeditabit Philippica 14: itemq; Antonij in Cæsaris funere laudatio, quam ex Dione ad Philippicas nostras adiecimus.

DE GENERE DELI-
beratiuo.

C.F. Accepi ista, didiciq; breuiter, non solum quemadmodum laudarẽ alterum, sed etiam quemadmodum eniterer, ut possem ipse iure laudari. Videamus igitur deinceps in sentẽtia dicenda, quam uiam, & quæ pręcepta teneamus.

C. F. *Accepi ista, didiciq; breuiter.*) *Docilis adolescẽs, fructum quẽ ex hac laudis præceptione percepit, fatetur: nimirũ se didicisse non modò qua ratione alterum laudare, sed etiam, quid faciens ipse meritò laudari posset. Qui cum hæc diceret, respexit ad illa quæ à patre initio huius generis audiuit, laudãdi ac uituperandi rationes nõ ad benedicendum solum, sed etiam ad honestè uiuendum ualere. Petit igitur, ut de secũdo genere caussarum uiam & præcepta tradat.*

C. P. Est igitur in deliberando finis utilitas, ad quem omnia referuntur in consilio dãdo, sententiaq; dicenda, ut illa prima sint suasori, aut dissuasori uidenda: quid aut posit fieri, aut non posit: & quid aut ne-

cesse

cesse sit, aut nō necesse. Nam si quid effici nō potest, deliberatio tollitur, quamuis utile sit.

C. P. *Est igitur in deliberando finis utilitas.) Est hæc deliberationis partitio & doctrina tota Aristotelis. Nam primum de huius generis fine sic ait* Rhet. 1. *In deliberando finis est, utilitas & detrimentum. Qui enim suadet aliquid, illud tanquam melius suadet: & qui dissuadet, tanquā deterius dissuadet. Alia uerò omnia huc referuntur: ut si quid iustum aut iniustum, honestum aut turpe dicatur. Idem tamen Aristoteles* Eth. 2. *cap. 3. deliberantibus tria proponit:* Honestum, *utile, iucundū. Tria itē contraria, quæ homines declinare solent: turpe, non utile, molestum. Sed paulo pòst hæc tria ad duo reuocat. Etenim (inquit) quicquid honestum, quicquid utile, id omne iucundum. Cicero uerò, etsi unam utilitatem hic nominat, non tamen reijcere honestatem putandus est. nam eam intelligit, quæ in discernendis bonis malisq́; uersatur, ut pòst dicet, Sed utilitatem unam proponit, quoniam ad eam (ut paulo antè ex Aristotele ostendi) alia omnia referuntur. Nam & iustum & honestum, ita uulgo expeti solent, si utilia & bona uideantur: alioqui uetantur & respuuntur. Per hanc litem generibus auditorū di-*

 stinctis,

stinctis, infrà componit hic noster Orator.

Quid aut poßit fieri, aut non poßit.) Locos deliberationis enumerat. Sunt autem summatim hi: Fieri posse, fieri non posse, facile, difficile, necesse, nō necesse, magnum, paruum. Sed facile, respondet ei quod fieri potest: & difficile, ei quod fieri nō potest: Magnum, ei quod necessarium est. Paruum, ei quod non est neceßariū. Nam ea utilitas, quæ nimis magna cum difficultate haberi potest, omitti: & quæ parua est, contemni solet. Facilē autem & magnā omnes adipisci cōtendunt. Sūt igitur deliberationis loci ueri & aperti tres, ut finem pro loco ponamus: utile, neceßarium, facile: atq; hi in suadendo. In dißuasione uerò, nō utile, non neceßarium, non facile.

Et si quid necesse est (necesse autem id est, sine quo salui, liberi'ue esse nō posſumus) id est reliquis & honestatibus in ciuili ratione, & commodis anteponendum. Cum autem quæritur, quid fieri posſit, uidēdum etiam est, quàm facile posſit. Nā quę perdifficilia sunt, perinde habenda sæpe sunt, ac si effici non posſint. Et cum de necesſitate attendemus, & si aliquid non necessarium uidebitur, uidendum

uidendum tamen erit, quàm sit magnum. Quod enim permagni interest, pro necessario sæpe habetur.

Et, si quid necesse est.) Necessitatem definit, id est, necessariam utilitatem: ea enim utilitas necessaria intelligitur, sine qua salui liberi'ue esse nõ possumus. de qua autem necessitate hic loquatur, ex Rhetorũ doctrina indicãdum erit. De Inuentione libro 2, duplicem ipse facit necessitudinẽ, siue necessitatem: unam cum adiunctione, siue exceptione: alteram simplicem, & absolutam. Prioris exemplum est: Necesse est Saguntinos se dedere Annibali, nisi malint fame perire. Posterioris: Necesse est Saguntinos uenire in Annibalis potestatem. Illic in superiore adiunctio est, Nisi malint fame perire. Si enim id maluerint, non est necesse. Inferius non item: propterea quòd, siue uelint Saguntini se dedere, siue famem perpeti, atq; ita perire, necesse est eos uenire in Annibalis potestatem. Ex qua diuisione iam liquet, Ciceronem hoc loco de ea quæ cum adiunctione necessitudo dicitur, loqui: quasi diceret, De ea hic necessitate loquor, quæ ea cõditione necessaria est, si modò salui aut liberi esse uolumus. Nam illa altera absoluta, omnem deliberationem tollit, ut de Oratore libro 2. ait Antonius: Inciditur omnis

iam deliberatio, si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas affertur. Et qui id docuit non uidentibus alijs, is plurimum uidit.

In ciuili ratione.) *Necessitas hæc, in qua aut salus, aut libertas sita est, anteponitur, si fiat comparatio, reliquis omnibus honestis & utilibus. Paria autem sunt, salus & libertas, sine quibus nec honestate nec utilitate ulla frui licet, in ciuili dũtaxat ratione, id est in Repub. & libera ciuitate. In priuata uerò re, non item. Nam uir fortis malit uitam amittere, quàm infamiã subire. At in Repub. summa honestas est, summumq́; bonum, libertas ipsa: nihilq́; infame esse potest, quod ad patriæ salutem necessarium sit.*

Itaq; cum cõstet hoc genus caussarũ ex suasione & dissuasione, suasori proponitur simplex ratio, si & utile est, & fieri potest, fiat. Dissuasori duplex: una, si non utile est, ne fiat: altera, si fieri non potest, ne suscipiatur. Sic suasori utrumque docẽdum est, dissuasori alterũ infirmare sat est.

Itaq; cum constet hoc genus caußarum) *Tractationis nunc duo præcepta ponit: alterum suasoris, dißuasoris alterũ. suasori ad tractandũ simplicem orationem propositam eße dicit, quod eo-*

dem

dem modo utilitas & facultas semper docenda est: dissuasori duplicem. Nam aut non utile esse quod affertur, probare debet: aut fieri non posse. non quidem utrunque. Ergo bipertita est uia, ita ut aut hoc, aut illud ostendat. Nam utrouis osten- so, contrariam sententiam dissolueret, aut infir- maret. Idcirco alterũ coniunctione proponit, al- terum disiunctione. At in coniunctione simplex est ratio, in disiũctione duplex. Hosce locos præ- clarè tractauit Cicero 7. Philippica, cum bellum suadet in Antonium suscipiendum, & pacem non esse admittendam.

RERVM VTILIVM, BO- *narumq; diuisio.*

Quare quoniam in his uersatur omne consilium duobus, de utilita- te antè dicamus, quæ in discernẽdis bonis, malisq; uersatur. Bonorum autem partim necessaria sunt, ut ui- ta, pudicitia, libertas: ut liberi, coniu- ges, germani, parentes. partim non necessaria: quorum alia sunt per se expetenda, ut ea quæ sita sunt in of- ficijs, atque uirtutibus: alia, quod a- liquid commodi efficiunt, ut opes, & copiæ. Eorum autem, quæ pro-

pter ſe expetuntur, partim honeſtate ipſa, partim commoditate aliqua expetuntur. Honeſtate, ea quæ proficiſcuntur ab ijs uirtutibus, de quibus paulo antè eſt dictum, quæ ſunt laudabilia ipſa per ſe. Commoditate autem aliqua, quæ ſunt in corporis aut fortunæ bonis expetenda: quorum alia ſunt quaſi quodammodo cum honeſtate coniuncta, ut honos, ut gloria: alia diuerſa, ut uires, forma, ualetudo, nobilitas, diuitiæ, clientelæ. Eſt etiam quaſi quædam materies, ſubiecta honeſtati, quæ maximè ſpectatur in amicitijs: amicitiæ autē charitate, & amore cernuntur. Nam cùm deorum, tum parentum, patriæq́ue cultus, eorumq́ue hominum, qui aut ſapientia, aut opibus excellunt, ad charitatem referri ſolet. Coniuges autem, & liberi, & fratres, & alij quos uſus, familiaritasq́ coniunxit, quanquam etiam charitate ipſa, tamen amore maximè continentur.

Quare

Quare quoniam in his uersatur omne consiliū duobus.) Dupliciter hæc uerba intelligi possunt: nimirum omne consilium in suadendo dissuadendoq́; uersari: atque in suadendo bonum, in dißuadendo uerò malum: aut in his duobus, si utile sit, & si fieri poßit. Sed utraque ratio conuenit, magis autem posterior.

De utilitate antè dicamus.) Vtilitatis uidetur quandam definitionem ex rebus subiectis, & materia eius, afferre: ut intelligamus, utilitatem pro facultate & ratione, bona à malis discernendi. Sint igitur duo capita & genera summa, bonum & malum: tum quoniam contraria bonis facilè intelliguntur, & à parte meliore debet fieri partitio, bonorum partitionem instituit.

Bonorū autem partim neceßaria sunt.) Diuisionem bonorū hic mirabilē & artificiosam nobis describit, sed tamen ex Peripateticorum & Academicorum fontibus deriuatam: ut perspicuū esse poterit ex Ethic. 1. libro Aristotelis, & Rhetoricorum: deinde Ciceronis de Inuent. libro 2. ubi genera rerum expetendarū persequitur. Cum illa enim, hæc bonorum partitio, exceptis duobus primis capitibus, rerum neceßariarū & non necessariarum, consentit. Neq; enim hic aliud uult, quàm bonorum alia honestate sola expetēda eße, alia commoditate sola: alia & cōmoditate simul,

&

& honestate. In his prima & postrema per se sunt expetēda, quia in utroq; membro honestas cernitur: à qua tāquam à meliori genus ipsum bonorū appellatur, & utrunq; per se expetendū dicitur: quoniam ad honestatem honos & gloria, & id genus alia referuntur. Honestum in animi bonis est, elucetq; in uirtutibus & officijs: reliqua partim in bonis corporis, partim fortunæ numerantur. Sed hanc pulcherrimam Ciceronis bonorum descriptionem, quam quidam confusam, & minimè sibi constantem esse existimant, præstat in tabulas digerere, ut ex confusione in ordinem uindicetur.

- *Bonorum alia*
  - *Neceßaria*
    - *Vita*
    - *Pudicitia*
    - *Libertas*
    - *Coniuges*
    - *Liberi*
    - *Germani*
    - *Parentes.*
  - *Non neceßaria, alia*
    - *Per se expetenda*
      - *Honestate, quæ animi sunt*
        - *Officia, quæ amicitijs præsertim continentur,*
          - *Charitate*
            - *Dei*
            - *Parentum*
            - *Patriæ*
            - *Sapientium*
            - *Potentum.*
          - *Amore*
            - *Coniugum*
            - *Liberorum*
            - *Fratrum*
            - *Familiarium.*
        - *Virtutes, ut*
          - *Prudentia*
          - *Iusticia*
          - *Fortitudo*
          - *Temperantia.*
      - *Commoditate & honestate, ut*
        - *Honos.*
        - *Gloria.*
    - *Commoditate sola, quæ diuersa dicuntur à superioribus.*
      - *Corporis*
        - *Vires*
        - *Forma*
        - *Valetudo.*
      - *Fortunæ*
        - *Nobilitas*
        - *Diuitiæ*
        - *Clientelæ.*

Igitur

Iam igitur, propositā descriptionē, eiusq; partes & membra explicemus. Vtilia definit Aristoteles Rhet. lib. 1. ex quorū usu fructum capimus. uel Vtile est, quod ciuitatis statum conseruat. Bonum eodē libro, & de Moribus, id esse dicit, quod omnes expetāt. Honestum, siue pulchrum alio loco ex eodem definimus, quod cum propter se sit expetēdū, est etiā laudabile: uel honestū est, quod cum uirtute & officio fit: uel quod cum bonū sit, est etiam iucundū, quatenus bonū. Laudabile uerò, ut ad Herennium lib. 3. definitur, quod cōficit honestā & præsentē & consequentē commemorationē. Necessaria ipse paulo antè esse dixit, sine quibus salui liberi'ue esse non poßumus. Itaq; cōtrario modo, non necessaria erunt ea, sine quibus illa superiora possumus retinere: uel quibus si careamus, infœlices tamen non erimus, modò non omnibus, sed quibusdam destituamur.

Vita.) ut hic accipitur, est motus cum sensu & ratione.

Pudicitia.) siue castitas, integritas est animi quædam, contra uenereas uoluptates.

Libertas.) naturalis est facultas, eius quod cuique facere libet, nisi si quid ui aut iure prohibeatur. Inst. 1. de iure person.

Liberi.) sunt filij filiæ'ue legitimo ex cōiugio procreati. nam hic de spurijs non agitur.

Coniuges.)

*Coniuges.)id est,coniugiũ,siue matrimoniũ,est uiri & mulieris cõiunctio,indiuiduã uitæ cõsuetudinem continens.*Inst.lib.1.de Patr.potestate.

Germani.) sunt eodẽ ex genere & stirpe eadem orti,præsertim fratres & sorores.

Parẽtes.)*pater materúe,à qbus pcreati sumus.*

Opes.) *cuiuscunque generis facultates, quibus iuuari possumus.*

*Copiæ.) rerũ siue opum affluentia, ad beatam cõferens uitã:*Plat. apud *Speusippum:* Honos est *præmium uirtutis, iudicio studioq; ciuiũ delatus ad aliquẽ:*Cic. *uel ut* Arist. Rhet.1. *signũ gloriæ, ex plurimis in alios meritis comparatæ.*

Gloria.) est frequens de aliquo fama,cũ laude: De Inuent.2.*Vel est consentiens laus bonorũ,incorrupta uox bene iudicantium de excellenti uirtute:*Tusc.3.Aristoteles Rhet.1.

Vires.) *facultatem alterum mouendi,quomodocunq; libeat,esse definit.*

Forma.) *Quãquam alia uiri est,alia mulieris, alia adolescẽtis,alia senioris,generatim tamẽ ita* à Cicer. Tusc. 4.*definitur,ut sit pulchritudo corporis,quædam apta figura membrorum, cum coloris quadam suauitate.*

Valetudo.) *ut idem de Amicitia ait, opportuna est,ut dolore careas, & muneribus fungare corporis. uel, ut Tuscul. 4. Sanitas est corporis*

temperatio,

temperatio, cùm ea congruunt inter se, è quibus constamus. Aristoteles autem Rhet. 1. ualetudinē ita accipiēdam scribit, ut morbo uacuum sit corpus, & ad usus bene constitutum.

Nobilitas.) *est generis antiquitas & claritas, uirtute aut opibus, aut alia re quæ in precio sit, parta. Rhet. 1.*

Diuitiæ.) *parum differunt à copijs. Rerū est possessio, quæ multitudine & copia, & magnitudine & pulchritudine excellant, cum securitate.*

Clientelæ.) *Clientum multitudo, quæ te obseruent & colant.*

Amicitia.) *est omnium diuinarum humanarumq́; rerum cum beneuolentia & charitate cōiunctio: uel, ut de Inuent. lib. 2. ait, Amicitia uoluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius caussa quem diligit, cum eius pari uoluntate.*

Charitas.) *est beneuolentia quædam sanctior erga honoratiores, cum quadam obseruantia.*

Amor.) *beneuolentia & studium erga pares, uel inferiores.*

Materies subiecta honestati.) *dicitur, in qua honestas elucet, occasionēq́; habet laudis: ut in colēdo Deo, parētibus, patria, propinquis, amicis.*

In his igitur rebus cū bona sint, facile est intellectu, quæ sint cōtraria.

In his

In his igitur rebus.) Cum bona sint, facile est intellectu quæ sint contraria: Mala haud dubiè bonis cõtraria sunt, & expetendis fugienda, & utilibus inutilia, uitæ mors, pudicitiæ impudicitia, libertati seruitus, orbitas liberis, cœlibatus coniugio, germanis fratrum destitutio & propinquorũ solitudo, parentib. pupilli, officijs maleficia, uirtutib. uitia, honestati turpitudo & uitiositas, commoditati incommoditas, imbecillitas uiribus, deformitas formæ, ualetudini inualetudo & morbus, ignobilitas nobilitati, paupertas diuitijs, clientelis contemptio, amicitiæ inimicitia, honori ignominia, gloriæ infamia. Quæ omnia contrario modo, atque superiora, describenda erunt.

Quod si semper optima tenere possemus, haud sanè, quoniã quidẽ ea perspicua sunt, consilio multũ egeremus. Sed quia tẽporibus, quæ uim habẽt maximã, persępe euenit, ut utilitas cum honestate certet, earumq; rerũ contentio plerunq; deliberatiões efficit, ne aut opportuna propter dignitatẽ, aut honęsta propter utilitatẽ relinquãtur, ad hãc difficultatẽ explicandũ pręcepta referamus.

Quòd si semper optima tenere possemus.) Deliberatio non in perspicuis et minimè dubijs, sed in ancipitibus bonis malisq; uersatur. Nā de perspicuis nemo disputat, aut deliberat: sed de ijs, de quibus inter homines cōtrouersia est, opinioq; uaria, non certa sciētia, ut Aristoteles multis in locis docet.

Sed quia temporibus.) Tēpora pro occasionibus & circunstantijs, quæ uocāt, ponuntur. sed incidunt (inquit de Offic. lib. 1. Cicero) sæpe tempora, cum ea quæ maximè uidētur digna esse iusto homine, eoq; quem uirū bonū dicimus, commutantur, fiuntq; cōtraria, ita ut ne depositū quidē semper reddendū sit: ut si qui deposuit, postea furiosus factus sit, & id genus alia.

Persæpe euenit, ut utilitas cum honestate certet.) Omnis deliberandi ratio in quinq; parteis à Cicerone distributa est: primùm enim quæritur, honestum'ne factu sit, an turpe: & duobus propositis honestis, utrum honestius. Deinde, utile, an contrà inutile: & duobus propositis utilibus, utrum utilius. Quintum dubitandi genus est, cum pugnare uidetur cum honesto, id quod uidetur esse utile. Cū enim utilitas ad se rapere, honestas cōtrà reuocare ad se uidetur, fit ut distrahatur deliberādo animus, afferatq; ancipitē curā cogitandi. Hæc aūt pugna nō in rebus ipsis

inest.

ineſt,ſed in hominũ opinione, qui aliquid putãt utile eſſe,quod nõ ſit honeſtũ:aut honeſtũ,quod non ſit utile.idcirco utilia relinquũt, putantes ſe illis retentis,dignitatem amiſſuros: aut honeſtate retenta,utilitate cari turos.Id quod rectè peruidens Cicero,præcepta hoc loco ad hanc difficultatem explicandam accommodauit. Dictum eſt enim ſuprà, in deliberando finem utilitatem eſſe. Hic cõtrà ueniet alius, & dicet:non utilitatem,ſed dignitatem & honeſtatem utilitati anteferendam eſſe:eam ob cauſſam,finem eum deliberanti propoſitum eſſe. Ergo hanc quæſtionem dirimit,& conciliat, generibus auditorum diligenter propoſitis.

Et quoniam nõ ad ueritatẽ ſolũ, ſed etiam ad opiniones eorum qui audiunt, accõmodanda eſt oratio, hoc primùm intelligamus,hominũ duo eſſe genera:alterum indoctum & agreſte, quod anteferat ſemper utilitatem honeſtati: alterum expolitum,quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaq; huic generi laus,honor,gloria, fides, iuſticia,omniſq; uirtus:illi aũt alteri quęſtus, emolumẽtũ,fructuſq; proponitur,

atque etiam uoluptas, quæ maximè est inimica uirtuti, boniq; naturam fallaciter imitando adulterat, quam immanissimus quisque acerrimè sequitur: neque solum honestis rebus, sed etiam necessarijs anteponit, in suadendo, cum ei generi hominum consilium des, sæpe sanè laudanda est.

Et quoniã non ad ueritatẽ solum.) Hoc dicit, *oratorem bonum ad tractandas hominum mentes sese accommodare, quæ sæpenumero opinione potius quàm ueritate ducantur.*

Hoc primùm intelligamus, hominum duo esse genera.) *Hæc partitio Aristotelis est ex primo libro ad* Nicomachum *de* Moribus. *neq; repugnat, quòd Aristoteles uidetur tria hominum genera facere.* Nam *genus hoc doctũ & expolitum, siue politicum, duo genera cõtinet: alterum literatũ, eorũ qui in sapiẽtiæ cõtemplatione uersantur: alterũ, quod in actione potius, & in administrãda* Repub. *uoluptatẽ capit: tertiũ uerò, genus indoctum & agreste, minimeq; politicũ, partim utilitate emolumẽtisq; capitur, partim uoluptate, quæ uirtuti aduersatur maximè, boniq; naturam* (*ut ait* Cicero) *fallaciter imitando adulterat,*

dulterat & corrumpit. Quid igitur cum his generib. hominum faciat Orator? Expolito *illi generi, laudem, honorē, gloriam, fidem, iusticiam, reliquasq; uirtutes: huic autem alteri, quæstus, emolumenta, fructusq; proponet, atq; etiam uoluptates & iucunditates, si eis senserit acerrimè permoueri. At quem in finem? nimirū, non ut impellat, aut ad turpes utilitates, aut ad dulces uoluptates: sed, ut eis quasi commodißimis uehiculis ad ueras utilitates commoditatesq; traducat.* Nam *etiamsi finis proponatur utilitas, is est potius in suasore, id quod præclarè, imò diuinitùs docuit Cicero de Orat. lib. 2. his uerbis:* Ergo *in suadendo nihil est optabilius, inquit, quàm dignitas. nam qui utilitatem putat, nō quid maximè uelit suasor, sed quid interdum magis sequatur, uidet.* Nemo *est enim, præsertim in tam clara ciuitate, quin putet expetendam maximè dignitatem: sed uincit utilitas plerunq;, cum subest ille timor: ea neglecta, ne dignitatē quidem posse retineri.* Adhuc *sententiā Ciceronis explicauimus: superest modò, ut quædā uocabula breuiter definiamus. Incipiamus igitur à primo, deinde reliqua persequamur.* Opportuna, *nunc utilia intelligit. aliàs opportuna dicuntur, quæ in ipsa occasione posita sunt, quæ* Græci *σύγκαιρα uocant.* Dignitas *idem est quod honestas. & obser*

uanda est pulchra commutatio in his uerbis: Ne aut opportuna propter dignitatem, aut honesta propter utilitatẽ relinquãtur. Laus, est oratio, quæ uirtutis magnitudinẽ explicat. Arist. Rhet. 1. Quæstus, utilitas ex pecunia: cui cõtraria est iactura. Emolumentũ, accessio cuiuscũq; rei, quæ prosit quoquo modo: cõtrariũ, decessio & detrimentũ. Fructus, utilitas quæ ex re fructuosa capitur, ut reditus & uectigalia: Arist. Rhet. 1. Videtur aũt Cicero hæc uocabula explicare uoluisse de Fin. li. 3. cũ ait: Et emolumẽta & detrimẽta, quæ ὠφελήματα & βλάμματα appellant, communia esse uoluerunt. Quorum altera prosunt, nocent altera. Nec solum ea communia, uerùm etiã paria esse dixerũt. Incommoda aũt aut commoda (ita enim εὐχρηστήματα, & δυσχρηστήματα appello) communia esse uoluerũt, paria noluerũt. illa enim quæ prosunt, aut quæ nocẽt, aut bona sunt, aut mala: quæ sint paria necesse est. Cõmoda autem, aut incõmoda, in eo genere sunt, quæ præposita & reiecta dicimus: ea possunt paria nõ esse. sed emolumenta cõmunia esse dicũtur: rectè aũt facta & peccata, non habẽtur cõmunia. Ex his Ciceronis uerbis, illud colligimus: Cõmoda esse emolumẽtis potiora, idcirco præponenda: & reiecta, quæ uocat, id est incommoda, detrimẽtis magis esse reijciẽda. Voluptatem,

tem, ait Arist. Rhet. 1. motum animi esse subitũ, sub sensum cadentem, ad explendam naturã. De Morib. uerò lib. 7. motũ qui cum suauitate quadam naturã mouet, & ad eã affluit, & illabitur. neq; aliter Cicero de Fin. secundo, nisi quod breuius, Voluptatem iucundũ motum in sensu, definit. Intelligit autem hoc loco de uoluptate cõmuni, qua pleriq; tanquã à blandiss. dominis, à uirtute detorquẽtur. alioqui sunt etiã honestæ uoluptates, ut quæ ex reb. honestis & cõcessis capiuntur. Sunt item turpes & obscœnæ, ut quæ contra honestũ & leges percipiuntur. Sed suboritur hic quæstio, cur dixerit hoc loco de uoluptate, quam immanissimus quisque acerrimè sequitur, cũ contrà dixerit suprà: Temperantiã immanitas in uoluptatib. aspernãdis imitatur. Ita est: uidẽtur enim cõtraria, quæ nõ sunt, si rectè intelligãtur. Immanissimus quisq; pro intemperãtissimo, quiq; ad uoluptates (ut inquit Aristot.) tanq̃ belluæ ad pastum, accurrit: illic uerò immanitas pro duritie quadã, & nimia seueritate, ac potius stupore capitur. non enim propria est hominis, huiusmodi iucũdi sensus uacuitas. Sed si quis huiusmodi sit, qui uoluptate nulla afficiatur, quiq; nihil putet interesse inter aliã rẽ & aliã, is profectò procul absit à natura hominis, hominẽq; exuerit necesse est. Eth. lib. 3. Voluptati aduersatur dolor ac molestia.

Et illud uidendum, quanto magis homines mala fugiãt, quàm sequantur bona. Nam neq; honesta tam expetunt, quàm deuitant turpia. Quis enim honorem? quis gloriam? quis laudem? quis ullum decus tam unquam expetat, quàm ut ignominiam, infamiam, contumeliam, dedecus fugiat? quarum rerum dolor grauis est. Est genus hominum ad honestatem natum, malo cultu, prauisq; opinionibus corruptum. Quare in cohortando atque suadẽdo propositum quidem nobis erit illud, ut doceamus, quare bona cõsequi, malaq; uitare possimus. Sed apud homines bene institutos plurimum de laude, & de honestate dicemus, maximeq; ea uirtutum genera tractabimus, quæ in communi hominũ utilitate tuenda, augendaq; uersantur. Sin apud indoctos, imperitosq; dicemus, fructus, emolumenta, uoluptates, uitationesq; dolorum proferantur, addan-

dantur etiam contumeliæ, atque ignominiæ. Nemo enim est tã agrestis, quem non si ipsa minus honestas, contumelia tamen & dedecus magnopere moueat. Quare quod ad utilitatem spectat, ex ijs quæ dicta sunt, reperietur.

Et illud uidendum, quanto magis homines mala fugiant, quàm sequantur bona.) Quæ ratio esset in suadendo, dissuadendoq́;, politis & impolitis hominibus adhibenda, separatim docuit: nunc quæ utrisque communia sint, docet. Quia igitur nullus est tam agrestis (inquit Cicero) id est, ferus & impolitus, quem non si minus dignitas ipsa & laus, at ignominia & dolor moueat, utriusq; generis mala sunt proponẽda. Sunt enim, ut idem Cicero de Officijs lib. 1. ait, qui in rebus contrarijs parum sibi constent: uoluptatem seuerißimè contemnant, in dolore sint molliores: gloriam negligant, frangantur infamia. Cur autem magis homines mala fugiant, quàm sequantur bona: aut non tam honesta expetant, quàm uitent turpia, cum præsertim genus hominum sit ad honestatem natum, ut ipse inquit, rationem unam reddit, quòd malo cultu prauisq; opinionibus corruptum sit. de qua re

etiã in Tusculanæ *tertiæ procemio quæritur: ubi esse quidẽ nobis igniculos et semina innata uirtutũ scribit, sed ea celeriter malis morib. opinionibusq; deprauatis, sic extingui, ut nusquã naturæ lumen appareat. cuius mali caussas, ait esse peruersam educationẽ parentũ & magistrorũ, tum lectionẽ poetarũ, postremò consuetudinẽ uulgi atq; imperitæ multitudinis.* Accedit *etiã (quod ipse ignorauit) uitiositas illa ab ipso cõceptu & ortu cõtracta, propter primi parentis flagitiũ: ita ut cum lacte ipso, immò cũ spiritu & uita, errorẽ suxisse atq; hausisse uideamur.* Est *præterea in ipsa mali natura hæc uis, ut plus poßit ad corrumpendũ, quàm bonum ad sanandũ & conseruandũ: quemadmodũ exiguũ ueneni, totũ uini cadũ potest inficere: & atramẽti uncia, lactis pondo atrũ facere. Cõsideratis igitur generib. hominum atq; naturis, in cohortãdo & suadendo eas sentẽtias eligemus, quæ naturis eorũ sint consentaneæ maximè.* Doctis *& politis laudẽ & decus, maximeq; ea uirtutũ genera quæ in cõmuni hominũ utilitate tuenda augẽdaq; uersantur, proponemus: cuiusmodi sunt,* Iusticia *primùm ipsa, deinde fides, liberalitas, religio, pietas, bonitas, fortitudo, atq; id genus alia, ad hominum societatem tuendã accommodata.* Indoctis *uerò & imperitis, emolumẽta, uoluptates, cæteraq; huiusmodi.*

modi. Vtrisq; aũt in cõmuni, dedecus & ignominiam, tanquã stimulos & aculeos admouebimus, quib. eos ad id quod uolumus impellamus. Quod si horum exẽpla requiris, legendæ tibi erunt potißimum perorationes Philippicarũ, *primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, sextæ. Sed quædã uocabula expendamus.* Ignominia, *est honoris ex aliqua uel turpitudine uel iniuria diminutio.* In*famia, famæ gloriæq; obscuratio. hinc dicimus, ignominia seu infamia notare.* Cõ*tumelia (ut 2.* Rhet.*lib.* Arist. *definit) dicitur, cũ quis lædit ac dolore afficit aliquem in ea re, unde illi qui patitur, ignominia nascitur. uel breuius: Contumelia est, cũ contẽptione iniuria: à contemnendo enim cõtumelia dicitur, ut* Vlp.*ait de* Iniur. *&* famos. *libellis. l. 1. Cicero uerò in* Oratione *pro* Cœlio, *maledicti speciem facit. nam tria subijcit maledicto, contumeliam, conuicium, & urbanitatem.* Atque *hæc de utilitate: deinceps de eo quod fieri poßit, aut non poßit, præcipietur.*

DE CAVSSIS.

Quid autem posſit effici, nec'ne posſit, in quo etiã quàm facilè posſit, quãq; expediat, quæri ſolet, maximè ex cauſsis ijs, quę quamq; rem efficiãt, eſt uidendũ. Cauſſarũ autẽ genera ſunt plura, nã ſunt aliæ quæ

ipſæ

etiã in Tuſculanæ tertiæ procœmio quæritur: ubi eſſe quidẽ nobis igniculos et ſemina innata uirtutũ ſcribit, ſed ea celeriter malis morib. opinionibusq; deprauatis, ſic extingui, ut nuſquã naturæ lumen appareat. cuius mali cauſſas, ait eſſe peruerſam educationẽ parentũ & magiſtrorũ, tum lectionẽ poetarũ, poſtremò conſuetudinẽ uulgi atq; imperitæ multitudinis. Accedit etiã (quod ipſe ignorauit) uitioſitas illa ab ipſo cõceptu & ortu cõtracta, propter primi parentis flagitiũ: ita ut cum lacte ipſo, immò cũ ſpiritu & uita, errorẽ ſuxiſſe atq; hauſiſſe uideamur. Eſt præterea in ipſa mali natura hæc uis, ut plus poßit ad corrumpendũ, quàm bonum ad ſanandũ & conſeruandũ: quemadmodũ exiguũ ueneni, totũ uini cadũ poteſt inficere: & atramẽti uncia, lactis pondo atrũ facere. Cõſideratis igitur generib. hominum atq; naturis, in cohortãdo & ſuadendo eas ſentẽtias eligemus, quæ naturis eorũ ſint conſentaneæ maximè. Doctis & politis laudẽ & decus, maximeq; ea uirtutũ genera quæ in cõmuni hominũ utilitate tuenda augẽdaq; uerſantur, proponemus: cuiuſmodi ſunt, Iuſticia primùm ipſa, deinde fides, liberalitas, religio, pietas, bonitas, fortitudo, atq; id genus alia, ad hominum ſocietatem tuendã accommodata. Indoctis uerò & imperitis, emolumẽta, uoluptates, cæteraq; huiuſmodi.

modi. Vtrisq; aũt in cõmuni, dedecus & ignominiam, tanquã stimulos & aculeos admouebimus, quib. eos ad id quod uolumus impellamus. Quod si horum exẽpla requiris, legendæ tibi erunt potißimum perorationes Philippicarũ, primæ, secundæ, tertiæ, quartæ, sextæ. Sed quædã uocabula expendamus. Ignominia, est honoris ex aliqua uel turpitudine uel iniuria diminutio. Infamia, famæ gloriæq; obscuratio. hinc dicimus, ignominia seu infamia notare. Cõtumelia (ut 2. Rhet. lib. Arist. definit) dicitur, cũ quis lædit ac dolore afficit aliquem in ea re, unde illi qui patitur, ignominia nascitur. uel breuius: Contumelia est, cũ contẽptione iniuria: à contemnendo enim cõtumelia dicitur, ut Vlp. ait de Iniur. & famos. libellis. l. 1. Cicero uerò in Oratione pro Cœlio, maledicti speciem facit. nam tria subijcit maledicto, contumeliam, conuicium, & urbanitatem. Atque hæc de utilitate: deinceps de eo quod fieri poßit, aut non poßit, præcipietur.

DE CAVSSIS.

Quid autem posit effici, nec'ne posit, in quo etiã quàm facilè posit, quãq; expediat, quæri solet, maximè ex causis ijs, quę quamq; rem efficiãt, est uidendũ. Caussarũ autẽ genera sunt plura, nã sunt aliæ quæ

ipsæ

ipsæ conficiunt, aliæ quæ uim aliquam ad conficiendū afferunt. Itaque illę superiores, conficientes uocentur: hæ reliquæ ponantur in eo genere, ut sine his confici non possit. Conficiens autem caussa alia est absoluta & perfecta per se, alia aliquid adiuuans, & efficiendi socia quædā: cuius generis uis uaria est, & sæpe aut maior, aut minor, ut & illa quæ maximam uim habet, sola sæpe caussa dicatur.

Quid autem possit effici, nec ne possit.) Primus locus, atq; adeò deliberationis finis, utilitas est. Secundus, de ui efficiēdi quærit. De utilitate dictū est, iam de facultate dicetur. At ex caussis potissimum uis efficiendi spectatur. quæ caussa fuit Ciceroni, ut hoc loco partitionē caussarum proponeret cognoscendam: quæ cognitio ad coniecturas quoque pertinet. subtilius tamen caussarum genera docuit in Topicis, utpote proprio & idoneo subtilioris artis loco: nūc autem crassiore Minerua, accommodatè tamen ad præsens institutum. Nos quoq;, quoniam satis apertus est locus, genera ipsa in tabula describemus: pòst, pauca annotabimus.

Caus-

- *Caussarum aliæ*
  - *Conficiẽtes: aliæ*
    - *Absolutæ, ut*
      - *Sol lucis*
      - *Ignis caloris*
      - *Prætor iudiciorum.*
    - *Adiuuantes & sociæ, quarum aliæ*
      - *Maxima*
        - *Natura*
        - *Magister*
        - *Imperator.*
      - *Maiores*
        - *Vsus*
        - *Præcepta*
        - *Centurio.*
      - *Minores*
        - *Studium*
        - *Miles*
        - *Equus.*
    - *Impellentes propter*
      - *Principium*
        - *Consilium*
        - *Colloquium*
        - *Nutus.*
      - *Finem*
        - *Emolumentum*
        - *Laus & gloria*
        - *Voluptas.*
  - *Sine quibus non efficitur: ut*
    - *Personæ*
      - *Cum quibus*
      - *Contra quas.*
    - *Tempus*
      - *Nox*
      - *Dies*
      - *Hyems*
      - *Aestas.*
    - *Locus*
      - *Planus, montosus*
      - *Salubris, pestilens*
      - *Cultus, incultus.*
    - *Facultates*
      - *Arma, siue instrumenta*
      - *Pecuniæ*
      - *Socij*
      - *Materia.*

Posse

Posse fieri dicuntur, quæ quoquo modo, siue faciliè siue difficilè, fieri possunt. Facilia uerò, ut ait Aristoteles lib. Rhet. 1. sunt, quæ uel sine molestia, uel breui tempore confici possunt. Difficilia, quæ cum molestia, uel temporis longitudine fiunt. Expedire est, non modò utile esse, uerùm etiam ex dignitate & honestate esse. sunt enim quatuor hæc uerba distinguenda, ut etiam Cicero ipse distinguit: Oportere, licere, decere, expedire. Oportere, est officij: Licere, legũ & iuris: Decere, temporum & personarum: Expedire, utilitatis & honestatis.

Sunt autem aliæ caussæ, quæ aut propter principium, aut propter exitum Conficientes uocãtur. Cum autem quæritur, quid sit optimũ factu, aut utilitas, aut spes efficiendi ad assentiendum impellit animos.

Sunt autem aliæ caussæ.) Has caussas in conficientium caussarum genere reponit: quoniam etsi non necessariò, tamen impulsione quadam conficiunt. Quamobrem & nos impellentes appellabimus. Sunt autem duæ, Principium & finis. Principium est, ut Arist. Physic. 2. ait, unde primum mutationis aut quietis origo ducitur: ut is qui consiliũ dedit, aut cæpit, caussa est: &

pater

pater filij. ueluti etiam si dicas, Helenã caussam fuisse excidij Troiani: aut Catonẽ Carthaginis euertẽdæ, qui cõsiliũ dedit. Cicero alibi uocat primordia rerũ, & quasi præcurrẽtia. Finis est, cuius caussa aliquid fit: ut ambulatio propter ualetudinẽ: bellũ propter commoditatẽ, aut gloriã, aut pacẽ: doctrina propter utilitatẽ et dignitatẽ.

Et quoniam de utilitate iam diximus, de efficiẽdi ratione dicamus. Quo toto genere quibuscum, & cõtra quos, quo tempore, aut quo loco, aut quibus facultatibus armorũ, pecuniæ, sociorũ, earũ'ue rerum quæ ad quãque rem efficiendã pertinent, possimus uti, requirendũ est.

Et quoniam de utilitate iam diximus.) Attributiones numerat, quas Græci περιστάσεις uocant, propterea quod negotia ipsa circunstent, & sine quibus efficitur nihil: cuiusmodi sunt, personæ, tempus, locus, facultates, instrumenta, & cætera id genus.

Neque solum ea sunt quæ nobis suppetunt, sed etiam illa quæ aduersantur, uidenda. Et si ex contentione procliuiora erunt nostra, non solum effici posse, quę suademus, erit

persuadendum: sed curandũ etiam, ut illa facilia, procliuia, iucunda uideantur.

Neq; solum ea sunt.) Significat his præceptis, nostra cum aduersariorum argumentis esse comparanda: & ostendendũ, nostra esse facilia, procliuia, iucunda: aut saltẽ faciliora, procliuiora, iucundiora: aduersariorum uerò omnia contrario modo se habere.

Dissuadentibus autem aut utilitas labefactanda est, aut efficiendi difficultates efferendæ: neque alijs ex præceptis, sed ijsdem ex suasionis locis.

Dissuadentibus autem.) Dissuadendi siue dehortandi rationem, quæ altera est deliberationũ pars, ex suasionis locis, qui traditi sunt, esse sumendam, sed contrario modo. Vt enim illic utilitatem, & efficiendi facilitatem probauimus: sic in dissuadendo, aut utilitas labefactanda est, & minuenda, aut efficiendi difficultates, molestiæ, labores, impensæ afferendæ. Horum exempla, quarta Philippica suppeditabit.

Vterque uerò ad augendum habeat exemplorum, aut recentium, quo notiora sint, aut ueterum, quo plus

plus autoritatis habeant, copiam. Maximeq; sit in hoc genere meditatus, ut possit uel utilia, ac necessaria sæpe honestis, uel hæc illis anteferre. Ad commouendos autē animos maxime proficient, si incitādi erunt huiusmodi sententiæ, quæ ad explendas cupiditates, aut ad odiū satiandum, aut ad ulciscendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi, de incerto statu fortunę, dubijsq; euentis rerum futurarum, & retinendis suis fortunis, si erunt secundæ: sin autem aduersæ, de periculo cōmonendi. Atq; hi quidem sunt perorationis loci. Principia autem in sententijs dicēdis breuia esse debebunt. Non enim supplex, ut ad iudicem, uenit orator: sed hortator, atq; autor. Quare proponere, qua mente dicat, quid uelit, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortarique ad se breuiter dicentem audiendum.

Vterq; uerò ad augendum.) De tractatione

deliberationis hic agitur, cuius ordinẽ tabella ob oculos ponemus, ut clarius perspiciatur, si prius quædã annotauerimus. Et primum de amplificatione: de qua, quòd antea suo loco satis dictum sit, nihil dicemus. Exemplum est, alicuius facti aut dicti præteriti, cũ certi autoris nomine propositio. ad Heren. lib. 4. Exẽpla quoniam testimoniorũ similia sunt, conuenit, quemadmodũ illa, à probatißimis sumi: quæ et recẽtia, et uetera sunt, & nostræ ciuitatis, & externa. noua & nostratia notiora sunt: uetera & aliena plus habẽt autoritatis, si modò sint grauia aut personarũ dignitate, aut euentuũ magnitudine, aut rerũ uarietate. Tenẽda igitur, præter alia, est Oratori omnis antiquitas, exemplorũq; uis, ut Cicero de Oratore affirmat. In comparatione utiliũ & honestorũ debet Orator esse meditatus, id est, e.. citatus ac paratus, ut poßit nũc utilia siue necessaria honestis, nunc honesta utilibus anteferre: quod quidẽ sæpenumero faciendũ est. & facere expeditius poterit, si locos cõmunes de his reb. habuerit paratos ex omni de moribus doctrina. Motũ diximus esse animi incitationẽ, siue appetitũ uehemẽtiorẽ: cuius genera prima sint, ægritudo, metus, uoluptas, & cupiditas. Sed Cicero hic cupiditatis nomine, non tam cupiditatẽ ipsam, spem q̃ intellexit, quæ opponitur metui. Est aũt

spes,

ſpes, expectatio boni: Odiũ uerò, ira inueterata: Vltio ab iracũdia proficiſcitur, quæ eſt ulciſcẽdi libido. nã quod in beneficio gratia, id in iniuria ultio nominatur, ut poſtea dicet Cicero. *Solicitudo, ægritudo cũ cogitatione definitur.* Metus, *opinio impendẽtis mali.* Idcirco *autẽ ſolicitudo & metus in animis reprimẽdis & ſedãdis adhibẽtur, quoniã nihil eſt quod iratũ, odioq́; inflammatũ, & ſibi præfidentem, magis reſtinguat & frẽnet, quàm ſi ſolicitudinẽ metumq́; inijcias, ut* Ariſt. li. 2. Rhet. *docet.* Nõ *enim ſup.)* Ratio, *cur principia in hoc genere breuia eſſe debeãt:* Quo*niã, inquit, ut hortator atq; autor, id eſt ſuaſor, aut diſſuaſor, rei ſuſcipiẽdæ, aut nõ ſuſcipiendæ, atq; ad dandũ cõſiliũ uenit, quod maximè cupit auditor.* Initio *enim* Partitionũ *dixit,* Principia *uel nõ longa, uel ſæpe nulla in dando cõſilio eſſe: quod ad audiendum, qui deliberant, ſatis ſint ſua cauſſa parati.* Secus *in iudicijs, ubi ad iudicem ſupplex uenit* Orator, *idcirco maiore molitione eſt præparãdus, et cõciliandus.* Hic *aũt ſatis eſt, ſi intelligãt, qua mẽte dicat, & quid uelit ſuaſor: nimirũ, eum uenire propter ipſorũ utilitatẽ, aut dignitatem, ex quo beneuolentia: & quibus de rebus dicturus ſit. ut* Cicero *in* Maniliana, *de genere belli primùm, deinde de magnitudine, tum de* Imperatore *deligendo: ex quo docilitas.*

Postremò se breuiter esse dicturum polliceri debet, ex quo attentio comparatur. Nam breuitas non modò Senatoris, sed etiam oratoris magna laus est, in sententia dicenda, ut Cicero ait de Legibus lib.3.

Tota autē oratio simplex & grauis, & sentētijs debet ornatior esse, quàm uerbis.

Tota autem oratio.) *De elocutionis tractatione intelligenda sunt hæc, in qua tria requiruntur: simplicitas in uerbis, ut uidelicet quàm minimus sit uerborum ornatus, nec ex uerbo dilatetur oratio: Grauitas in rebus, nam in seueritate consilij uix est locus iocis: Ornatus in sentētijs, quod sic intelligendum est, non ut sententiarum ornamenta adhibenda sint, sed ut loco eorum sententias adhibeamus de uita & morib. hominum sumptas, quæ ex locis communibus de quaque re sumendæ sunt. Vniuersa autem hæc tractationis ratio, hac tabella dilucidè continetur.*

Tractatio

- Tractatio deliberationis consideratur
  - Amplificatione, quae est potißimũ perorationis, habetq́;
    - Exemplorũ copiã
      - Recentiorum
      - Veterũ
        - quae sunt uel
          - Nostra
          - Externa.
    - Cõparationem
      - Vtilium, siue necessariorum
      - Honestorum.
    - Cõmotiones animorum
      - Cupiditatem, siue spem
      - Odium
      - Vltionem, siue iram.
    - Sedationẽ, quae fit aut
      - Sollicitudine in secundis retinendis,
      - Metu in aduersis amittendis.
  - Principijs, quae cõstãt
    - Breuitate
    - Beneuolentia
    - Docilitate
    - Attentione.
  - Elocutione
    - Simplici, uerbis
    - Graui, rebus
    - Ornata, sententijs.

DE GENERE IVDICIALI.

C. F. Cognoui iam laudationis & suasionis locos: nũc quæ iudicijs accõmodata sunt expecto, idq́; nobis genus restare unum puto. C. P. Rectè intelligis, atq; eius quidẽ generis finis est æquitas; quæ non simpliciter spectatur, sed ex comparatione nonnunq̃: ut cũ de uerissimo accusatore disputatur: aut cum hæreditatis sine lege, aut sine testamẽto petitur possessio: in quibus caussis, quid ęquius, ęquissimum'ue sit, quærit: quas ad caussas facultas petitur argumentationũ ex ijs, de quibus mox dicetur, æquitatis locis.

C. F. *Cognoui iam laudationis, & suasionis locos.*) *Transitione utitur filius, ut intelligat pater, cum & quæ tractata sunt meminisse, & quæ desiderantur intelligere. Superest enim caussa iudicialis: qua tractata, & in suas partes distributa, perfectæ erunt* Oratoriæ *partitiones. idcirco dicit, unum tantum restare genus.*

C. P. *Rectè intelligis, atq; eius quidẽ generis finis est æquitas.*) Q*uemadmodũ reliquis caussa*

rum

rum generib. suos fines proposuit, sic et nũc iudicijs finẽ esse dicit æquitatẽ: quæ quidẽ nõ modò iudicialis caussæ, uerũetiã omnis iuris & fons et finis esse dicitur. Est aũt ea, quã Aristoteles, ut antè diximus, uocat ἐπιείκειαν: estq; ius nõ scriptum, naturæ hominis consentaneũ, quo iura legesq; scriptæ explicãtur, & emendantur, ut Arist. Eth. 5. sentit. Ius enim omnia recta et inflexibilia exigit: æquitas uerò, de iure multũ remittit.

Quæ nõ simpliciter spectatur.) Aequitatis duplex est tractatio. Simplex: ut, æquum'ne sit amico aduersus propinquũ in iudicio adesse. & quæ comparationem habet: ut, Cicero'ne an Cecilius Verrem accusare debeat. quod Cicero in prima Verrina, quæ Diuinatio dicitur, quærit.

Aut cũ hæreditatis sine lege.) Vt exẽpli caussa: si duo uel plures nulla lege nulloq; testamẽto hæreditatem petant, tunc æquitate cõparanda, cui danda sit hæreditas, cognoscitur. Qui autem hæreditatem petũt, aut alter nulla æquitate fretus, alter cum æquitate petit: uel uterq; ius habet. illic æquũ cum iniquo cõparatur: hic cũ æquo æquius, aut æquißimũ. Et hoc est quod ait Cicero, in quibus caußis quid æquius, æquißimum'ue sit, quæritur. Quòd si quis dicat, Vnde petendi argumentationum loci? respondet Cicero, ex æquitatis partibus, de quibus paulo pòst dicetur.

Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio, cum aut sit'ne actio illi qui agit, aut iam'ne sit, aut num iam esse desierit, aut illa'ne lege, his'ne uerbis sit actio quæritur: quę etiam si antequam res in iudicium uenit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non sunt, tamen in ipsis iudicijs permagnum sæpe habēt pondus, cum ita dicitur: Plus petisti, serò petisti, non fuit tua petitio, nō à me, non hac lege, non his uerbis, non hoc iudicio: quarū caussarum genus est positū in iure ciuili, quod est in priuatarum ac publicarum rerū lege: aut more positū: cuius scientia neglecta ab oratoribus plerisq;, nobis ad dicendū necessaria uidet.

Atq; etiam ante iudicium.) Hæc quæ iam explicare aggreditur Cicero, pertinent ad eum statum, quem translationis in Rhetoricis consueuerunt appellare, quem & ipse Cicero adolescens statum fecit: sed postea eruditior factus, repudiauit, etiamsi Hermagoram eius inuentorem fuisse

fuisse existimaret. Hoc autem loco apertè subijcit qualitati, quemadmodum etiam de Oratore fecit: & rectè quidē. nam quæcunq; in hac parte requiruntur, ea iuris & iniuriæ partibus continentur, qui loci qualitatis omnino sunt. Definiamus tamen translationem, ut ex ea quid hoc caput contineat, intelligatur. Translatio est, cum aut quem, aut qui cum, aut quomodo, aut apud quos, aut quo iure, aut quo tempore, agere oporteat, quæritur: aut omnino aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. quæ definitio consentanea est ijs, quæ hoc loco tradit Cicero. Nam cum de æquitate quæritur, id fit duobus modis: aut ante iudicium, uel in ipso iudicio. ante quidem, aut persona cōtrouersiam facit: ut, sit'ne actio illi qui agit. uel tempus: ut, iam'ne sit, aut nū iam esse desierit actionis tempus? uel lex: ut, Illa'ne lege sit agendum, ut ipse pro Cluētio & pro Cecinna disputat. Vel uerba pacti, aut scripti: ut, ijs'ne uerbis, aut scripto sit actio legitima. uel quantitas: ut, Plus petisti. uel forma: ut, non hoc iudicio, id est iudicij forma agendum fuit. quæ omnia ante ipsum iudiciū quæri solent. Antequam res in iudicium uenit.) Id est, antequam constituta sit actio. Aut certata.) id est, à partibus disputata. Aut dijudicata.) hoc est, disceptatoris & iudicis sentētia

pronunciata. Aut *cōſtcta.*)Hoc *eſt, abſoluta ac perēpta, ita ut nulla iam actio aut appellatio ſit. Sūt enim ij gradus iudiciorum. Cōſtituuntur enim prius iudicia & actiones: deinde cōcertantur & diſputantur cauſſæ: pòſt dijudicantur: poſtremò conficiuntur & perimūtur. Quæ, etiāſi pleraq; horum ante iudicium tractantur, tamen in ipſis iudicijs permagnum ſæpe habēt pondus, & uictoriam ſæpe alteri afferūt parti. ut ſi quis petitori dicere poßit,* Plus *petiſti. nam, quemadmodum inquit* Cicero, *cauſſa cadit is qui plus petit quàm par eſt: & qui non quemadmodum oportet egerit.* Refertur *autem hoc ad quantitatem, ut diximus: Serò petiſti, ad tempus. non fuit tua petitio: id eſt, iure tu petere nō debuiſti: non à me, quæ ad perſonam referuntur.* De *reliquis diximus.*

Quarum cauſſarum genus eſt poſitū in iure ciuili.)Hoc *dicit, ne quis putet ex locis æquitatis ſolis, ſe omnia probare poſſe.* Nā *et ius ciuile neceſſariū eſt, quēadmodū ipſe quoq; de* Oratore *multis argumētis oſtēdit.* Perdiſcēdū, *inquit, ius ciuile, cognoſcēdæ leges, percipienda omnis antiquitas, Senatoria conſuetudo, diſciplina* Reip. *iura ſociorum, fœdera, pactiones, cauſſa imperij cognoſcenda eſt.*

Quare de cōſtituendis actionib.

acci-

accipiẽdis ſubeundiſq; iudicijs, de excipiẽda iniquitate actionis, de cõparanda æquitate, quod ea ferè generis eius ſunt, ut quanquam in ipſum iudiciũ ſæpe dilabant, tamẽ ante iudiciũ tractanda uideantur, paululũ ea ſeparo à iudicijs, tempore magis agendi quàm diſsimilitudine generis.

Quare de constituendis actionibus.) Constituere actiones, est actorem admittere: qui cũ admißus est, agere iure potest.

Accipiendis ſubeundiſq; iudicijs.) Accipere iudicia, est formam iudicij probare, nulla exceptione oppoſita: itemq; actoris intentionem non cauſſari. Ex *quo ſequitur, iam ſubeundum & ferendum illud iudicium, cum ſit admiſſum.*

De excipienda iniquitate actionis.) Excipe*re iniquitatem, est actoris dolum malum cauere, ne tibi in iudicio fiat iniuria.*

De cõparanda æquitate.) Vt qui ſit accuſator, aut petitor admittendus, intelligas, æquitatis ipſius comparatione: quid æquum, quid æquius, quid æquißimum, ut antè diximus. Hæc omnia, etſi interdum in ipſum iudicium ueniunt, id tamen fieri nõ deberet. nam ante iudiciũ potius tractanda ſunt, & diſcutienda: ut nihil poſtea ſit,

quod

pronunciata. Aut cõſcta.) Hoc eſt, *abſoluta ac perẽpta, ita ut nulla iam actio aut appellatio ſit. Sũt enim ij gradus iudiciorum. Cõſtituuntur enim prius iudicia & actiones: deinde cõcertantur & diſputantur cauſſæ: pòſt dijudicantur: poſtremò conficiuntur & perimũtur. Quæ, etiãſi pleraq; horum ante iudicium tractantur, tamen in ipſis iudicijs permagnum ſæpe habẽt pondus, & uictoriam ſæpe alteri afferũt parti. ut ſi quis petitori dicere poßit,* Plus *petiſti. nam, quemadmodum inquit* Cicero, *cauſſa cadit is qui plus petit quàm par eſt: & qui non quemadmodum oportet egerit.* Refertur *autem hoc ad quantitatem, ut diximus: Serò petiſti, ad tempus. non fuit tua petitio: id eſt, iure tu petere nõ debuiſti: non à me, quæ ad perſonam referuntur.* De reliquis *diximus.*

Quarum cauſſarum genus eſt poſitũ in iure ciuili.) Hoc *dicit, ne quis putet ex locis æquitatis ſolis, ſe omnia probare poſſe.* Nã *et ius ciuile neceſſariũ eſt, quẽadmodũ ipſe quoq; de* Oratore *multis argumẽtis oſtẽdit.* Perdiſcẽdũ, *inquit, ius ciuile, cognoſcẽdæ leges, percipienda omnis antiquitas,* Senatoria *conſuetudo, diſciplina* Reip. *iura ſociorum, fœdera, pactiones, cauſſa imperij cognoſcenda eſt.*

Quare de cõſtituendis actionib.

accipiēdis ſubeundisq́; iudicijs, de excipiēda iniquitate actionis, de cō paranda æquitate, quod ea ferè generis eius ſunt, ut quanquam in ipſum iudiciū ſæpe dilabant, tamē ante iudiciū tractanda uideantur, paululū ea ſeparo à iudicijs, tempore magis agendi quàm diſsimilitudine generis.

Quare de conſtituendis actionibus.) Conſtituere actiones, eſt actorem admittere: qui cū admiſſus eſt, agere iure poteſt.

Accipiendis ſubeundisq́; iudicijs.) Accipere *iudicia, eſt formam iudicij probare, nulla exceptione oppoſita: itemq́; actoris intentionem non cauſſari.*Ex *quo ſequitur, iam ſubeundum & ferendum illud iudicium, cum ſit admiſſum.*

De excipienda iniquitate actionis.) Excipe*re iniquitatem, eſt actoris dolum malum cauere, ne tibi in iudicio fiat iniuria.*

De cōparanda æquitate.) Vt *qui ſit accuſator, aut petitor admittendus, intelligas, æquitatis ipſius comparatione: quid æquum, quid æquius, quid æquiſſimum, ut antè diximus. Hæc omnia, etſi interdum in ipſum iudicium ueniunt, id tamen fieri nō deberet. nam ante iudiciū potius tractanda ſunt, & diſcutienda: ut nihil poſtea ſit,*

quod

quòd iudicij cursum impedire posse uideatur.

Paululũ ea separo à iudicijs.) *Hic apertè dicit* Cicero,*non esse nouum statũ,sed genere qualitatis aut æquitatis contineri. differunt tantum tempore,non natura.*

Nam omnia, quæ de iure ciuili, aut de æquo & bono disceptantur, cadunt in eam formã, in qua quale quid sit ambigitur,de qua dicturi sumus: quæ in æquitate, & iure maximè consistit.

Nam omnia.) Probat,*qualitate contineri statum translationis,hoc pacto:*Omnia *quæ de iure ciuili,aut de æquo & bono disceptãtur,sub qualitatem cadunt: huiusmodi autem est iste status trãslationis: igitur sub quantitatem cadit, & genere qualitatis atque æquitatis continetur.* Iam *quædam suprà posita, ne intelligentiam impediant, definienda nobis sunt.* *Hæreditas, est successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit mortis suæ tempore.ff. de* Reg. *iur. tit.62. aliter definit* Cicero *in* Topicis. Lex *est,quod* Populus Romanus, *Senatorio magistratu interrogante* (*ueluti* Consule) *constituebat.* Inst.*lib. 1.tit.2.§.constat.Siue* (*ut* Atteius Capito) *lex est generale iussu populi,aut plebis, rogante magistratu.*

ſtratu. Teſtamentum, eſt uoluntatis noſtræ iuſta ſententia, de eo quod poſt mortem noſtrã fieri uelimus. Vlp. ff. 28. tit. de Teſtament. & ult. uol. Poſſeßio, ut Aelius Gallus ait, eſt uſus fundi uel ædificij. ff. 50. tit. 15. Iudicium, eſt legitimus actus trium perſonarum, Iudicis, Actoris, & Rei. De uer. ſignif. Actio, ſiue cauſſa, ius eſt perſequẽdi in iudicio, quod ſibi debeat. Quas δίκας *uocarunt Athenienſes, eas Romani actiones dixere, ab eo quòd ad iudicia aguntur rei. Inſt. lib. 4. de Act. quanquam etiam pro iudicio ponatur. Petitio, eſt legitima ſuæ rei poſtulatio. Ius Ciuile eſt, quod quiſq; populus ipſe ſibi conſtituit: uel ut Cic. de Oratore libro primo, eſt legitima atq; uſitata in rebus caußisq; ciuium, æqualitatis conſeruatio. Ius priuatum eſt, quod ad ſingulorum utilitatem ſpectat: Publicum, quod ad ſtatum rei Romanæ. ſic enim diuiditur & definitur ius, Inſt. de Iuſt. & iur. §. Iuris præcepta. Mos, ſiue conſuetudo, ius eſt quoddam, quod ſine lege, æquè ac ſi legitimum ſit, uſitatũ eſt. ad Heren. 2. Eſtq; iuris nõ ſcripti pars: nam altera eſt æquitas. Qualitas, ex qua quidq; quale nominatur: ut iuſtum, iniuſtum: iure feci, non iure feciſti.*

DE STATIBVS.

In omnib. igitur cauſsis tres ſunt gra-

gradus, ex quibus unus aliquis capiēdus est, si plures nō queas ad resistēdum. Nam aut ita cōsistendum est, ut quod obijcitur factū neges: aut illud quod factū fateare, neges eā uim habere, atq; id esse quod aduersarius criminetur. Aut si neq; de facto, neque de facti appellatione ambigi potest, id quod arguêre, neges tale esse, quale ille dicat: & rectum esse, quod feceris, concedendū'ue defendas. Ita primus ille status, & quasi conflictio cum aduersario, cōiectura quadam: secūdus aūt definitione, aut descriptione, atque informatione uerbi: tertius ęqui & ueri, & recti & humani ad ignoscendū disputatione tractādus est.

In omnib. igitur caußis tres sunt gradus.) De *statibus & constitutionib. caussarum, eorumq; proprijs locis, deinceps doctrina tradetur: in quib. primum illa uidēda sunt, quid sit status, & unde ducatur, quæúe statum faciāt: tū, quot sint constitutionū genera: & postremò, sint'ne in omnib. caußis status, statū definit Cicero de Inuē. lib.*

lib.1. primã conflictionẽ caussarũ, ex depulsione intentionis perfectã: in Topicis uerò, statũ dicit eum esse, in quo primum insistit, quasi ad repugnandũ, cõgressa defensio. Statum à consistendo, siue insistendo dictum esse, uult in Topicis: Refutatio aũt accusationis, inquit, in qua est depulsio criminis, Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur status, in quo primùm insistit, quasi ad repugnandũ congressa defensio. Alij à uerbo στασιάζειν, quod dißidere significat: quoniam in eo actor & patronus potißimum dissentiunt & dißident. poßit etiã ab ἱστάναι, id est à statuendo quòd in eo quid in cõtrouersiã ueniat, & de quo disceptãdũ sit, statuatur. Sed re intellecta, in uerborũ usu faciles esse debemus, ut Cic. de Finib. 3. monet: Ego tamẽ in eo Ciceroni assentior. Quæ aũt statũ faciãt, nostrũ Ciceronẽ sequẽtibus, & ipsam ueritatem, facilè erit uidere. Oritur enim ex intentione & defensione. Verùm quoniam, nisi esset aliqua criminis depulsio, ex sola criminis intentione nulla eßet controuersia: idcirco à depulsione potius statum oriri dicemus. ut rectè dixerit Cicero, in refutatione accusationis, in qua est depulsio criminis, statum esse: atque ita composita est omnis controuersia, quæ existere ex hoc loco solet. Nam cum quis dicit, Fecisti: nisi alius dicat, Non feci, aut iure feci, nullus

nullus est status. sed depulsione posita, statim illud quaerendum sequitur, an fecerit? aut, an iure fecerit? Quot uerò sint statuum genera prima, magna est quaestio: sed autoritas & ratio tria tantum esse conuincit. Autoritas, quoniã Cicero in postremis suis de Oratoria facultate libris, omnibus tres tantum esse statuit: quemadmodum hoc loco etiam, cum ait, in omnibus caußis tres esse gradus. Ratio autem partiendi & diuidẽdi hoc idem docet, ne partes aut species cum generibus misceamus, & paucitatẽ in diuidendo retineamus. Quicunq; igitur status, praeter hos tres, illi alicuius horũ species sint necesse est: id quod & in his Partitionibus, & in secũdo de Oratore copiose idem docet Cicero, ad quos locos diligentem lectorem reijcimus. Sed praeclarum est referre, quod de statibus in Oratore ad Brutũ scriptum reliquit. Erit enim (inquit) Oratori perspectum, nihil ambigi posse, in quo non aut res controuersiam faciat, aut uerba. Res, aut de uero, aut de recto, aut de nomine. Verba, aut de ambiguo, aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia uidetur esse, aliud in uerbis, genus est quoddã ambigui: quod ex praeterito uerbo fieri solet, in quo, quod est ambiguorum proprium, res duas significari uidemus. Vult enim dicere, omnem controuersiam aut ex materia, aut ex

forma

forma oriri: nã in reb. materia est orationis, in uerbis forma. Sed iam illud quartum uideamus: esse statum in iudiciali genere nemo ambigit: in sentētia quoq; dicenda, propè omnes concedūt. In laudatione negant pleriq;: propterea q laus sit præteritorū atq; horum quæ certißima sunt. at in certis nulla est cōtrouersia, nemoq; de perspicuis ambigit: ergo in laudatione nullus est status. Sed falli eos uocis ambiguitate perspicuum est. status enim non modò pro eo in quo est controuersia, capitur: sed etiam pro summo cuiusuis caussæ capite accipitur, atq; in hunc modum definitiur: Status est, summa caussæ propositio, ad quam omnia referuntur. Huc adiungenda sunt, quæ in Topicis *hac de re scripsimus. Iam superest, ut uerba quædam explicemus.*

In omnibus tres sunt gradus.) A' pugnantib. sumpta locutio est, qui locum pugnæ capiūt, & in gradu insistunt, ad resistēdum parati. itaq; dixit, Capere gradū, ut capere locū dicitur. Nam qui decertāt, locū tutißimum, si quo modo possint, primum capiunt: sin minus, tutißimo proximū, aut saltem tertium, ne prorsus hostiū iniurijs pateant. Sic in caußis tres sunt gradus, quorum tutißimus est, factū negare si poßis, in quo est cōiectura: secundus, si factum negare nō poßis, id te iure fecisse defendas, in quo est qualitas:

tertius, nõ tantũ eſſe crimẽ, quantũ aduerſarius criminetur, quod eſt definitiõis. ergo ex his unus aliquis capiendus eſt, ſi plures nõ poßis. Quòd ſi plures, unus tamen erit præcipuus: reliqui eũ iuuabũt: ſicq; unus ſemper erit in ſingulis caußis ſtatus.

Secundus aũt definitione. Tria ponit definitionũ genera: Definitionẽ ipſam perfectã, quæ ex genere & proprietate cõſtat: Deſcriptionẽ, quæ oratoria eſt definitio, atque ob id liberior: Informationẽ uerbi, quæ notatio dicitur, & uocabuli explicatio. Sed modũ definitionis oratoriæ pòſt docebit, ut ſuprà quoq; docuit. Niſi hũc locũ ita intelligere uelimus, ut duo tantũ definitionum genera fecerit, deſcriptionẽ, & uerbi informationẽ: aut definitioni deſcriptionem ſubiecerit, quaſi explicãs quid nomine definitionis intellexerit, nimirũ deſcriptionem, quòd ea ferè ſola in caußis utantur oratores. nam particulam Aut, ſemel tantum poſuit: id quod ſolet facere, cum duo tantum ſunt membra.

Tertius æqui & ueri, & recti, & humani.) Nõ plures hic nominat ſtatus, ſed unũ. nã æquũ, uerum & rectũ, idẽ ſunt: quẽadmodũ ipſe lib. 2. de Legib. atq; alibi oſtẽdit. Statũ enim qualitatis & iuris his nominib. intelligit: ſecus q̃ in Oratore, ubi ueri nomine, facti et cõiecturæ quæſtionẽ appellat:

pellat: recti aũt, qualitatis. ait enim, Nihil ambigi posse, in quo nõ aut res cõtrouersiã faciat, aut uerba: res aut de uero, aut de recto, aut de nomine. Quod autẽ addidit, Et humani ad ignoscẽdũ, deprecationẽ respexit, quæ hoc genere qualitatis continetur. humanũ enim dicitur factũ, quod humana fragilitate ueniã mereri nõnũquã uidetur.

Et quoniam semper is qui defendit, non solum resistat oportet aliquo statu, aut inficiãdo, aut definiẽdo, aut æquitate opponenda, sed etiam rationẽ subijciat recusationis suæ: primus ille status rationem habet, inquit, criminis, ipsam negationem, inficiationemq; facti. Secundus, quod non fit in re, quod ab aduersario ponitur in uerbo. Tertius, quod id rectè factum esse defendet, quod sine ulla nominis cõtrouersia factũ fateat. Deinde unicuique rationi opponendũ est ab accusatore, id quod si nõ esset in accusatione, caussa omnino esse nõ posset. Itaq; ea quę sic referunt, cõtinentia causarũ uocẽt: quanq; nõ ea magis,

formatio quædã:ut antequã caussa suscipiatur, hæc diligenter præparẽtur: Quæ sit caussa, intentio, depulsio, status, ratio, continẽs, siue firmamentũ: & postremò, quæ sit quæstio iudicij propria, quæ tum disceptatio, tũ iudicatio nominatur. De caussa satis multa dicta sunt: de statu quoque nõnihil: sed tamẽ illud nõ præteribimus, statum Rhetores appellare, quod quæstionẽ appellãt Dialectici, quæ ζήτημα dicitur: qua posita, ut dialecticis inueniẽda ratio est ad propositũ cõprobandũ, sic oratori ad id quod statuit tuendũ. eam rationẽ illi μέσον, hoc est mediũ uocãt: quasi ad extrema coniungenda aptũ quiddam. Rhetores αἴτιον, id est caussam, propterea quòd actionũ caussas inquirũt. appellãt etiam cõmuni nomine συνέχοντα, id est continẽtia caussarum: quia sine his caussa nõ staret, ut Cicero ipse docet. κρινόμενον aũt, quã iudicationem in Topicis uertit, respondet dialecticorũ ἀνάλυσει, quæ conclusionũ formas, & argumentorũ uim seorsim expendunt. Sed uocabula ipsa artis definiamus. Intentio, est accusatoris insimulatio, qua in aduersariũ crimẽ impingit. Depulsio, est defensoris recusatio, qua aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate apponenda crimen quasi telum à se depellit. Ratio est, quæ cõtinet defensionem, sine qua ne parua quidem dubitatio remo-

rari damnationē poteſt. Firmamētum eſt, quod contra rationem defenſionis affertur, ſine quo accuſatio ſtare non poteſt. Iudicatio, eſt propria iudicij quæſtio, ex rationis & ex firmamēti cōflictione orta. nam ut ex duorū inter ſe corporum colliſione ſonus, ſic ex rationis & firmamēti cōflictione quæſtio et iudicatio exoritur quædam: in qua quid deueniat in iudicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet. Vt, exempli cauſſa, ſi dicas, Feciſti, hæc erit intentio: Non feci, aut, Non hoc feci, aut, Iure feci, depulſio erit. prima cōiecturæ, in qua quæritur, an fecerit? ſecunda nominis, an hoc fecerit? tertia iuris, an iure fecerit? qui ſtatus appellātur. In primo, pro ratione ponitur negatio, ſiue inficiatio: in ſecundo, definitio definitioni opponitur: in tertio cauſſa, nimirum aut oportuiſſe, aut licuiſſe: aut ſi aliter non poßis, imprudentia, aut neceßitate, aut caſu factum eſſe. Sequitur ratio defenſoris: Quia priuata res, nō publica fuit, quam de ærario ſurripui: non igitur fuit peculatus. & hæc ratio ad definitionem ſpectat. Vel quia uim attulit, iure occidi: quod ad qualitatem. Continens, ſiue firmamentum accuſatoris: Nō tamen ciuem indemnatum occidere licuit. ex quibus illud in diſceptationem ueniet: An ſine iudicio, uim inferentem ulciſci fas ſit, nec ne?

Nam

Nam prima aduersariorũ cõtẽtio diffusam habet quæstionẽ: ut in cõiectura, cæperit'ne pecunias Decius. In definitione, minuerit'ne maiestatem Norbanus. In æquitate, iure'ne occiderit Opimius Gracchũ. Hæc, quę primam contẽtionem habent ex arguendo & resistẽdo lata, ut dixi, & confusa sunt. Rationum & firmamentorum cõtentio adducit in angustã disceptationem. ea in coniectura nulla est. Nemo enim eius, quod negat factũ, rationem aut potest, aut debet, aut solet reddere. Itaque in his causis eadem & prima quæstio, & disceptatio est extrema. In illis autem, ubi ita dicitur, Non minuit maiestatẽ, quòd egit de Cæpione turbulentius. Populi enim Rom. dolor iustus, uim illam excitauit, nõ tribuni actio. Maiestas autem, quoniam est magnitudo quædam populi Rom. in eius potestate ac iure retinendo, aucta est potius quàm diminuta: & ubi ita refertur,

Maiestas est in imperij, atq; in omni pop. Rom. dignitate: quã minuit is, qui per uim multitudinis rem ad seditionẽ uocauit. existit illa disceptatio, Minuerit'ne maiestatẽ, qui uoluntate pop. Ro. rem gratã & ęquã per uim egerit? In his autẽ caussis, ubi aliquid rectè factum, aut concedendũ, esse factũ defendatur, cum est facti subiecta ratio. sicut ab Opimio, Iure feci, salutis omniũ & conseruãdæ Reipub. caussa: relatumq; est ab Decio, Ne sceleratissimum quidem ciuem sine iudicio iure ullo necare potuisti. oritur illa disceptatio, potuerit'ne rectè salutis Reipub. caussa ciuem euersorem ciuitatis indemnatum necare.

Nam prima aduersariorum cõtentio.) Et hæc ad illum quem proximè dixi caussæ apparatũ, & quasi designationẽ pertinẽt. docet enim, quid status à reliquis cõtinentib. differat. Statuũ, rationũ, & firmamentorũ & iudicationũ exẽpla proponit: deniq; quomodo ex hypothesi fiat thesis, docet. Status generis uim habet, et cuiusdã rei uniuersæ,

uniuersæ, utpote in quo summa rei implicita continetur. Reliqua, *ut ratio, & firmamentũ, & iudicatio, tanquam forma sunt, quæ iam perfectius aliquid ac certius indicãt. ut, exẽpli caussa: Qui insidiatorem dicit, iam explicatius aliquid dixit, quàm cum improbum nominauit.* Eodem modo *si quis quærat, Liceat'ne hominẽ occidere? confusum & latè patens: at licuerit'ne pro salute* Reipub. *ciuem seditiosum indemnatum necare, angustius & certius.* Ad *hanc autem angustam disceptationem, rem adduxerunt, tum defensoris tũ accusatoris rationes. Sed quærat aliquis, an in tribus generibus caussarũ sint eædẽ rationes, eademq́; extrema ex rationibus quæstio?* Respondet Cicero: In *cõiectura nullam esse à statu separatam atq; sciunctam: in reliquis duobus generibus esse. Cur autem in coniectura non sit, rationem triplicem affert: Quòd non poßit, quòd non debeat, quòd non soleat, eius quòd factũ negatur, ratio reddi.* Nõ *potest, quia nulla est.* Non *debet, quia nullo iure astringitur aliquis reddere quod nõ accepit: est enim ratio affirmationis propria, nõ negationis.* Non *solet, quia moris nõ est.* Quid *ergo faciendum in huiusmodi caußis?* Prima *quæstio, quæ status dicitur, pro ratione et disceptatione habenda. ut, Cæpisti contra leges pecunias* Deci. Nõ *cæpi. Status & iudicatio se-*

Sed in grauissimis firmamentis & illa ponenda sunt, si qua ex scripto legis, aut testamēti, aut uerborum ipsius iudicij, aut alicuius stipulationis, aut cautionis opponuntur defensioni contraria.

Sed in grauißimis firmamentis.) *Qualitatis duplex est consideratio: una, in æquitatis & iuris ratione posita est: altera, in scripto. illa rationalis, hæc legitima appellatur. Quomodo autē rationes & iudicationes in priore genere inueniendæ essent, ostendit: idē nunc in altera docet. Est uero legitima constitutio, cū in scripto, aut ex scriptis controuersia nascitur. quæ etiamsi legitima à lege, hoc est à re firmißima nomen habet, non magis tamen in legibus quàm in testamentis, in iudicatis, in stipulationibus, in cautionibus, reliquisq; rebus quæ in scripto aguntur, possunt controuersiæ eædem existere. Lex quid sit, item testamentum, antè dictum est. Iudicatum, id est, de quo sententia lata est, aut decretum interpositū. Heren. lib. 2. Stipulatio, uerborum est conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturum ue se quod interrogatus est, respondet. De Verb. oblig. ff. lib. 45. Cautio, est stipulatio omnis, qua nobis cauemus, cautosq; facimus.*

timus de re quæ nobis debeatur: cuiusmodi sunt chirographa, & syngraphæ, & satisdationes, siue fideiußiones.

Ac ne hoc quidem genus in eas caussas incurrit, quæ cõiectura continentur. Quod enim factum negatur, id argui non potest scripto: ne in definitionem quidem uenit, genere scripti ipsius. Nam etiamsi uerbum aliquod de scripto definiendum est, quam uim habeat, ut cum ex testamẽtis quid sit penus, aut cũ ex lege prædij quæritur, quæ sint ruta cæsa, nõ scripti genus, sed uerbi interpretatio controuersiã parit.

Quod enim factum negatur.) Duo hic facit: primum, neq; in coniecturam, neq; in definitionem incidere firmamentum, si caussa ex scripto oriatur: alterum, hoc genus statuum, qui legitimi uocantur, ad solam qualitatem pertinere: esseq; eius partes, quæcunq; ex scripto nascantur controuersiæ. Vtrunq; ratione probat, & de coniectura quidem prius hoc modo: Quod enim factum negatur, ut ratione, sic nec scripto, id est, scripti iure argui, defendi'ue potest. Non cadere

quid maximè significetur. in scripti, sententiæq; cōtentione, utrū potius sequatur iudex: in cōtrarijs scriptis, utrū magis sit cōprobandum.

Cum autē plura significantur scripto.) Legitimi status tria genera facit, ut etiā in Topicis, Ambigui, scripti & sententiæ, & contrariarū legum siue scriptorum: quæ tria de Oratore lib. 2. ad unum ambiguorum genus reuocat. Nam aut ambiguū est, scriptū ne an sententiā scriptoris sequi debeamus: aut ex cōtrarijs legibus, utra sit alteri præferenda: ex ambigua oratione aut uerbo, in qua significatione accipere uelimus. Ita fit, ut unū genus in ijs caußis quæ propter scriptū ambiguntur relinquatur, si est scriptum aliquid ambiguè. Ex ambiguo controuersia nascitur, cum scriptum duas aut plures res significat. ut si lex talis sit lata, Meretrix coronam auream ne habeto: si habuerit, publica esto. Cōtrouersia nascitur in hunc modum. alter dicit meretricem publicari debere, quòd lex dicat, Meretrix publica esto: alter cōtrà, Coronā publicari debere, quòd in auro & in corona facile est, in meretrice non itē. Ex quo iudicatio oritur, utra significatio & sententia sit accipienda. Ex scripto uerò & sentētia nascitur cōtrouersia, cū uidetur scriptoris uolun-

uoluntas cum scripto ipso dißentire: ut si lex sit quæ uetet, peregrinum in murum ascendere. Peregrinus autem, quum sensisset adesse hostes, in murum ascendit, & ciuitatem liberauit. accusatur, quasi contra legem fecerit. Respōdet, *se quidem murum conscendiße, sed etiam unà patriam liberasse: quod haud dubiè uoluit legislator.* Existit *disceptatio, an, quid murū ascenderit, & ciuitatē liberauerit, cōtra legem fecisse dicatur: id est, sit'ne ex scripto an sentētia legis iudicandū.* Ex *contrarijs legibus disceptatio existit, cum alia lex iubet aut permittit, id quod alia lex fieri uetat, hoc modo, ne ab exemplis* Rhetorum *discedamus.* Lex *uetat, eum qui de pecunijs repetundis damnatus sit, in concione orationem habere: altera lex iubet, augurem in demortui locum, qui petat, in cōcione nominari. Augur quidam damnatus de pecunijs repetundis, in demortui locū qui petat, nominauit: cōtra legem fecisse dicitur: ille dicit, se ex lege fecisse.* Quæstio *est, utri legi sit adhærendum, aut quomodo cōtrariæ leges conciliandæ sint.*

Disceptatio autem, cum est constituta, proposita esse debet oratori, quo omnes argumentationes repetitæ, ex inueniēdi locis conijciantur.

quod quanquam ſatis ei eſt, qui uidet, quid in quoq; loco lateat, quiq; illos locos tanquã theſauros aliquos argumẽtorum notatos habet: tamẽ ea quæ ſunt certarum cauſſarũ propria, tangemus.

Diſceptatio autẽ cum eſt conſtituta.) *Quid utilitatis habeat, diſceptationis inuẽtio: tum quot ſint locorũ genera, ex quib. argumenta ad propoſitam quæſtionẽ depromãtur. Prima utilitas eſt, quòd nouit orator, quò argumẽta ſint referenda. ut ne quid alienum à cauſſa dicat, & quomodo iudex tractandus ſit. Deinde, iudex ipſe ex propoſita diſceptatione intelligit, quid expectare, quid'que ſequi debeat. Locorum autem duo ſunt genera. Alij generales & communes, de quibus libro primo dictum eſt, quum fontes inuentionis aperirentur: alij ſunt ſtatuum ſingulorum proprij, quas hic Cicero cauſas appellat: de quib. deinceps ordine explicabit. Maiores & latiores illi ſunt, hi uerò anguſtiores & certiores. Ac* [illegible] *erto homini illi ſatis eßent: hi uer*[illegible] [illegible] *iles, & minus acutis neceßarij* [illegible] [illegible] *ſic de Orat. 2. Quod aut*[illegible] [illegible] *genus (inquit) cuiq; c*[illegible] [illegible] *e conueniat, non eſt art*[illegible]

scribere: sed est mediocris ingenij iudicare. Est igitur hæc quasi transitio à designatione caussarum, & præparatione, ad minores & angustiores caussarum partes, & locos.

DE CONIECTVRA.

In coniectura igitur, cum est in inficiando reus, accusatori hæc duo prima sunt: sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. possunt enim etiam sine accusatore in caussis hæc eandem controuersiarũ genera uersari.

In coniectura igitur.) Absoluta præparatione caussarum, iam singulorum statuum locos describit proprios: ac primùm coniecturæ, quam copiosius tractat, quoniam est (ut alibi diximus) Oratoris propria, & in ea Cicero excellit maximè. Cõiecturam [illegible] deinde locos accusatoris, pòst [illegible] tionem [illegible]

tertius,nõ tantũ esse crimẽ,quantũ aduersarius criminetur,quod est definitiõis.ergo ex his unus aliquis capiendus est,si plures nõ posis.Quòd si plures,unus tamen erit præcipuus: reliqui eũ iuuabũt: sicq; unus semper erit in singulis caußis status.

Secundus aũt definitione. Tria ponit definitionũ genera: Definitionẽ ipsam perfectã, quæ ex genere & proprietate cõstat: Descriptionẽ, quæ oratoria est definitio, atque ob id liberior: Informationẽ uerbi,quæ notatio dicitur, & uocabuli explicatio. Sed modũ definitionis oratoriæ pòst docebit,ut suprà quoq; docuit.Nisi hũc locũ ita intelligere uelimus, ut duo tantũ definitionum genera fecerit,descriptionẽ,& uerbi informationẽ: aut definitioni descriptionem subiecerit,quasi explicãs quid nomine definitionis intellexerit,nimirũ descriptionem,quòd ea ferè sola in caußis utantur oratores. nam particulam Aut, semel tantum posuit: id quod solet facere, cum duo tantum sunt membra.

Tertius æqui & ueri,& recti,& humani.)Nõ plures hic nominat status,sed unũ. nã æquũ, uerum & rectũ,idẽ sunt:quẽadmodũ ipse lib. 2.de Legib.atq; alibi ostẽdit.Statũ enim qualitatis & iuris his nominib. intelligit: secus q̃ in Oratore, ubi ueri nomine,facti et cõiecturæ quæstionẽ appellat:

pellat: recti aūt, qualitatis. ait enim, Nihil ambi*gi posse, in quo nō aut res cōtrouersiā faciat, aut uerba: res aut de uero, aut de recto, aut de nomine. Quod autē addidit,* Et humani *ad ignoscēdū, deprecationē respexit, quæ hoc genere qualitatis continetur. humanū enim dicitur factū, quod humana fragilitate ueniā mereri nōnūquā uidetur.*

Et quoniam semper is qui defendit, non solum resistat oportet aliquo statu, aut inficiādo, aut definiēdo, aut æquitate opponenda, sed etiam rationē subijciat recusationis suæ: primus ille status rationem habet, inquit, criminis, ipsam negationem, inficiationemq; facti. Secundus, quod non sit in re, quod ab aduersario ponitur in uerbo. Tertius, quod id rectè factum esse defendet, quod sine ulla nominis cōtrouersia factū fateat. Deinde unicuique rationi opponendū est ab accusatore, id quod si nō esset in accusatione, caussa omnino esse nō posset. Itaq; ea quę sic referunt, cōtinentia causarū uocēt: quanq; nō ea magis,

formatio quędā:ut antequā caussa suscipiatur, hæc diligenter præparētur: Quæ sit caussa,intentio,depulsio,status,ratio,continēs,siue firmamentū: & postremò,quæ sit quæstio iudicij propria,quæ tum disceptatio, tū iudicatio nominatur. De *caussa satis multa dicta sunt:de statu quoque nōnihil: sed tamē illud nō præteribimus,statum* Rhetores *appellare,quod quæstionē appellāt* Dialectici,*quæ ζήτημα dicitur:qua posita, ut dialecticis inueniēda ratio est ad propositū cōprobandū,sic oratori ad id quod statuit tuendū. eam rationē illi μέσον,hoc est medīū uocāt:quasi ad extrema coniungenda aptū quiddam.* Rhe*tores αἴτιον, id est caussam, propterea quòd actionū caussas inquirūt. appellāt etiam cōmuni nomine συνέχοντα,id est continētia caussarum: quia sine his caussa nō staret,ut Cicero ipse docet. κρινόμενον aūt, quā iudicationem in* Topi*cis uertit,respondet dialecticorū ἀνάλυσει, quæ conclusionū formas,& argumentorū uim seorsim expendunt. Sed uocabula ipsa artis definiamus. Intentio, est accusatoris insimulatio, qua in aduersariū crimē impingit.* Depulsio, *est defensoris recusatio, qua aut inficiando, aut definiendo, aut æquitate apponenda crimen quasi telum à se depellit.* Ratio *est,quæ cōtinet defensionem,sine qua ne parua quidem dubitatio remo-*

rari damnationē potest. Firmamētum est, quod contra rationem defensionis affertur, sine quo accusatio stare non potest. Iudicatio, est propria iudicij quæstio, ex rationis & ex firmamēti cōflictione orta. nam ut ex duorū inter se corporum collisione sonus, sic ex rationis & firmamēti cōflictione quæstio et iudicatio exoritur quædam: in qua quid deueniat in iudicium, & de quo disceptetur, quæri solet. Vt, exempli caussa, si dicas, Fecisti, hæc erit intentio: Non feci, aut, Non hoc feci, aut, Iure feci, depulsio erit. prima cōiecturæ, in qua quæritur, an fecerit? secunda nominis, an hoc fecerit? tertia iuris, an iure fecerit? qui status appellātur. In primo, pro ratione ponitur negatio, siue inficiatio: in secundo, definitio definitioni opponitur: in tertio caussa, nimirum aut oportuisse, aut licuisse: aut si aliter non poßis, imprudentia, aut neceßitate, aut casu factum esse. Sequitur ratio defensoris: Quia priuata res, nō publica fuit, quam de ærario surripui: non igitur fuit peculatus. & hæc ratio ad definitionem spectat. Vel quia uim attulit, iure occidi: quod ad qualitatem. Continens, siue firmamentum accusatoris: Nō tamen ciuem indemnatum occidere licuit. ex quibus illud in disceptationem ueniet: An sine iudicio, uim inferentem ulcisci fas sit, nec'ne?

Nam

Nam prima aduersariorũ contẽtio diffusam habet quæstionẽ: ut in cõiectura, cæperit'ne pecunias Decius. In definitione, minuerit'ne maiestatem Norbanus. In æquitate, iure'ne occiderit Opimius Gracchũ. Hæc, quę primam contẽtionem habent ex arguendo & resistẽdo lata, ut dixi, & confusa sunt. Rationum & firmamentorum cõtentio adducit in angustã disceptationem. ea in coniectura nulla est. Nemo enim eius, quod negat factũ, rationem aut potest, aut debet, aut solet reddere. Itaque in his causis eadem & prima quæstio, & disceptatio est extrema. In illis autem, ubi ita dicitur, Non minuit maiestatẽ, quòd egit de Cepione turbulentius. Populi enim Rom. dolor iustus, uim illam excitauit, nõ tribuni actio. Maiestas autem, quoniam est magnitudo quædam populi Rom. in eius potestate ac iure retinendo, aucta est potius quàm diminuta: & ubi ita refertur,

Maiestas est in imperij, atque in omni pop. Rom. dignitate: quã minuit is, qui per uim multitudinis rem ad seditionẽ uocauit. existit illa disceptatio, Minuerit'ne maiestatẽ, qui uoluntate pop. Ro. rem gratã & equã per uim egerit? In his autẽ caussis, ubi aliquid recte factum, aut concedendũ, esse factũ defendatur, cum est facti subiecta ratio. sicut ab Opimio, Iure feci, salutis omniũ & conseruãdæ Reipub. caussa: relatumque est ab Decio, Ne sceleratissimum quidem ciuem sine iudicio iure ullo necare potuisti. oritur illa disceptatio, potuerit'ne recte salutis Reipub. caussa ciuem euersorem ciuitatis indemnatum necare.

Nam prima aduersariorum cõtentio.) Et *hæc ad illum quem proxime dixi caussæ apparatũ, & quasi designationẽ pertinẽt. docet enim, quid status à reliquis cõtinentib. differat. Statuũ, rationũ, & firmamentorũ & iudicationũ exẽpla proponit: deniq; quomodo ex hypothesi fiat thesis, docet. Status generis uim habet, et cuiusdã rei uniuersæ,*

uniuersæ, utpote in quo summa rei implicita continetur. Reliqua, ut ratio, & firmamentũ, & iudicatio, tanquam forma sunt, quæ iam perfectius aliquid ac certius indicãt. ut, exẽpli caussa: Qui insidiatorem dicit, iam explicatius aliquid dixit, quàm cum improbum nominauit. Eodem modo si quis quærat, Liceat'ne hominẽ occidere? confusum & latè patens: at licuerit'ne pro salute Reipub. ciuem seditiosum indemnatum necare, angustius & certius. Ad hanc autem angustam disceptationem, rem adduxerunt, tum defensoris tũ accusatoris rationes. Sed quærat aliquis, an in tribus generibus caussarũ sint eædẽ rationes, eademq́; extrema ex rationibus quæstio? Respondet Cicero: In cõiectura nullam esse à statu separatam atq; s[illegible] i[illegible]nctam: in reliquis duobus generibus esse. Cur autem in coniectura non sit, rationem triplicem affert: Quòd non poßit, quòd non debeat, quòd non soleat, eius quòd factũ negatur, ratio reddi. Nõ potest, quia nulla est. Non debet, quia nullo iure astringitur aliquis reddere quod nõ accepit: est enim ratio affirmationis propria, nõ negationis. Non solet, quia moris nõ est. Quid ergo faciendum in huiusmodi caußis? Prima quæstio, quæ status dicitur, pro ratione et disceptatione habenda. ut, Cæpisti contra leges pecunias Deci. Nõ cæpi. Status & iudicatio se-

 quitur:

quitur: cœperit'ne contra leges pecunias P. Decius? Hic nihil aliud supereſt, niſi ut cõiecturæ locis cæpiſſe probetur. In definitiõe uerò, & qualitate, perſpicua eſt diſceptatio: quemadmodum hic apertis exemplis, ijsq́; è Romano foro ſumptis, Cicero demonſtrat, ſed apertius & copioſius in ſecundo de Oratore. quæ exempla, tum quia perſpicua ſunt, tum quia copioſius ibidem explicantur, omittimus.

Relatũq́; eſt ab Decio.) Relatũ, id eſt oppoſitũ: ut referendi uerbo ſæpius paulo antè uſus eſt.

Ne ſceleratiſsimum quidem ciuem.) Hac ratione uſus eſt contra Clodium ad Pontifices, ubi ait: At quid tulit legũ ſcriptor peritus, callidus: Velitis, iubeatis, ut M. Tullio aqua et ignis interdicatur? crudele, nefarium, ne in ſceleratiſsimo quidem ciue ferendum, ſine iudicio.

Ita diſceptationes eæ, quæ in his controuerſijs oriũtur, quæ ſunt certis perſonis & temporibus notatæ, fiũt rurſus infinitæ: detractisq́ temporibus & perſonis, rurſum ad conſultationis formam, rationemq́ reuocantur.

Ita diſceptationes eæ.) Hoc uult, iudicationes omnes θετικὰς eſſe, cum tamen ex hypotheticis

 orian-

oriantur. namq; quæstio finita, detractis attributis, ad infinitum transfertur: & hæc, adiūctis iisdem, ad definitum reuocatur. Sed tamen quoniam latius de genere quàm de parte disceptare licet, ut ipse ad Brutum *scribit, debet* Orator *à proprijs personis & temporibus semper, si potest, auocare controuersiā: ut quòd in uniuerso atq; in infinita quæstione probatum sit, id in parte definitaq; probari sit necesse.* Omnes *enim controuersiæ ad uniuersi generis uim naturāq; referuntur.* Nam *in ea ipsa causa, de qua antè dixit, nihil pertinet ad* Oratoris *locos* Opimij *persona, nihil* Decij. *de ipso enim uniuerso genere infinita quæstio est:* Num *pœna uideatur esse afficiendus, qui ciuē ex* Senatusconsulto *patriæ conseruandæ caussa interfecerit, cū id per leges non liceret.* Quin *etiam in ipsis, ubi de facto ambigitur, cæperit'ne cōtra leges pecunias* P. Decius, *argumenta & criminum & defensionis, reuocentur oportet ad genus, & ad naturam uniuersam: quòd sumptuosus, de luxuria: quòd alieni appetens, de auaritia: quòd seditiosus, de turbulentis & malis ciuibus: quòd à multis arguitur, de genere testium: contrà q; quæ pro reo dicentur, omnia necessariò à tempore, atq; homine, ad communes rerum & generū summas reuoluentur.* De Oratore *lib.2.*

Sed

Sed in grauissimis firmamentis & illa ponenda sunt, si qua ex scripto legis, aut testamẽti, aut uerborum ipsius iudicij, aut alicuius stipulationis, aut cautionis opponuntur defensioni contraria.

Sed in grauißimis firmamentis.) Qualitatis duplex est consideratio: una, in æquitatis & iuris ratione posita est: altera, in scripto. illa rationalis, hæc legitima appellatur. Quomodo autẽ rationes & iudicationes in priore genere inueniendæ essent, ostendit: idẽ nunc in altera docet. Est uero legitima constitutio, cũ in scripto, aut ex scriptis controuersia nascitur. quæ etiamsi legitima à lege, hoc est à re firmißima nomen habet, non magis tamen in legibus quàm in testamentis, in iudicatis, in stipulationibus, in cautionibus, reliquisq; rebus quæ in scripto aguntur, possunt controuersiæ eædem existere. Lex quid sit, item testamentum, antè dictum est. Iudicatum, id est, de quo sententia lata est, aut decretum interpositũ. Heren. lib. 2. Stipulatio, uerborum est conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturum ue se quod interrogatus est, respondet. De Verb. oblig. ff. lib. 45. Cautio, est stipulatio omnis, qua nobis cauemus, cautosq; facimus

cimus de re quæ nobis debeatur: cuiuſmodi ſunt chirographa, & ſyngraphæ, & ſatisdationes, ſiue fideiuſsiones.

Ac ne hoc quidem genus in eas cauſſas incurrit, quæ cōiectura continentur. Quod enim factum negatur, id argui non poteſt ſcripto: ne in definitionem quidem uenit, genere ſcripti ipſius. Nam etiamſi uerbum aliquod de ſcripto definiendum eſt, quam uim habeat, ut cum ex teſtamētis quid ſit penus, aut cū ex lege prædiĳ quæritur, quæ ſint ruta cæſa, nō ſcripti genus, ſed uerbi interpretatio controuerſiā parit.

Quod enim factum negatur.) Duo hic facit: primum, neq; in coniecturam, neq; in definitionem incidere firmamentum, ſi cauſſa ex ſcripto oriatur: alterum, hoc genus ſtatuum, qui legitimi uocantur, ad ſolam qualitatem pertinere: eſſeq; eius partes, quæcunq; ex ſcripto naſcantur controuerſiæ. Vtrunq; ratione probat, & de coniectura quidem prius hoc modo: Quod enim factum negatur, ut ratione, ſic nec ſcripto, id eſt, ſcripti iure argui, defendi'ue poteſt. Non cadere

etiam

etiam in definitionẽ, distinctione ostẽdit. Aliud *est, de genere scripti controuersiam esse: aliud, de uerbi alicuius, quod in scripto sit, interpretatio est. Cõtrouersia autẽ nulla est in scripto, de scripti genere, ut de testamẽto, aut de lege prædij: sed, exempli caussa, quid sit pœnus, quæ res testamento legata est, itemq; quæ sint ruta cæsa in prædij uenditione & lege: quæ quidem uerbi interpretatio naturã status mutare non potest, qui iure testamentorũ & prædiorũ, hoc est qualitate continetur.* Pœnus *est, quicquid esu potuq; continetur. l. qui pœnũ. de pœnu legata.* Lex *prædij est, quæ de prædiorũ possessione, seruitutib. & mancipio agit: de quibus multa* Iurisconsulti. *hoc ius prædiatoriũ appellatur: cuius qui periti sunt, prædiatores nominantur.* Prædia *uerò sunt, domus & ager: eaq; tam rustica, quàm urbana & suburbana, ut de uerb. significatione docent* Iurisconsulti. Ruta *cæsa quæ sint, uidendũ est l. fundi. de* Empt. *& uendit. ff.* 19. Item *de uerb. signif. ubi in rutis cæsis ea uult esse* Scæuola, *quæ terra non tenentur: quæq; opere structili tectorio'ue non continentur.* Sed *quod hic* Cicero *negat, definitionis statũ legitima cõstitutione contineri, in eo à seipso dissentit, qui de* Inuen. *lib.* 2. *definitionẽ eidem subijcit statui.* Et *hoc nihil mirum est. solent enim magni uiri errores suos corrigere,*

rigere: secus ac pleriq; faciunt, qui errorẽ semel susceptũ mordicus tuẽtur: id sibi laudi fore arbitrantes, quod maximo uitio dandũ est. cũ laus sit potius, in errore mutare sententiam: alioqui frustra studeremus, nisi in melius proficere daretur. Quãobrẽ Cicero doctior ætate & usu factus, illis iuuenilib. scriptis ueriora certioraq; subiecit. Nã & ipse eos libros sibi adolescẽti excidisse, in procemio librorũ de Oratore testatur. Sed rursum obijciat fortaßis aliquis, quòd in Topicis nouos status appellet eos, qui ex scripto existunt. Verùm aduertendũ est, eum non simpliciter status nouos dicere, sed, Quasi status nouos: illud intelligens, noua qualitatis capita & partes, id quod multis probat de Oratore libro secundo.

Cùm autem plura significantur scripto propter uerbi, aut uerborũ ambiguitatẽ, ut liceat ei qui contradicat, eò trahere significationẽ scripti, quò expediat, aut uelit: aut etiã si ambiguè scriptũ non sit, uel à uerbis uoluntatem & sententiam scriptoris abducere, uel aliò se eadẽ de re contrariè scripto defendere: tum disceptatio ex scripti contentione existit, ut in ambiguis disceptetur, quid

quid maximè significetur. in scripti, sententiæq; cōtentione, utrū potius sequatur iudex: in cōtrarijs scriptis, utrū magis sit cōprobandum.

Cum autē plura significantur scripto.) Legitimi status tria genera facit, ut etiā in Topicis, Ambigui, scripti & sententiæ, & contrariarū legum siue scriptorum: quæ tria de Oratore lib. 2. ad unum ambiguorum genus reuocat. Nam aut ambiguū est, scriptū ne an sententiā scriptoris sequi debeamus: aut ex cōtrarijs legibus, utra sit alteri præferenda: ex ambigua oratione aut uerbo, in qua significatione accipere uelimus. Ita fit, ut unū genus in ijs caußis quæ propter scriptū ambiguntur relinquatur, si est scriptum aliquid ambiguè. Ex *ambiguo controuersia nascitur, cum scriptum duas aut plures res significat. ut si lex talis sit lata, Meretrix coronam auream nē habeto: si habuerit, publica esto. Cōtrouersia nāscitur in hunc modum. alter dicit meretricem publicari debere, quòd lex dicat, Meretrix publica esto: alter cōtrà, Coronā publicari debere, quòd in auro & in corona facile est, in meretrice non itē.* Ex *quo iudicatio oritur, utra significatio & sententia sit accipienda.* Ex *scripto uerò & sententia nascitur cōtrouersia, cū uidetur scriptoris*

uolun-

uoluntas cum scripto ipso dißentire: ut si lex sit quæ uetet, peregrinum in murum ascendere. Peregrinus autem, quum sensisset adesse hostes, in murum ascendit, & ciuitatem liberauit. accusatur, quasi contra legem fecerit. Respõdet, se quidem murum conscendiße, sed etiam unà patriam liberasse: quod haud dubiè uoluit legilsator. Existit disceptatio, an, quia murũ ascenderit, & ciuitatẽ liberauerit, cõtra legem fecisse dicatur: id est, sit'ne ex scripto an sententia legis iudicandũ. Ex contrarijs legibus disceptatio existit, cum alia lex iubet aut permittit, id quod alia lex fieri uetat, hoc modo, ne ab exemplis Rhetorum disce damus. Lex uetat, eum qui de pecunijs repetundis damnatus sit, in concione orationem habere: altera lex iubet, augurem in demortui locum, qui petat, in cõcione nominari. Augur quidam damnatus de pecunijs repetundis, in demortui locũ qui petat, nominauit: cõtra legem fecisse dicitur: ille dicit, se ex lege fecisse. Quæstio est, utri legi sit adhærendum, aut quomodo cõtrariæ leges conciliandæ sint.

Disceptatio autem, cum est constituta, proposita esse debet oratori, quo omnes argumentationes repetitæ, ex inueniẽdi locis conijciantur.

quod quanquam satis ei est, qui uidet, quid in quoque loco lateat, quique illos locos tanquã thesauros aliquos argumẽtorum notatos habet: tamẽ ea quæ sunt certarum caussarũ propria, tangemus.

Disceptatio autẽ cum est constituta.) *Quid utilitatis habeat, disceptationis inuẽtio: tum quot sint locorũ genera, ex quib. argumenta ad propositam quæstionẽ depromãtur. Prima utilitas est, quòd nouit orator, quò argumẽta sint referenda. ut ne quid alienum à caussa dicat, & quomodo iudex tractandus sit. Deinde, iudex ipse ex proposita disceptatione intelligit, quid expectare, quid'que sequi debeat. Locorum autem duo sunt genera. Alij generales & communes, de quibus libro primo dictum est, quum fontes inuentionis aperirentur: alij sunt statuum singulorum proprij, quas hic Cicero causas appellat: de quib. deinceps ordine explicabit. Maiores & latiores illi sunt, hi uerò angustiores & certiores. Acuto & experto homini illi satis eßent: hi uerò nec acutis inutiles, & minus acutis neceßarij sunt. qua de re sic de Orat. 2. Quod autem argumentorum genus (inquit) cuiq; caussarum generi maximè conueniat, non est artis exquisitæ præscribere:*

scribere: sed est mediocris ingenij iudicare. Est igitur haec quasi transitio à designatione caussarum, & praeparatione, ad minores & angustiores caussarum partes, & locos.

DE CONIECTVRA.

In coniectura igitur, cum est in inficiando reus, accusatori haec duo prima sunt: sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. possunt enim etiam sine accusatore in caussis haec eandem controuersiarũ genera uersari.

In coniectura igitur.) Absoluta praeparatione caussarum, iam singulorum statuum locos describit proprios: ac primùm coniecturae, quam copiosius tractat, quoniam est (ut alibi diximus) Oratoris propria, & in ea Cicero excellit maximè. Cõiecturam definit, deinde locos accusatoris, pòst defensoris: postremò collocationem partium tam accusatoris quàm defensoris docet. Coniectura est (inquit) quum est in inficiando reus, id est, quum factum negatur.

Sed accusatorem pro omni actore.) Haec insert, ut quid nomine accusatoris intelligi uelit, declaret. Nam accusatorem propriè dixere, qui crimen intenderet, idq; in rebus capitalib. aut infamiae, latius tamen capitur pro omni actore & pe

titore. Quare in omnibus actionibus accusationem quodammodo intelligi necesse est, siue criminum sint, siue ciuiles.

Possunt enim etiam.) Vt in petitione bonorum & possessionum, & deliberatione, & alijs, si accusator propriè capiatur. nam in ea etiam coniectura, uel definitio, uel ius cadunt: quæ tria sunt generalia controuersiarum genera.

Sed hęc duo sunt ei prima caussa, & euentus. Caussam appello rationem efficiẽdi: euentum, id quod est effectum. atq; ipsa quidem partitio caussarum paulo antè in suasionis locis distributa est. Quæ enim in consilio capiendo futuri temporis præcipiebantur, quamobrem aut utilitatem uidentur habitura, aut efficiẽdi facultatẽ, eadem, qui de facto argumẽtabitur, colligere debebit. Quãobrem & utilia illi, quem arguet, fuisse, & ab eo effici potuisse demõstret. Vtilitatis cõiectura mouetur, si illud quod arguitur, aut spe bonorũ, aut malorum metu, fecisse dicitur: quod fit acrius, quo illa in utroq; genere maiora

maiora ponuntur. Spectãtur etiam ad caussam facti, motus animorum, si ira recens, si odiũ uetus, si ulciscendi studium, si iniuriæ dolor, si honoris, si gloriæ, si imperij, si pecuniæ cupiditas, si periculi timor, si æs alienũ, si angustiæ rei familiaris, si audax, si leuis, si crudelis, si impotens, si incautus, si insipiens, si amans, si commota mẽte, si uinolentus, si cum spe efficiendi, si cum opinione celandi: aut si patefactum esset, depellendi criminis, uel perrumpendi periculi, uel in longinquum tempus differendi: aut si iudicij pœna leuior, quàm facti præmium: aut si facinoris uoluptas maior, quàm dãnationis dolor. His ferè rebus facti suspicio confirmatur, cum & uoluntatis in reo caussæ reperiuntur, & facultas. In uoluntate autẽ utilitas ex adeptione alicuius commodi, uitationeq; alicuius incommodi quæritur: ut aut spes, aut metus impulisse uideatur, aut a-

lius repentinus animi motus, qui etiam citius in fraudē, quàm ratio utilitatis impellit. quãobrem sint hæc dicta de causis.

Sed hæc duo sunt ei prima.) Cœperat cõiecturæ locos diuidere: sed ambigui nominis distinguendi caussa, coactus est quædam interponere. quare nunc reuocat suprà cœptam orationem ἐπαναλήψει, ut uocant Græci:, Cicero uerbi reuocationem appellat, de Orat. lib. 3.

Caussam appello.) Hac definitione comprehendit duo Rhetorum capita, ratiocinationem & impulsionem. Ratiocinationem definiunt; diligentem & cõsideratam faciendi aliquid, aut non faciendi excogitationem: quo in genere commodorum spes, & metus incommodorum ponitur. Impulsionem uerò, quæ sine cogitatione, per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: ut amor, iracundia, &c.

Euentum, id quod est effectum.) Factum etiam appellant Rhetores, ut ipse de Inuentione libro secundo. Sed quid euentus nomine intelligatur, paulo pòst clarius docebit.

Quæ in consilio capiendo) Præceptio caussarum & effectuum, deliberationis & coniecturæ communis est. Idcirco quæ in suasione suprà

prà de eis dicta sunt, ad hunc locũ sunt aßumẽda. Est tamen illud discriminis inter illam & hanc tractationem, quòd deliberatio futuri temporis est, iudicium præteriti: illa rerum agendarum, hoc actarum. In deliberatione Orator conatur efficere, ut & uelit auditor, & fieri posse putet, id quod optet: in coniectura, ut iudex persuadeatur, & uoluisse reum, & potuisse facere, quod fecisse arguitur. Est igitur coniectura, & præteriti temporis, ut in iudicio: & futuri, ut in consilio capiendo: & præsentis, ut in demonstratione, quum factum negatur. ut illud, Sit ne Anglia ea insula, in quam maximè cupiat Cæsar exercitum ducere.

Vtilitatis coniecturâ mouetur.) Hæc pertinent ad propositum finem, ex ipso genere caussarum.

Quod fit acrius.) Significat bona & mala, siue spem & metum, exaggerãda esse, quo acrius moueant.

Spectantur etiam ad caußam.) Hæc ad impulsionem referuntur: quæ sunt quædam caussæ, finem præcurrentes.

Si cum spe efficiendi.) Facultatum sunt hæc, & ad caussas efficientes pertinere uidentur, Addunt Rhetores & locum, & tempus, & occasionem, & alia nonnulla. Sed de his dictum est in

uerisimilium locis.

C. F. Teneo, & quæro qui sint illi euentus, quos ex caussis effici dixisti. C. P. Consequentia quædā signa præteriti, & quasi impressa facti uestigia, quæ quidem uel maximè suspicionem mouent, & quasi tacita sunt criminum testimonia. Atque hæc quidem grauiora, quòd caussæ communiter uidētur insimulare, & arguere omnes posse, quorum non interfuerit aliquid. Hæc propriè attingunt eos ipsos qui arguuntur, ut telum, ut uestigium, ut cruor, ut deprehensum aliquid, quod ablatum, ereptum'ue uideatur, ut responsum inconstanter, ut hæsitatum, ut titubatum, ut cum aliquo uisus, ex quo suspicio oriatur: ut eo ipso in loco uisus, in quo facinus: ut pallor, ut tremor: ut scriptum, aut obsignatum, aut depositum quippiam. Hæc enim & talia sunt, quæ aut in re ipsa, aut etiam antequam factum est, aut postea suspiciosum crimen efficiant.

C. F.

C.F. *Teneo, & quæro.*) Teneo, de causis quæ proposuisti: & quæro, de euentis, altero coniecturæ capite.

C.P. *Consequētia quædam signa præteriti.*) Explicato priore cōiecturæ capite, in quo causſæ fuerūt, uenit ad alterū, euētorum scilicet, quæ sunt effecta de caussis. Ostendit autem certius & clarius, qui sint euentus, & quid ab effectis ipsis causarū differāt: tum etiam ab ipsis quoq; caussis. Nam effectus odij aut spei, cædes fuit: euentus autem, quæ ex cæde consecuta sunt, quædam signa præteriti, & quasi impreßa facti uestigia, tacitaq́; criminum testimonia. hæc argumenta & signa uocant Rhetores.

Atq; hæc quidem grauiora.) Iam quid à caussis differant euenta, ostēdit: caussæ enim illæ quas paulo antè explicauit, communiores sunt, & incertius rem indicant; euenta uerò, propius rem attingunt. suntq́; rerū propriæ notæ. Nam caussæ etiam in eum conferri possunt, ad quem crimen nihil pertinet. potest enim commoditas ad eum perueniße, qui non occiderit: at signa & euenta, uix possunt: ut, pallet, titubat, ergo conscius est: cum telo cruento, in loco facinoris uisus est Vlysses, ergo Aiacem necauit.

Hæc enim & talia sunt, quæ aut in re ipsa.) Tripartito distribuit hæc signa: in ea quæ cum re,

ante rem, & post rem, suspicionem criminis faciunt: & rectè quidem. Sed cur ea antè consequentia signa præteriti appellauit? Respondeo, Quoniam & si antequā factum est, & in ipsa re quoque reperiuntur, tamen maxima ex parte factum ipsum consequuntur: idcirco ab eo quod sæpius & certius est, consequentia appellauit.

Quæ si non erunt, tamen caussis ipsis, & efficiendi facultatibus niti oportebit: adiuncta illa disputatione communi, non fuisse illum tam amentem, ut indicia facti aut effugere, aut occultare non posset, ut ita apertus esset, ut locum crimini relinqueret. Cõmunis ille contrà locus, audaciam temeritati, non prudentiæ esse coniunctam.

Quæ si non erunt.) Quid agendum sit, si istiusmodi euentis & signis destituamur, monet. Ac duo esse docet: unum, ut in ipsis causis, id est, in uoluntate & facultatibus commoremur, easque uersemus diligenter: alterum, ut locis communibus utamur. Locos communes nominamus, qui transferri in multas causas possunt, aut quibus in utranque partem uti licet. Tres autem ponit: primum & postremum accusatoris, medium uerò

rò defenſoris: quem ideo proponit, ut accuſator, quid contrà à defenſore dici poßit, uideat, eiq́; alia ſententia reſiſtat. Locorum prætereà communium alij ſunt finiti, & perſonarum: ut, Non *fuiße illum tam amentem, ut indicia facti aut effugere, aut occultare non poſſet. Alij infiniti & generales: ut,* Audaciam *temeritati ſolere, non prudentiæ eße coniunctam.* Hoc loco *uſus eſt* Cicero *pro* Cluentio, *quum Saßiam audacem quidem eſſe dicit ad ſcelus, ſed non ſatis callidam ad occultandum crimen.*

Sequitur autem ille locus ad augendũ, non eſſe expectandum, dum fateatur, argumentis peccata conuinci. Et hic etiam exempla ponentur. Atq; hæc quidẽ de argumentis.

Sequitur autẽ ille locus.) Hic *locus ualet ad impellendos animos iudicũ, ad reum condẽnandũ, etſi de crimine non fateatur, modò argumẽtis res conſtet: id quod exemplis confirmandum dicit, id eſt, ſimilib. iudicijs, & rebus iudicatis, quorum authoritas plurimũ ualet in caußis, id quod in* Verrem *oſtẽdit* Cicero. *Coniecturæ autẽ locos pertractatos penè omnes inueniet, qui pro* Roſc. *Amer. pro* Milone, *pro* Cœlio, *& in* Catilinam, *diligenter orationes perlegerit. longum nimis eſſet.*

set, & molestum, singulos cõiecturæ locos exemplis cumulare. Quoniam uerò implicatiora hæc rudibus, etiam in ipso Cicerone uideri poßint, totum hunc locum caussarum & euentorum, in tabula descriptum proponimus.

- Cõiecturæ loci,
  - Caussa, siue efficiẽdi ratio
    - Voluntas
      - Fines
        - Spes bonorum
        - Metus malorum.
      - Motus, seu impulsio,
        - Ira recens
        - Odium uetus
        - Vlciscẽdi studium
        - Iniuriæ dolor
        - Cupiditas ——
          - Honoris
          - Gloriæ
          - Imperij
          - Pecuniæ.
        - Timor periculi
        - Aes alienum.
        - Angustia rei familiaris.
        - Audacia, Leuitas, Crudelitas — Item
          - Impotentiæ
          - Temeritas
          - Insipientiæ
          - Amor
          - Amicitia
          - Vinolentia.
    - Facultasque est cum
      - Spe efficiendi, Opinione celãdi, Depellendi, — Criminis
      - Perrumpendi, Differendi — Periculi
    - Comparatio ——
      - Præmij & pœnæ
      - Voluntatis & doloris.
  - Euentus, sunt quædam facti quasi uestigia, uel ante, uel in ipsa re, uel post
    - Telum
    - Vestigium
    - Cruor
    - Ablatum siue captum aliquid: ut pallium, annulus.
    - Responsio inconstans
    - Hæsitatio
    - Titubatio
    - Visus, uel ——
      - Cum aliquo, ex quo suspicio
      - In ipso facinoris loco.
    - Item
      - Pallor
      - Tremor
      - Obsignatum
      - Scriptum
      - Depositum.
  - Testes.
  - Quæstiones.

Sin autem erit etiam testium facultas, primùm, genus erit ipsum laudandum: dicendum'que, ne argumentis teneretur reus, ipsum sua cautione fecisse: testes effugere non potuisse. Deinde singuli laudentur. Quæ autem essent laudabilia, dictum est.

Sin autem erit etiam testium facultas.) Duplex est coniecturæ probatio, uelut etiam in locis inuentionis dictum est: artis particeps una, altera artis expers. de illa, ut ex caußis & effectis eruatur, dictum est: iam de ea quæ ab arte remota est, præcipit. Ea uerò in tractatione testium & quæstionum posita est. Primùm igitur testium consideratio bipartita est. Nam & de toto genere testium, & de singulis testibus, dicendum erit. Primùm ergo, genus erit ipsum laudandum: deinde etiam singuli testes. Genus bifariam intelligi potest. uno modo, ut totas ciuitates gentem'que intelligamus. ut pro Cluentio: Adsunt Ferrētani, homines nobilißimi. Itē in Verrem, ubi laudat sæpe totas ciuitates, earūq; decreta. Deinde genus, totā ipsam testimonij dicēdi rationem: ut si quis dicat, testimoniorum fidem maximam esse: idcirco eius authoritatem, sine uitio

indi-

iudicum, reijci non poße. nam multa huiusmodi & pro testimonijs, & contra testimonia dici cõmodè poßunt.

Dicendumq́;, ne argumentis teneretur reus.) Duo sunt tempora, quibus testimonijs uti poßumus. Vnum, quum argumenta, factiq́; uestigia nõ desunt (quod quidem ad maiorem firmitatem facit: nam & ipsa signa, etiamsi alioqui grauia sint, tamen indigent testimonij & grauioris confirmationis, ut ipse Cicero de Inuentione libro primo testatur. Alterum tempus est, quum notæ factorum desunt, testes uerò non desunt. hoc igitur tẽpore quid agendum sit, præcipit: dicendum nimirum, quo minus signa facti extent, reum sua cautione & prouisione fecisse, hominum tamen oculos atque aures uitare nequiuiße.

Deinde singuli laudentur.) Laudandos etiam singulos testes, antè dictum est. ut pro Archia: Ipse adest, uir summa authoritate, & religione ac fide, M. Lucullus.

Quæ autem eßent laudabilia, dictum est.) In locis uerisimiliũ, ubi de personis agit: itẽq́; ubi generis demonstratiui materiem & locos describit, inde sumẽda materia: prout in quoque testiũ aliquid laudabile inuenietur.

Deinde etiam argumento firmo: quia tamen sæpe falsum est, pos-

se

se rectè non credi uiro bono, & firmo: sine uicio iudicis non posse non credi. Atque etiam, si obscuri testes erunt, aut tenues, dicēdum erit, non esse ex fortuna fidem ponderādam: aut eos esse cuiusque locupletissimos testes, qui id, de quo agatur, facillimè scire possint.

Deinde etiam argumento firmo.) *Vt loci communis sententiam unam posuit, quum laudandum est genus testium, si argumenta desint: sic unam singulis testibus laudandis subijcit. Argumentum firmum accipit, non pro eo quod necessariò factū demōstret: ut si cicatrix est, fuit igitur uulnus: sed pro eo quod reuera apparet ipsum, & cernitur: ut cruor, ut pallor: quæ quidem certò cernuntur, tamen non semper factum arguunt. potuit is cruor è naribus fluxisse, potuit in necatum aliquis casu incidisse, telum de corpore extraxisse, hominis casum miseratus attrectasse: potest pallor ex stulto metu, non ex conscientia esse, ut multi natura timidi sunt. Itaque tunc firmum erit signum, sed falsum tamen: multa enim probabilia falsa.*

Atque etiam si obscuri testes erunt.) *Ex hoc loco colligere licet, duo esse genera testium:*

alios

alios claros, & locupletes: alios obscuros, & tenues. Quæ hactenus præcepta sunt, ea prius genus attingunt: quæ nũc dicit, alterũ (ponit autem duas sententias, quibus utendum sit, & quæ sint amplificandæ) est, in testibus probitatem, non fortunam esse spectandam: alterum, eum esse testem satis locupletem & grauem, qui optime id nouit & scit, de quo interrogatur. Ita altera sententia sumitur à probitate, altera à sciẽtia eius rei qua de agitur. Testis enim officiũ est, dicere quæ scierit, aut audierit: ut Cornificius infrà lib. 4. scribit.

Sin quæstiones habitæ, aut postulatio ut habeantur, caussam adiuuabunt, confirmãdum genus primum quæstionum erit, dicẽdum de ui doloris, de opinione maiorũ, qui eam rem totam nisi probassent, certè repudiassent. De institutis Atheniensium, Rhodiorum, doctissimorum hominũ, apud quos etiam (si quod acerbissimum est) liberi, ciuesq; torquentur. De nostrorum etiam prudentissimorum hominum institutis, qui, cum de seruis in dominos queri noluissent, de incestu tamen, & con-

iuratione, quæ facta me consule est, quærendum putauerunt.

Sin quæstiones habitæ.) Siue habitæ sint quæstiones, siue postulentur, eadem tractatio est: continetq; capita quinque. nam aut de re ipsa, deq; genere quæstionum uniuerso dicendum est: aut de opinione maiorum: aut exempla sunt repetenda: aut quæ ab aduersarijs afferri solent, refellēda: & postremò fides est quæstioni habitæ facienda. De *genere quæstionum dicetur, si utiliter & necessariò inuentas esse ostendemus: si solas ex omni genere testimoniorū esse ueras, quòd uis doloris extorquere soleat ueritatē.* De *opinione maiorum, qui cū singulari sapientia fuerint, inuentas repudiassent, nisi earum utilitatem in iudicijs magnam esse comperißent.* Exempla *aut externa erunt, aut nostratia: atque eadem uel uetusta, uel nostræ memoriæ. & noua, quorum uis eo maior erit, quo illustriores & sapientiores fuerint ij à quibus sumentur: ut Israelitarum, Atheniēsium, Rhodiorū, Romanorum, Venetorum: quæ exempla historiæ suppeditabunt.*

Apud quos etiam.) Liberos homines & ciues Romæ non cōsuetos fuisse torqueri, præter historiam, & Ciceronis orationes, etiam libri Pandectarum iuris, & Codex Iustiniani, titulo de quæstionibus lib. 48 testātur. Sed ne seruos quidem in domino-

dominorum caput torquere licuit, nisi in paucis, ijsq; atrocioribus maleficijs: uelut de incestu, de coniuratione, siue de Maiestate, quemadmodum eodem titulo habetur. De incestu est quæsitum Ciceronis tempore in Clodium: & de Maiestate, in coniuratione Catilinæ. Incestus, siue incestum, dicitur flagitium, quod cum ea cõmittitur, cum qua nuptias contrahere non licet, ut eodem ff. tit. lib. 5. Martianus ait.

Irridenda etiã disputatio est, qua solent uti ad infirmãdas quęstiones: & meditata, puerilisq; dicenda: tum facienda fides, diligenter esse, & sine cupiditate quæsitum: dictaq; quæstionis argumentis, & cõiectura põderanda. Atq; hæc accusationis fere membra sunt.

Irridenda etiam disputatio est.) Quartum est tractationis caput, de diluendis aduersariorũ rationibus contra quæstiones: quas rationes suprà, ubi de argumentatione ageret, multas memorauit. Diluentur autẽ & infirmabuntur, si eas tanquam meditatas & pueriles, hoc est, fictas & nugatorias irridebimus.

Tum facienda fides.) Quinta & postrema quæstionis tractãdæ pars, qua fidem habitæ quæ-

stioni facimus. Huius duo sunt loci, alter à diligentia & moderatione quærendi: alter, à uerisimilitudine dictorum in ipsa quæstione. Dicta cum argumentis & signis comparabimus: ostendemusq́ omnia inter se cõsentire. hæc sunt quæ accusatori in coniectura seruanda esse præcipit.

Defensionis autem primùm infirmatio caussarum, aut non fuisse, aut non tantas, aut non sibi soli, aut commodius potuisse idem consequi: aut non his esse moribus, nõ ea uita: aut nullos animi motus, aut non tam impotentes fuisse.

Defensionis autẽ primũ infirmatio causarũ.) Ratio defensionis in coniecturis refellendis pendet ex contrarijs locis, quibus usus est accusator. Nam ut accusator ex caußis, & consequẽtibus signis, ex testibus & quæstionibus, horumq́ partibus crimen ostendere conatus est: sic ex earũdem infirmatione crimen refellet, qui defendit. Et primùm ad diluendas causas hæc afferenda sunt.

Aut non fuiße.) Id est, nullas fuisse caußas cur id faceret, cum nullũ maleficium sine caußa suscipiatur. Si causa nulla erit, nec maleficiũ. ut, Quid odißet Clodiũ Milo, segetẽ ac materiem suæ gloriæ? Non modo nihil prodest, sed obest etiam, Publij

blij Clodij mors Miloni. Nullas quoq; caussas fuisse, sæpe ostendit pro S.R. Amerino.

Aut non tātas.) id est, leues eße caußas. Clodio *magna caussa, magna spes in* Milonis *morte proposita erat: in Milone non modò non tanta, sed etiam nulla, in morte Clodij fuit.* Item pro S. Roscio: Patri *non placebat? Quam ob caussam? necesse est enim, eam quoq; iustam, & magnam, & perspicuam fuiße.* Item: *Ille quo crimen commenticium confirmaret, nō inueniebat: ego res tam leues, qua ratione infirmem, reperire non poßum.*

Aut non sibi soli.) Hoc *præcepto significat uitium in caußis, cum communes appellantur.* Inuidebat Clodio Milo, *at maior in* Clodio *inuidiæ caussa.*

Aut commodius potuisse.) Duo *hic intelliguntur: aut ueras non fuisse caussas, aut alias commodiores fuisse. De priore sic:* Patri *non placebat filius: nam eum in prædia rustica relegarat. At id alij multi patres, qui filios diligunt suos, factitare solēt.* Potest *hoc exemplum etiā ad communes referri.* De *altero sic pro Milone, cum occasionem occidēdi Clodij tractat: Quē igitur cum omnium gratia noluit, hunc uoluit cum aliquorū querela? quem iure, quē loco, quem tempore, quem impunè non est ausus: hunc iniuria, iniquo loco, alieno tēpore, periculo capitis, non dubitauit occidere?*

Aut non his moribus, non ea uita.) Pro Milone: *Reliquum est, ut iam illum natura ipsius consuetudoq; defendat: hunc autem hæc eadem coarguant.* Pro S. Roscio, *in prima parte multa huiusmodi, quæ ad personam pertinent, tractantur: ut, Qua in re, prætereo illud, quod mihi m. mo argumento ad huius innocentiam poterat ej, In rusticis moribus, in uictu arido, in hac horrida incultaq; uita, istiusmodi maleficia gigni non solēt.*

Aut nullos animi motus, aut non tam impot.) *Hæc ad impulsionem pertinent. ut in eadē: Quid simile Milonis? cuius semper fuit, ne P. Clodius, cū in iudicium detrahi non posset, ui oppreßam ciuitatem teneret. Item paulo pòst: Tamen se Milo continuit, & P. Clodium ad iudicium bis, ad uim nunquam uocauit.*

Facultatum autem infirmatione utetur, si aut uires, aut animū, aut copias, aut opes abfuisse demōstrabit: aut alienum tempus, aut locum non idoneum, aut multos arbitros, quorum crederet nemini: aut non se tam ineptum, ut id susciperet, quod occultare non posset: neq; tam amentē ut pœnas ac iudicia contemneret.

Facultatum autē infirmatione.) *Earū quas hic enumerat*

enumerat facultatum, uires, animus, copiæ, opes, tempus, locus, ad spem perficiendi: arbitri occultatio, ad spem celandi: pœnæ, ad opinionem periculi, aut depellendi, aut differendi: & ad comparationem, de qua suprà diximus, pertinent. Ad facultatũ refutationẽ, pertinet illud pro S. Roscio: Ego contrà ostendo, non modò nihil eorũ fecisse S. Roscium, sed ne potuisse quidem facere. Item alia multa ibidem illustria exempla facultatum: ut etiã pro Milone, & pro Cluentio. & non modò facultatum, sed etiam omnium quæ ad coniecturam faciunt, ampla seges est & in prima, & in secunda in Catilinã oratione.

Consequẽtia autem diluet, exponendo, non esse illa certa indicia facti, quæ etiam nullo admisso consequi possent. consistetq; in singulis, & ea aut eorum quæ ipse facta esse dicet, propria esse defendet potius quàm criminis. aut si cum accusatore communia essent, pro periculo potius, quàm contra salutem ualere debere.

Consequẽtia autem diluet exponẽdo.) Quomodo diluantur quæ obijciuntur facti uestigia, tria præcepta tradit: quorũ illud commune est, ut

quæ conglobata & condensata contorsit accusator, ea defensor singula diluat, ut debiliora disiūcta quàm coniuncta esse uideantur. Huius *præceptionis sententiā nemo melius aßecutus est, quàm Latomus, cuius uerba, ne quis fortè requirat, subijciā:* Certa *signa sunt, propria ac neceßaria, quæ infirmantur, si ostendantur non semper consequi, hoc est, non eße propria ac neceßaria: ut,* Non *solum ueneno, sed etiam morbo corpus tumescere: non semper metum eße ex delicti conscientia. Aut aliò uertenda erant, docendumq́;, cuiusuis potius eße quàm criminis propria: ut, sepelisse ex misericordia, non ut crimen celaret: & timuiße, titubaße, fugiße propter falsam suspicionem, & quòd calūniatores sciret paratos sibi eße. Aut si cōmunia sint cū aduersario, hoc est, tam pro illo, quàm pro nobis ualentia, dicendum erit, pro periculo potius quàm contra salutem ualere oportere: ut, Quòd sepelierit, in bonam, non in malam partem interpretandum esse: occurrendum hominum periculis, & subleuandos potius laborantes, quàm quàm affligendos esse.*

Testiumq́ꝫ, & quæstionum genus uniuersum, & quod poterit in singulis, ex reprehensionis locis, de quibus antè dictum est, refellet.

Testium

Testiumq; quæstionum genus.) De caußarum & argumentorum refutatione dixit, nunc breuiter de testibus & quæstionibus: quoniam suprà, cum generatim loci reprehensionis traderentur, de eis quæ erant neceßaria, dicta sunt. Horum diluendorum duplicem eße uiam ostendit: unam, quæ genus uniuersum complectatur: alterã, quæ singula attingat. Vt illa, de toto genere testium, quàm sit infirmum: & argumenta rerũ eße propria, testimonia uoluntatum. Et de singulis testibus, si natura uani, si leues, si cum ignominia: itéq; cætera quæ in ijsdem locis enumerantur. Idem quoque de quæstionibus dicendum erit, quemadmodũ Cicero pro Sylla: Tormenta illa gubernat dolor, moderatur natura cuiusq; tum animi tum corporis: regit quæsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustijs nihil ueritati loci relinquatur. Cõtra singulorum quæstiones, ut pro Cluẽtio: Contra iterum habitã de seruis Opianici à Saßia quæstionem.

Harum caussarum principia suspiciosa ad acerbitatem ab accusatore ponentur. Denunciabiturq́ insidiarum cõmune periculum, excitabunturq́ animi ut attendant.

Harum caußarum principia.) De uniuersa cõiecturæ tractatione hactenus præcepit: nunc de

 singulis

singulis cōiecturalis orationis partibus, deq; sententiarum in eis collocatione agit. Accusatoris principia, cum propositum eius sit, ut iratum faciat iudicē, & ad acerbitatem impellat, suspiciosa esse debent: hoc est, certis notis præteritarum & futurarum rerum respersa. Ergo tria genera sentētiarum adhibebit: unum ad indignationem, alterum ex communi periculo ad terrorem, tertium ad attentionem, ut non solum diligenter audiat, sed etiam audeat fortiter iudicare. Tale principium est accusationis secundæ in Verrem.

A reo autem querela cōflati criminis, collectarumq; suspicionum, & accusatoris insidiæ, & item commune periculū proferetur, animiq; ad misericordiam allicientur, & modicè beneuolentia iudicum colligetur. Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotij suspiciosa explicatio, sparsis omnibus argumentis, obscuratis defensionibus. Defensoris, aut præteritis, aut obscuratis suspicionū argumētis, rerū ipsarū euētus erūt, casusq; narrādi.

A reo autē querela.) Quid faciendū sit cōtrà reo: totidem sunt adhibenda remedia, quot sunt illata

illata uulnera. Commemorabit igitur incōmoda sua reus, & de aduersariorū calūnijs & insidijs querelā proferet, quibus innocentē & destitutū opprimere conātur Deinde cōmune periculū denunciandū & significandū, nisi istā licentiā cohibuerint iudices. Postremò animi iudicū erunt cōciliādi, atq; ad misericordiā & beneuolētiā moderatè leniterq; flectēdi: hæc quomodo fiāt, Quintiana & Rosciana defensiones facile docebunt.
Narratio accusatoris duo habere debet: primum, ut nihil actū, nihil dictū, nusquā uentū, aut habitum, nihil deniq; tentatum sine caussa putetur: id fiet, si suspiciones interiectas habuerit, ex cōmunibus rerū & personarum locis: si dispersa argumenta. Secundum, ut quæ contra à defensore dici possunt, cogitet: eaq; nō tā refutare, quàm obscurare, aut extenuādo, aut irridēdo, conabitur: cuiusmodi sunt in Verrem propè infinita. Defensor simplicem & dilucidā euentorū, id est factorū & casuum expositionē debet habere, cum attenuatione suspicionum, ne se arte defendere uelle uideatur. id aßequetur, aut præteritis, id est dißimulatis suspicionum argumentis & caußis, quæ quidem refutari non poßunt: aut obscuratis, si nō poßunt præteriri. Hoc ipsum facit Cicero in narratione Cluentiana, cum Cluentij in Saßiam matrem odium dißimulare non poßet.

In

In confirmãdis autem nostris argumentationibus, infirmandisque contrarijs, sępe erunt accusatori motus animorum incitandi, reo mitigandi. atque hæc quidem utriq; maximè in peroratione facienda: alteri frequentatione argumentorum, & coaceruatione uniuersa: alteri, si planè caussam redarguendo explicarit, enumeratione, ut quicq; diluerit, & miseratione ad extremum.

In confirmandis autem nostris.) *De confirmatione & refutatione coniecturæ, quoniam locos antea tradidit, hic de solis motibus præcipit: ut nimirum accusator argumentis uehementiam & acrimoniam adiungat, incitandis ad iracundiam animis: defensor uerò in ijsdem motibus mitigãdis & sedandis intendat.*

Atq; hæc quidem utriq; maximè.) *De peroratione actoris & rei, duo ponit præcepta: commune utriusq; alterum, alterum proprium singulorũ. Commune illud est, ut quæ de motibus præcepit in confirmatione & refutatione, ea maximè ab utroque in peroratione seruentur. Sunt enim omnia uehementiora in peroratione & conclusione. Propria uerò illa: accusatoris esse, frequen-*

tare

tare & coaceruare sua in unum locum argumēta, ut coniuncta & conglobata uim habeant maiorem: ut ipse in septima Verrina facit. Rei autem *contrà, singula seorsim ordine (siquidem ea in refutatione explicauit) quasi enumerando tractare: breues rationes intertexere: & ad extremum, ad misericordiam orationem cōuertere.* Nam *ut motuum genere inter se differunt accusator ac defensor, ita etiam argumentorum collocatione: ut in peroratione Cluentiana.*

DE STATV DEFINITIVO.

C. F. Scire mihi iam uideor, quemadmodum coniectura tractanda sit: nunc de definitione audiamus. C. P. Communia dātur in isto genere accusatori defensoriq; præcepta. Vter enim definiendo, describēdoq; uerbo magis ad sensum iudicis, opinionemq; penetrarit, & uter ad cōmunem uerbi uim, & ad eā præceptionem, quam inchoatam habebunt in animis, ij qui audient, magis & propius accesserit, is uincat necesse est. Non enim argumētando hoc genus tractatur, sed tanquam explicando, excutiendoq; uerbo: ut si in reo pecunia

In confirmãdis autem nostris argumentationibus, infirmandisq́ue contrarijs, sępe erunt accusatori motus animorum incitandi, reo mitigandi. atque hæc quidem utriq; maximè in peroratione facienda: alteri frequentatione argumentorum, & coaceruatione uniuersa: alteri, si planè caussam redarguendo explicarit, enumeratione, ut quicq; diluerit, & miseratione ad extremum.

In confirmandis autem nostris.) De confirmatione & refutatione coniecturæ, quoniam locos antea tradidit, hic de solis motibus præcipit: ut nimirum accusator argumentis uehementiam & acrimoniam adiungat, incitandis ad iracundiam animis: defensor uerò in ijsdem motibus mitigãdis & sedandis intendat.

Atq; hæc quidem utriq; maximè.) De peroratione actoris & rei, duo ponit præcepta: commune utriusq; alterum, alterum proprium singulorũ. Commune illud est, ut quæ de motibus præcepit in confirmatione & refutatione, ea maximè ab utroque in peroratione seruentur. Sunt enim omnia uehementiora in peroratione & conclusione. Propria uerò illa: accusatoris esse, frequentare

tare & coaceruare sua in unum locum argumēta, ut coniuncta & conglobata uim habeant maiorem: ut ipse in septima Verrina facit. Rei autem *contrà, singula seorsim ordine (siquidem ea in refutatione explicauit) quasi enumerando tractare: breues rationes intertexere: & ad extremum, ad misericordiam orationem cōuertere.* Nam *ut motuum genere inter se differunt accusator ac defensor, ita etiam argumentorum collocatione: ut in peroratione Cluentiana.*

DE STATV DEFINITIVO.

C. F. Scire mihi iam uideor, quemadmodum coniectura tractanda sit: nunc de definitione audiamus. C. P. Communia dātur in isto genere accusatori defensoriq; præcepta. Vter enim definiendo, describēdoq; uerbo magis ad sensum iudicis, opinionemq; penetrarit, & uter ad cōmunem uerbi uim, & ad eā præceptionem, quam inchoatam habebunt in animis, ij qui audient, magis & propius accesserit, is uincat necesse est. Non enim argumētando hoc genus tractatur, sed tanquam explicando, excutiendoq; uerbo: ut si in reo pecunia

cunia absoluto, rursusque reuocato, præuaricationē accusator esse definiat, omnē iudicij corruptelā, ab reo: defensor autem non omnem, sed tātummodo accusatoris corruptelam ab reo. Sit ergo hæc contētio prima uerborum, in qua etiā si propius accedat ad consuetudinem mentemq́ sermonis defensoris definitio, tamen accusator sententia legis nititur. Negat enim probari oportere, eos qui leges scripserunt, ratum habere iudicium, si totum corruptum sit, si unus accusator corruptus sit; rescindere nititur ęquitate, ut illa quasi scribenda lex sic esset: quæq́ tamē complecteretur in iudicijs corruptis, ea uerbo uno præuaricationis comprehēdisse dicitur.

C. F. *Scire iam mihi uideor.) Interloquitur filius, tū ut intelligat pater, an ea quæ tradidit perceperit, & meminerit sequentium: tum ut decētèr à cōiectura ad definitionis tractationē trāseatur.*

C. P. *Communia dantur in isto genere.) Diximus antè, constare hoc genus ex prima definitione,*

ne, & altera quam refert aduersarius. quid autem esset definitio, quae'ue eius genera & modus, in confirmatione indicatum est. iam quae sit eius tractatio, docetur. Sunt autē huius generis praecepta ferè omnia utriusq; partis cōmunia: nisi quòd, ut in omnibus caussis fieri solet, ut alterius partis argumenta sint probabiliora, sic etiā in hac euenit, ut defensoris meliores sint partes: tum etiā dicēdi copia, si modò caussa sit aliqua grauis, ex inuentionis & amplificationis locis maior, quàm accusatoris. Et quāquā ita sit, tamē quomodo ab utraque parte, quae cōmunia sunt, tractāda sint, docet.

Vter definiēdo describendoq; uerbo.) Oratori ad sensum cōmunem, atq; ad hominum opinionē dicēdum est, non ad ueri necessitatē & scientiam. Quare in definiēdo, si nomē criminis cōtrouersiā pariat, descriptionibus utitur, & uerbi explicatione copiosa saepius, quàm subtili & limata illa Dialecticorum ac philosophorū definitione. Cur autē id faciat, rationē ipse reddidit de Orat. lib. 2. ut & nos suprà in confirmatione annotauimus.

Vt si in eo reo pecunia absoluto.) Ponit exemplū huius status, ut ad id rationem tractationēq; accommodet: atq; ex hoc uno similes aliae caussae, quo tractādae sint modo, intelligatur. Finge Verrē accusari de praeuaricatione, quòd pecunia absolutus sit corrupto iudicio: negare autem Verrē,

eam eſſe preuaricationem, qua ab reo corrūpuntur iudices: accuſator præuaricationem eſſe definiat, omnem iudicij corruptelã ab reo, id eſt, quæ ab reo profecta ſit. Verres autem contrà referat: non omnẽ corruptelam præuaricationẽ eſſe, ſed tantũ accuſatoris ab reo, id eſt, cum ab reo pecunia corrumpitur accuſator, ut ſe uinci patiatur. Hinc ſtatus exiſtit, quid præuaricatio: hoc eſt, utra ſit definitio uerior. ea autem erit uerior & melior, quæ magis ad ſenſum iudicis, opinionẽq; penetrarit, quæq; ad communẽ uerbi uim, & ad eam præceptionem notionem'ue quam inchoatã habebũt in animis ij qui audient, propius acceßit. Ergo rationes uterq; affert, quibus ſuã definitionẽ probet. Et quoniã ex cõtrarijs definitionibus quæſtio exoritur noua, ſcripti & ſentẽtiæ, accuſator ſuam legis ſententia & æquitate defendit: defenſor contrà, uerba legis multis modis tuetur. Accuſator igitur duo hæc habet argumenta: primum ex minore, iniquũ eſſe, ſi accuſator ſolus corruptus ſit, præuaricationẽ dici: ſi omnes iudices, nõ dici. Secundũ ex ui uerbi, quod uno præuaricationis uerbo legiſlator etiã corruptelã iudicum comprehenderit: atq; idcirco idem eſſe, ac ſi lex de corruptis etiam iudicibus loqueretur. id quod poterit etiam ſimilibus loquendi formulis oſtendere, ſi eas in promptu habuerit.

Defensor autem testatur consuetudinem sermonis, uerbiq; uim ex cõtrario reperiet, quasi ex uero accusatore. cui cõtrarium est nomen præuaricationis, ex consequentibus: quòd ea litera de accusatore soleat dari iudici, ex nomine ipso, quod significat eum, qui in contrarijs caussis, quasi uariè esse positus uideatur.

Defensor autem testatur.) *Iam suppeditat locos defensori, qui tamen etiam infrà ad accusatorem pertinere dicentur. Loci sunt, ex consuetudine sermonis, ex contrarijs, ex consequentibus, & ex nomine ipso: id est, ex notatione, & nominis interpretatione. Ex consuetudine loquentiũ sic: Omnes intelligere, uocabulum præuaricationis unius accusatoris esse, non totius iudicij. Sic Catonem, exempli caussa, sic Terentium esse locutum. Ex contrario, si accusator qui corruptus non est, uerus accusator dicitur: ergo qui corruptus est, is solus præuaricator appellabitur. Vero enim accusatori opponitur præuaricator. Ex consequentibus hoc modo: Si præuaricatio est omnis iudicij corruptela ab reo, de condemnando, aut de absoluendo, aut amplificando, de*

omni corruptore litera datur iudici: nõ de omnibus, sed de solo accusatore dari solet. Igitur unius tantũ accusatoris est præuaricatio. alterũ enim alterius est cõsequens. Sunt qui putẽt, diligentius inquirendũ esse, quæ sit ea litera, de qua hic agit: quòd adhuc inuentum non sit, aut explicatũ. Equidẽ existimo, literam esse ex illis trib. unã, quarum mentionem facit Asconius Pædianus in tertiam Verrinam: quarum quæ fuit condemnãdi, C: absoluendi, A: ampliãdi, N.L. dabant: ac extrema nota significabant, non liquere, unde ampliatio nascebatur: quo uerbo significabatur, amplius esse de causa cognoscendũ. Ex nomine ipso, quod significat eum qui in contrarijs caussis, quasi uariè positus esse uideatur. At id accusatoris unius esse potest. nam cum secundum alteram tantum partẽ pronunciet iudex, solus accusator relinquitur, qui duabus sedeat sellis, atq; colludat. Nam præuaricandi interpretationem tenuit Labeo, autore Vlpiano de Præuaricatoribus. l. prima, ff. 47. Præuaricator, inquit Vlpianus, est quasi uaricator, qui diuersam partẽ adiuuat, prodita caussa sua: quod nomẽ à uaria certatione tractum, ait Labeo. Nam qui præuaricatur, ex utraq; parte cõsistit, quinimò ex altera. Is autem præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accusauerit. Accusatorum temeri-

tas tribus modis detegitur, & tribus poenis subijcitur. Aut enim calumniantur, aut praeuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari est, falsa crimina intendere: Praeuaricari, uera crimina abscondere: tergiuersari, in uniuersum ab accusatione desistere. Haec Martianus ad S.C. Turpilianum l. prima. ff. 48. Quòd si quis dicat, Quae igitur actio erit in eos qui ob iudicandum pecuniam acceperint? Respondeo, actio est repetundarum, ut ad L. Iul. Repetun. l. 3. ff. 48.

Sed huic tamen ipsi confugiendum est ad aequitatis locos, ad rerum iudicatarum autoritatem, ad finem aliquem periculi. communeq; sit hoc praeceptum, ut cum uterque definierit, quãmaximè potuerit ad communem sensum, uimq; uerbitum similibus exemplisq; eorũ, qui ita locuti sunt, suam definitionẽ, sententiamq; cõfirmet. atq; accusatori in hoc genere caussarum locus ille communis: Minimis esse cõcedendum, ut is qui de re confiteatur, uerbi se interpretatione defendat.

Sed huic tamen ipsi confugiendum est.) Superioribus quatuor locis defensoris addit tres

alios, æquitatem, rerum iudicatarum autoritatem: tertium à periculo, siue ab incōmodis. Ab *æquitatis locis hoc modo: iniquum esse, eos uelle lege teneri, qui ea lege comprehensi non sunt. hoc nullo iure fieri, nulla æquitate posse.* A' re*bus iudicatis, sic iudicia præuaricationis esse semper de accusatoribus habita, de iudicib. nulla.* A' *periculo, ut Cicero pro Cluē.* Video *quāta, & quàm periculosa, & quàm infinita quæstio tenetur ab accusatoribus, cum eam legē quæ in ipsos scripta sit, in totum iudicium transferre conantur.* Item *accusatorem sui periculi caussa nō res solum conuertere, uerumetiam uerba cōmutare conari: quem locum Cicero ponit de* Inuen. *lib. 2. Sic quæ incōmoda consecutura sint, eo concesso quod uoluit, ostendit.*

Communeq; sit hoc præceptum.) Significat, *hoc præceptum, quemadmodum & reliqua, esse commune, in hoc genere caussæ. nam & de hoc suprà dictum est. uel est, ac si concludēs diceret: Commune igitur sit hoc præceptum.* Nam *epilogo transit ad locos communes accusatoris & defensoris: mox ad locos insitos reuertitur, ut & hos ostendat esse utriusq; communes.* Nam *superiores illi similium & exemplorū assumpti sunt, & autoritate constāt. similium namq; nomine, hic res iudicatæ intelliguntur.* Exēpla *uerò sunt*

testi-

teſtimonia locutionū tum ex ſermone, tum ſcriptis bene loquentium deſumpta.

Atq; accuſatori in hoc genere.) *Locus cōmunis accuſatoris & defenſoris, ab æquitate ſumitur, ſed contrario modo. Nam accuſator, quoniā ſententia legis nititur, locis communibus utetur, qui contra ſcriptum pro ſententia dari ſolēt. ut, Indignū eſſe, ubi de re conſtat, de uerbis uelle cōtendere. Defenſor autē contrà, queritur, ſe non re, ſed iniqua uerbi interpretatione urgeri, cum apertam habeat in ipſis uerbis, legeq; ſententiam. Et id genus alia opponet, quæ pro ſcripto dici ſolent.*

Defenſor autem de ea, quā propoſui, æquitate nitatur: & ea cum ſecum faciat, nō re, ſed deprauatione uerbi ſe urgeri queratur. Quo in genere percenſere poterit pleroſq; inueniēdi locos. Nam & ſimilibus utitur, & contrarijs, & conſequentibus quanquam uterq;: tamē reus, niſi planè erit abſurda cauſſa, frequentius. Amplificandi autē cauſſa, quæ aut cum digredietur à cauſſa, dici ſolent, aut cum perorabunt, hæc uel ad odium, uel ad miſericor

diam, uel omnino ad animos iudicum mouendos, ex ijs quæ sunt antè posita, sumentur: si modò rerum magnitudo, hominum ue aut inuidia, aut dignitas postulabit.

Defensor autē.) Iā redit ad locos artis, quibus quanq̄ frequētius utatur reus (nisi causa planè sit absurda, hoc est, iniqua et aliena) tamē ab utroq; sunt percensendi. Loci sunt cùm alij, tū maximè similia, cōtraria, de quibus satis dictū est lib. 1.

Amplificandi aūt caußa.) *De amplificationis tractatione tria docet: eius locū, modum, & tempus. Locus est uel in confirmādo, cū digredimur à caussa: uel in peroratione. Modus circa affectus uersatur: quorū præcipui sunt in hac caussa, odiū & misericordia: illud accusatoris, hanc defensoris, quæ ex amplificationis locis, qui suprà positi sunt, sumētur. Tēpora duo sunt, quibus amplificatione uti possumus: si res sint magnæ, & periculosæ: aut si hominū uel inuidia, uel dignitas postulabit. Nā ut ipse de Inuen. lib. 2. ait: Illi quidem communes loci, qui aut calumniæ accusatorum demonstrandæ, aut misericordiæ captandæ, aut facti indignandi, aut à misericordia deterrendi caussa sumūtur, ex periculi magnitudine, non ex caussæ genere ducuntur. Quemadmo-*

modum Antoniũ fecisse docet, in Norbani caussa maiestatis, lib. 3. de Oratore.

DE STATV QVALITATIS.

C. F. Habeo ista: nũc ea, quæ cum quale sit quippiã disceptatur, queri ex utraq; parte deceat, uelim audire. C. F. Confiteantur in isto genere, qui arguuntur, se id fecisse ipsum, in quo reprehenduntur.

C. F. Habeo ista: nũc ea.) Ex definitione ad qualitatis statum transit: quæritq; utriusq; partis, id est, accusatoris & defensoris locos.

C. P. Confiteãtur in isto genere.) Cũ reus non solũ se fecisse, uerũetiã idipsum fecisse, quod arguitur, cõfitetur, hoc est, cum non solũ de facto, sed etiã de facti nomine cõstat: tum superest, ut iure se fecisse dicat. ex quo iuris, uel, ut Rhetores *loquuntur, Iuridicialis status nominatur. Ergo tũc ex iuris partibus sunt argumẽta depromẽda. Hoc est igitur, quòd hic Cicero se omnẽ iuris rationẽ explicaturũ esse proponit. id quod non ita intelligendũ est, quasi uniuersam iuris scholã ac doctrinã uelit explicare: (quod exiguo uolumine fieri non posset) sed quod summam iuris diuisionẽ, ueteri illa partiendi facultate uelit proponere: & ut postea dicet, breuiter quasi fontes*

æquitatis aperire. Est autem hæc iuris partitio pulcherrima, quam aliquis secutus, posset, quod tantopere iam tot annos expetitur, ius omne in ordinē redigere: qua de re & ipse lib. 1. de Orat. *nōnihil admonuit. Sed nos hoc loco breuiter singulas partes demōstremus. Ius primum, autore* Celso, *est ars boni & æqui: id est, interprete* Vlpiano, *quo æquū ab iniquo separatur, & licitū ab illicito discernitur.* De *Iust. & iur. l. 1. ff. lib. 1.*

Sed quoniā iure se fecisse dicunt, iuris est omnis ratio nobis explicāda: quod diuiditur in duas partes primas, naturā atq; legem: & utriusque generis uis, in diuinū & humanum ius est distributa. quorū ęquitatis est unum, alterum religionis. Aequitatis autē uis est duplex: cuius altera directi, & ueri, & iusti, & (ut dicitur) ęqui & boni ratione defenditur. altera ad uicissitudinē referēdæ gratiæ pertinet, quod in beneficio gratia, in iniuria ultio nominatur. Atq; hæc cōmunia sunt naturæ atq; legis: sed propria legis & ea quæ scripta sunt, & ea quæ sine literis,

ris, aut gentium iure, aut maiorum more retinentur.

Quod diuiditur in duas partes primas, naturam atque legem.) *Iurisconsulti à publico & priuato suam iuris diuisionem auspicãtur: quàm rectè, uiderint ipsi. certè à natura et instituto, siue uoluntate, omne ius tum diuinum, tum humanum, tum publicum, tum priuatum, & si qua alia genera sunt, manare neceße est. Illi enim sunt omnis iuris fontes. Aristoteles quidem in quinto de Morib. ius, quod ipse ciuile uocat, nimirũ ab homine, qui solus ciuile animal est, in naturale & legitimum partitur: quæ diuisio nihil ab hac doctoris nostri Ciceronis discrepat. Naturam uerò, ius naturæ, siue naturale intelligit. id ab Aristotele ita definitur: cuius ius idem apud omnes ualet. Vlpianus autem sic: Ius naturale est, quod omnia animalia docuit. nam ius istud, inquit, non humani generis proprium est, sed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. Hinc maris atq; fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Nemo tamen existimet tam stupidos fuisse iuriscõsultos, ut ius quod à ratione & mente proficiscitur, in bestijs inesse uoluerint, quæ rationis & consilij expertes, numerandiq; & loquẽdi sunt.*

Sed quoniã quædã naturæ impulsũ faciunt, quæ homines quoque, sed ratione adhibita: idcirco quadam similitudine ius appellarunt naturale, illas affectiones, quas στοργὰς *Græci uocant.* Nam *uel ipsis quæ* Vlpianus *ponit exemplis, uidere licet, eum non de illo iure quod homines solos attingit, intellexisse, sed de quadam naturali facultate: quam, ut dixi, per quandã similitudinẽ, ius appellauit.* Lex *aũt, quam alterã iuris partẽ facit hic* Cicero, *ius legitimũ ab* Aristot. *uocatur, atq; ita definitur:* Esse *ius, quod initio nihil interfuit, sic an secus fieret: cum aũt latũ positũq; est, iam interest. ueluti, captũ mina redimi: aut, caprã immolari, non duas oues. præterea, quæ lege cauta sunt de reb. singulis, ut quæ publicis decretis sancita sunt.* Ex *hoc* Aristotelis *loco constat, unde suam hanc partitionẽ sumpserit* Cicero. *nam in his uerbis, & lex diuina & humana, & publica & priuata continẽtur.* Huius *legis definitio, quoniam diuinas & humanas leges cõplectitur, non rectè ex iure ciuili mihi assumi uidetur.* Quin *potius adhibenda fuit illa ex libro 1. de* Legibus: Lex *est recta ratio imperandi atq; prohibendi: quam qui ignorat, is est iniustus, siue illa scripta est uspiam, siue nusquam.*

Et *utriusq; generis uis.)* Tam *naturalis quàm legitimi iuris partes sunt duæ: diuinum, quo ad*

reli-

religionem impellimur: & humanũ, quo ad æquitatem. Ex hoc naturali diuino iure sunt omnes illæ notiones ac sententiæ: Esse aliquam cœlestem uim, numen'ue diuinum, quo cuncta regantur & gubernentur: idcirco ei aliquem esse cultum & religionem exhibendũ. Nulla enim gens tã fera, nemo omniũ tã est immanis, cuius mentẽ non imbuerit deorũ opinio. Multi de dijs praua sentiũt (id enim uicioso more effici solet) oẽs tamẽ esse uim et naturã diuinã arbitrãtur. Tusc.1.

Quorum æquitatis est unum.) Hic æquitatem ad humanum tãtum ius uult pertinere, idq; distinguẽdi tantum gratia, ut singulæ partes sua habeãt et propria uocabula. Alioqui in Topicis, ubi non tam subtiliter hæc descripsit, æquitatem etiam religionis genus statuit. Aequitas est naturæ sententia, de rebus licitis & illicitis, nusquam scripta, sed animis nostris insita. de qua est illa Ciceronis descriptio pro Milone: Est enim hæc, iudices, nõ scripta, sed nata lex: quam nõ didicimus, accepimus, legimus, uerùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expreßimus: ad quã non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.

Aequitatis autem ius est duplex.) Duo genera facit æquitatis: unum, quod per se directum, uerum, iustũ, bonũ & æquũ est (hæc enim omnia unũ idẽq; significãt) quod inquã per se, non alterius

rius respectu æquum & bonū est: quod est aliud nihil, quàm uera illa & germana iusticiā: ut, honestè uiuere, alterum non lædere, per se rectum æquumq; est. Alterum, quod non per se, sed ad aliud refertur: cuius duæ sunt partes, gratia, & ultio. Nam quanquam gratia in bonam & malam partem capiatur, unde est bona & mala gratia: tamen propriè in beneficio referendo, gratia dicitur: in ulciscenda iniuria, ultio siue uindicatio. Gratia definitur de Inuent. 2. in qua amicitiarum & officiorū alterius memoria, et alterius remunerandi uolūtas cōtinetur. Vindicatio, per quā ius & iniuria, & omnino omne quod obfuturū est, defendendo aut ulciscēdo propulsatur. ad ius gentium hanc partem referunt iurisconsulti, ff. li. 1. de iust. & iur. sed intelligendum est, ius naturæ esse duplex: alterum, omniū animantium commune: alterum, gentiū tantum, id est humani generis propriū, quod idcirco ius humanum à Liuio appellatur. De duplici hoc iure apertè & distinctè disserit Cicero de Offic. lib. 1. Idem facit Aristoteles in Ethicis. Falsum igitur est, quod quidam censent, philosophos ius naturæ cum gentium iure confundere.

Atq; hæc communia sunt.) Commune est naturæ & legis, ut utraque diuina & humana sit: & utraque per se sit, & ad aliud referatur. Nam

lex

lex per se quidem consideratur, ut sit recta ratio in animo sapientis, ut antè dixi: & ad alterum, cum de præmio pœna'que statuit. Aut scripto, aut sine literis, sed more & consensu.

Sed propria legis.) *Communia naturæ & legis capita descripsit: nunc quæ legis sint propria, docet.* Lex *igitur primùm aut diuina est, aut humana: & utraque aut scripta, aut non scripta. diuina lex scripta, ut tabulæ* Mosæ, *in quibus* Deus *leges inciderat.* Non *scripta, ut quæ* Dei *uoce Abrahamo de circuncisione data est, diu'que more retenta. Item'que Christi filij* Dei, *qui literam ipse non scripsit.* Hanc *etiam diuisionem habet Aristoteles Scripti & non scripti iuris, libro octauo* Ethico*rum: habent etiam* Iuri*sconsulti, appellant'que ius ciuile, quod sic definiunt:* Ius *ciuile est, quod neque in totum à naturali uel gentium iure recedit, neque per omnia ei seruit: itaque cum aliquid addimus, uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est ciuile efficimus. ff. libro primo, l. sexta. Cicero autem in* Topicis *sic eleganter à caussis definit:* Ius *ciuile est, æquitas constituta ijs qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas.*

Et ea quæ sine literis,) Ius *non scriptum in-*

 telligit,

telligit, cui duas nunc ſubijcit partes: ius gentium, & morem maiorum. Sed hæc eſt tantum inchoata partitio, quam paulo poſt abſoluet. Ius gentium definit Vlpianus, quo gentes humanæ utuntur: latiusq; patêre, libri iuriſconſultorum docent, quàm hic uelit Cicero. nam ut parentibus & patriæ pareamus, ut gratiam benemeritis referamus, ut uim atq; iniuriam propulſemus, id antè in naturæ partibus poſitum eſt. relinquitur ergò, ut reliqua quæ ab ijſdem iuriſperitis numerãtur, intelligamus. Cuiuſmodi ſunt, à gentibus de religione acceptæ cæremoniæ & ritus, bella item et ſeruitutes, & manumiſſiones, & omnes penè contractus, quæ omnia iure gentiũ eſſe uolũt. ff. lib. 1. Inſt. lib. 1. de iure nat. §. ius gẽtium. Et hoc eſt ius illud naturale, humani generis proprium, ut antè oſtendimus. Omni autẽ in re conſenſus omnium gentium, lex naturæ putanda eſt. Inſt. 1.

Scriptorum autem priuatum aliud eſt, publicum aliud. Publicum, lex, ſenatuſcõſul. fœdus: priuatum, tabulæ, pactum, conuentum, ſtipulatio. Quæ autem ſcripta non ſunt, ea aut conſuetudine, aut conuentis hominum, & quaſi conſenſu obti-

nentur.

nentur. Atque etiam hoc in primis, ut nostros mores, legesque tueamur, quodammodo naturali iure præscriptum est.

Scriptorum autē.) Diuidit scriptū ius in priuatum & publicum. publicū definiunt, quod ad statum rei Romanæ spectat. Romanæ dixerunt illi, propter eius Reip summā maiestatē. nos aūt pro re Romana, Rēp. dicemus, hoc modo: Ius publicū est, quod ad statū Reip. spectat. Priuatū, quod ad singulorum utilitatē. Publici iuris partes illi faciunt, sacra, sacerdotes, & magistratus: quæ quidem non excludit Cicero (nam & sub lege subijcit diuinū quoq; ius) sed quas ipse partes ponit, hæ sunt magis propriæ: nimirum leges, senatusconsulta, fœdera. Plura tamen illi scripto iuri suo tribuunt, legem, plebiscitum, senatusconsultum, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum. omittunt tamen fœdera, quæ haud dubiè & publici iuris sunt, & scripti. Sed legum nomine, tum plebiscita, tum magistratuum edicta, tum principum placita comprehendit: responsa uerò prudentum, cum de iure ciuili loquatur, nequaquam excludit. Nam & hæc omnia in definitione iuris, quæ enumeratione constat, in Topicis recensuit.

Harum

Harum partium definitionem ex iure ciuili sumendæ sunt: Instit. lib. 1. de Iure nat. §. Constat autem. Priuatum ius tripertitò diuidunt, in naturale, gentium & ciuile. Cicero aliter has partes disponit, ut uidimus: ac priuati iuris partes facit, tabulas, pacta, conuenta, stipulationes. Tabulæ, literæ quæuis sunt, in quibus testimonia iuris nostri continentur: ut testamenta, codicilli, & priuatæ de rebus nostris tabulæ, quarũ sunt multa & uaria genera. Pactum, siue pactio quid esset, itemq; stipulatio, alibi docuimus, ex ff. lib. 2. de pactis. Conuentum, conueniens in Topicis appellauit. Iurisperiti etiam conuentionem, ut Vlpianus eodem loco: Conuentionis uerbum generale est, inquit, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendiq; caussa consentiunt, qui inter se agunt.

Quæ autem scripta non sunt.) Inchoatam suprà iuris non scripti partitionem ordine absoluit. tres enim partes facit, ut omnia coniungamus: quarum una gentiũ iure, altera more & cõsuetudine maiorũ, tertia cõuentis hominũ, & recenti consensu cõtinetur. Quid ius gentiũ esset, quid cõuentũ, dictum est: de cõsuetudine uerò unũ aut alterũ locũ afferã. Primò definitionẽ ipsius Ciceronis de Inuẽt. li. 2. Cõsuetudinis autem ius esse putatur, id quod uoluntate omnium, sine lege

lege uetustas comprobauit. huic consentaneè Vl*pianus,* Diuturna *cõsuetudo, inquit, pro iure & lege, in ijs quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet. ff. de leg. l. 33.*

Atq; etiã hoc in primis.) Additur hoc tanquã uinculũ reliquorũ, de legibus & morib. tuendis & cõseruandis. Nam *si leges & mores uolũtate introducta sunt, nõ omnino natura, illud tamẽ penè in ipsa natura insitũ est, ut nostros mores, legesq; tueri uelimus: qui locus cõmunis sæpe à Cicerone usurpatur. uelut pro Cluẽtio, cum ait:* In*dignum esse, in ea ciuitate, quæ legibus contineatur, discedi à legibus. deinde subijcit illam præclarã similitudinẽ:* Vt *corpora nostra sine mẽte, sic ciuitas sine lege suis partib. & neruis ac sanguine et mẽbris uti nõ poteſt. legũ ministri magistratus, legũ interpretes, iudices, legũ deniq; idcirco omnes serui sumus, ut liberi esse poßimus.*

Et quoniam breuiter aperti fontes sunt quasi quidã æquitatis, meditata nobis ad hoc caussarum genus esse debebũt ea, quæ dicẽda erũt in orationib. de natura, de legibus, de more maiorum, de propulsanda iniuria, de ulciscenda, de omni parte iuris.

Et quoniam.) Epilogus huius partitionis iuris: quo admonet, locos nudos, quos notauit, esse iuris & naturalis & ciuilis doctrina, atq; antiquitatis exemplis & moribus replendos & ornandos. Cuius scientia non ex Rhetorum libellis, sed ex iurisperitorum commentarijs petēda est: sine cuius, etsi non summa ac perfecta, at aliqua tamen cognitione iuris & iniuriæ, caussæ tractari non possunt. fontes tamē omnis iuris in philosophorum commentarijs & disputationibus de Moribus & legibus continentur. Quamobrem non modò oratori, uerùm etiam iurisconsulto futuro proderit, in illa philosophiæ parte uersatū esse, Platonis & Aristotelis de Moribus & Repub. nec non Ciceronis de Officijs & Legibus libros euoluisse, qui ad omnem iuris partem uiam patefaciant. Sed exercitatio meditatioq; doctrinæ accedat oportet, sine qua proferre nihil aut parum poterimus.

Si imprudēter aut necessitate, aut casu quippiā fecerit, quod nō cōcederetur ijs, qui sua spōte & uoluntate fecissent, ad eius facti deprecatiōnē ignoscēdi petēda uenia est, quæ sumetur ex plerisq; locis æquitatis.

Si imprudenter.) Qualitas ea quæ iure nititur, quæ & iuridicialis appellatur, rursum biper

tita

tita est. nam & absoluta qualitas est, & assumpta, ut Rhetores *uocant. Absoluta est, quæ ipsa in se, ut nihil foris assumatur, cōtinet iuris & iniuriæ quæstionē. Assumptiua, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, facti ue defensionem: foris autem aliquid defensionis assumit. Ad absolutam pertinēt, quæ adhuc de iure tradidit. nunc paucis de assumptiua admonet. de qua plura suprà in qualitatis partitione, cum de confirmatione ageretur, tradidit. Faciunt autem assumptiuæ partes quatuor, comparationem, relationem, siue translationem criminis, remotionē criminis, & concessionem. hanc postremam hic ponit* Cicero, *non uerbo & nomine, sed re & partibus. Concessio dicitur, cum reus non id quod factum est defendit, sed ut ignoscatur postulat. hāc in duas diuidunt partes: in purgationem siue excusationem, & deprecationem.* Purgatio *est, cū factum conceditur, culpa uerò aliqua de caussa remouetur.* Hæc *partes habet tres, quas etiā hic* Cicero *numerat:* Imprudentiam, *siue inscitiam, casum siue fortunam, & necessitatem: hæc enim omnia excusationem habēt facti aliquā honestā.*

Quod nō concederetur.) De *altera cōcessionis parte loquitur, quæ deprecatio dicitur.* Est *enim deprecatio, cū et peccasse, & cōsultò peccasse se reus cōfitetur, & tamen ut ignoscatur postulat.*

Sunt uerò hæc uerba à ſuperioribus omnino diſtinguenda & ſeparãda. neq; enim prorſus ſpõte fit, quod aut imprudentia, aut neceßitate, aut caſu fortuna'ue peccatur.

Quæ ſumetur ex plerisque locis æquitatis.) Locos & partes purgationis poſuit: iam deprecationis partes unde ſint ſumendæ, indicat. Ex plerisq; æquitatis locis, inquit, non ab omnibus, ſed ex certis. Qui loci diligenter in Rhetoricis de Inuent. recenſentur, atq; omnes ferè ex æquitate pendent, hoc eſt, ex gratia referenda: quidam etiam ex more & conſuetudine. Quin etiã exempla harum omnium partiũ, ex iiſdem Rhetoricis abundè ſuppeditantur. Oportet enim etiam ipſam ueniam aliquo æquitatis ſaltem colore niti, alioqui repudiabitur.

Ius

- Ius
  - Naturæ
    - Diuinum, quod religione continetur.
    - Humanū, æquitate
      - Per se, quod dicitur
        - Directum
        - Verum
        - Iustum
        - Aequum
        - Bonum.
      - Ad aliud
        - Gratia, in beneficio.
        - Vltio, in iniuria.
  - Lex
    - Diuina
      - Scripta
        - Publica
        - Priuata.
      - Non scripta.
    - Humana
      - Scripta
        - Publica
          - Lex
          - Senatus cōsultū
          - Fœdus.
        - Priuata
          - Tabulæ
          - Pactū
          - Cōuētū
          - Stipulatio.
      - Non scripta
        - Ius gentium
        - Mos maiorum.

Sed quoniã quædã naturæ impulsũ faciunt, quæ homines quoque, sed ratione adhibita: idcirco quadam similitudine ius appellarunt naturale, illas affectiones, quas στοργὰς *Græci uocant.* Nam *uel ipsis quæ Vlpianus ponit exemplis, uidere licet, eum non de illo iure quod homines solos attingit, intellexisse, sed de quadam naturali facultate: quam, ut dixi, per quandã similitudinẽ, ius appellauit. Lex aũt, quam alterã iuris partẽ facit hic Cicero, ius legitimũ ab Aristot. uocatur, atq; ita definitur: Esse ius, quod initio nihil interfuit, sic an secus fieret: cum aũt latũ positũq; est, iam interest. ueluti, captũ mina redimi: aut, caprã immolari, non duas oues. præterea, quæ lege cauta sunt de reb. singulis, ut quæ publicis decretis sancita sunt.* Ex hoc Aristotelis loco constat, unde *suam hanc partitionẽ sumpserit Cicero. nam in his uerbis, & lex diuina & humana, & publica & priuata continẽtur. Huius legis definitio, quoniam diuinas & humanas leges cõplectitur, non rectè ex iure ciuili mihi assumi uidetur.* Quin *potius adhibenda fuit illa ex libro 1. de Legibus: Lex est recta ratio imperandi atq; prohibendi: quam qui ignorat, is est iniustus, siue illa scripta est uspiam, siue nusquam.*

Et *utriusq; generis uis.) Tam naturalis quàm legitimi iuris partes sunt duæ: diuinum, quo ad*

reli-

religionem impellimur: & humanũ, quo ad æquitatem. Ex hoc naturali diuino iure sunt omnes illæ notiones ac sententiæ: Esse aliquam cœlestem uim, numen'ue diuinum, quo cuncta regantur & gubernentur: idcirco ei aliquem esse cultum & religionem exhibendũ. Nulla enim gens tã fera, nemo omniũ tã est immanis, cuius mentẽ non imbuerit deorũ opinio. Multi de dijs praua sentiũt (id enim uicioso more effici solet) oẽs tamẽ esse uim et naturã diuinã arbitrãtur. Tusc. 1.

Quorum æquitatis est unum.) Hic æquitatem ad humanum tãtum ius uult pertinere, idq; distinguẽdi tantum gratia, ut singulæ partes sua habeãt et propria uocabula. Alioqui in Topicis, ubi non tam subtiliter hæc descripsit, æquitatem etiam religionis genus statuit. Aequitas est naturæ sententia, de rebus licitis & illicitis, nusquam scripta, sed animis nostris insita. de qua est illa Ciceronis descriptio pro Milone: Est enim hæc, iudices, nõ scripta, sed nata lex: quam nõ didicimus, accepimus, legimus, uerùm ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expreßimus: ad quã non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus.

Aequitatis autem ius est duplex.) Duo genera facit æquitatis: unum, quod per se directum, uerum, iustũ, bonũ & æquũ est (hæc enim omnia unũ idẽq; significãt) quod inquã per se, non alte-

rius

rius respectu æquum & bonū est: quod est aliud nihil, quàm uera illa & germana iusticiā: ut, honestè uiuere, alterum non lædere, per se rectum æquumq; est. Alterum, quod non per se, sed ad aliud refertur: cuius duæ sunt partes, gratia, & ultio. Nam quanquam gratia in bonam & malam partem capiatur, unde est bona & mala gratia: tamen propriè in beneficio referendo, gratia dicitur: in ulciscenda iniuria, ultio siue uindicatio. Gratia definitur de Inuent. 2. in qua amicitiarum & officiorū alterius memoria, et alterius remunerandi uolūtas cōtinetur. Vindicatio, per quā ius & iniuria, & omnino omne quod obfuturū est, defendendo aut ulciscēdo propulsatur. ad ius gentium hanc partem referunt iurisconsulti, ff. li. 1. de iust. & iur. sed intelligendum est, ius naturæ esse duplex: alterum, omniū animantium commune: alterum, gentiū tantum, id est humani generis propriū, quod idcirco ius humanum à Liuio appellatur. De duplici hoc iure apertè & distinctè disserit Cicero de Offic. lib. 1. Idem facit Aristoteles in Ethicis. Falsum igitur est, quod quidam censent, philosophos ius naturæ cum gentium iure confundere.

Atq; hæc communia sunt.) Commune est naturæ & legis, ut utraque diuina & humana sit: & utraque per se sit, & ad aliud referatur. Nam

lex per se quidem consideratur, ut sit recta ratio in animo sapientis, ut antè dixi: & ad alterum, cum de præmio pœna'que statuit. Aut scripto, aut sine literis, sed more & consensu.

Sed propria legis.) Communia naturæ & legis capita descripsit: nunc quæ legis sint propria, docet. Lex igitur primùm aut diuina est, aut humana: & utraque aut scripta, aut non scripta. diuina lex scripta, ut tabulæ Mosæ, in quibus Deus leges inciderat. Non scripta, ut quæ Dei uoce Abrahamo de circuncisione data est, diu'que more retenta. Item'que Christi filij Dei, qui literam ipse non scripsit. Hanc etiam diuisionem habet Aristoteles Scripti & non scripti iuris, libro octauo Ethicorum: habent etiam Iurisconsulti, appellant'que ius ciuile, quod sic definiunt: Ius ciuile est, quod neque in totum à naturali uel gentium iure recedit, neque per omnia ei seruit: itaque cum aliquid addimus, uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est ciuile efficimus. ff. libro primo, l. sexta. Cicero autem in Topicis sic eleganter à caußis definit: Ius ciuile est, æquitas constituta ijs qui eiusdem ciuitatis sunt, ad res suas obtinendas.

Et ea quæ sine literis.) Ius non scriptum intelligit,

telligit, cui duas nunc subijcit partes: ius gentium, & morem maiorum. Sed hæc est tantum inchoata partitio, quam paulo pòst absoluet. Ius gentium definit Vlpianus, quo gentes humanæ utuntur: latiusq; patêre, libri iurisconsultorum docent, quàm hic uelit Cicero. nam ut parentibus & patriæ pareamus, ut gratiam benemeritis referamus, ut uim atq; iniuriam propulsemus, id antè in naturæ partibus positum est. relinquitur ergò, ut reliqua quæ ab ijsdem iurisperitis numerãtur, intelligamus. Cuiusmodi sunt, à gentibus de religione acceptæ cæremoniæ & ritus, bella item et seruitutes, & manumißiones, & omnes penè contractus, quæ omnia iure gentiũ esse uolũt. ff. lib. 1. Inst. lib. 1. de iure nat. §. ius gẽtium. Et hoc est ius illud naturale, humani generis proprium, ut antè ostendimus. Omni autẽ in re consensus omnium gentium, lex naturæ putanda est. Inst. 1.

Scriptorum autem priuatum aliud est, publicum aliud. Publicum, lex, senatuscõsul. fœdus: priuatum, tabulæ, pactum, conuentum, stipulatio. Quæ autem scripta non sunt, ea aut consuetudine, aut conuentis hominum, & quasi consensu obtinentur.

nentur. Atque etiam hoc in primis, ut nostros mores, legesq; tueamur, quodammodo naturali iure præscriptum est.

Scriptorum autẽ.) Diuidit scriptũ ius in priuatum & publicum. publicũ definiunt, quod ad statum rei Romanæ spectat. Romanæ dixerunt illi, propter eius Reip summã maiestatẽ. nos aũt pro re Romana, Rẽp. dicemus, hoc modo: Ius publicũ est, quod ad statũ Reip. spectat. Priuatũ, quod ad singulorum utilitatẽ. Publici iuris partes illi faciunt, sacra, sacerdotes, & magistratus: quæ quidem non excludit Cicero (nam & sub lege subijcit diuinũ quoq; ius) sed quas ipse partes ponit, hæ sunt magis propriæ: nimirum leges, senatusconsulta, fœdera. Plura tamen illi scripto iuri suo tribuunt, legem, plebiscitum, senatusconsultum, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum. omittunt tamen fœdera, quæ haud dubiè & publici iuris sunt, & scripti. Sed legum nomine, tum plebiscita, tum magistratuum edicta, tum principum placita comprehendit: responsa uerò prudentum, cum de iure ciuili loquatur, nequaquam excludit. Nam & hæc omnia in definitione iuris, quæ enumeratione constat, in Topicis recensuit.

Harum

Harum partium definitionem ex iure ciuili sumendæ sunt: Instit.lib.1. de Iure nat. §. Constat autem. Priuatum ius tripertitò diuidunt, in naturale, gentium & ciuile. Cicero aliter has partes disponit, ut uidimus: ac priuati iuris partes facit, tabulas, pacta, conuenta, stipulationes. Tabulæ, literæ quæuis sunt, in quibus testimonia iuris nostri continentur: ut testamenta, codicilli, & priuatæ de rebus nostris tabulæ, quarũ sunt multa & uaria genera. Pactum, siue pactio quid esset, itemq; stipulatio, alibi docuimus, ex ff. lib. 2. de pactis. Conuentum, conueniens in Topicis appellauit. Iurisperiti etiam conuentionem, ut Vlpianus eodem loco: Conuentionis uerbum generale est, inquit, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendiq; caussa consentiunt, qui inter se agunt.

Quæ autem scripta non sunt.) Inchoatam suprà iuris non scripti partitionem ordine absoluit. tres enim partes facit, ut omnia coniungamus: quarum una gentiũ iure, altera more & cõsuetudine maiorũ, tertia cõuentis hominũ, & recenti consensu cõtinetur. Quid ius gentiũ esset, quid cõuentũ, dictum est: de cõsuetudine uerò unũ aut alterũ locũ afferã. Primò definitionẽ ipsius Ciceronis de Inuẽt. li. 2. Cõsuetudinis autem ius esse putatur, id quod uoluntate omnium, sine

lege

lege uetustas comprobauit. huic consentaneè Vlpianus, Diuturna cõsuetudo, inquit, pro iure & lege, in ijs quæ non ex scripto descendunt, obseruari solet. ff. de leg. l. 33.

Atq; etiã hoc in primis.) Additur hoc tanquã uinculũ reliquorũ, de legibus & morib. tuendis & cõseruandis. Nam si leges & mores uolũtatè introducta sunt, nõ omnino natura, illud tamẽ penè in ipsa natura insitũ est, ut nostros mores, legesq; tueri uelimus: qui locus cõmunis sæpe à Cicerone usurpatur. uelut pro Cluẽtio, cum ait: Indignum esse, in ea ciuitate, quæ legibus contineatur, discedi à legibus. deinde subijcit illam præclarã similitudinẽ: Vt corpora nostra sine mẽte, sic ciuitas sine lege suis partib. & neruis ac sanguine et mẽbris uti nõ poteſt. legũ ministri magistratus, legũ interpretes, iudices, legũ deniq; idcirco omnes serui sumus, ut liberi eſſe poſsimus.

Et quoniam breuiter aperti fontes sunt quasi quidã æquitatis, meditatá nobis ad hoc caussarum genus esse debebũt ea, quæ dicẽda erũt in orationib. de natura, de legibus, de more maiorum, de propulsanda iniuria, de ulciscenda, de omni parte iuris.

E Et

Et quoniam.) Epilogus huius partitionis iuris: quo admonet, locos nudos, quos notauit, esse iuris & naturalis & ciuilis doctrina, atq; antiquitatis exemplis & moribus replendos & ornandos. Cuius scientia non ex Rhetorum libellis, sed ex iurisperitorum commentarijs petẽda est: sine cuius, etsi non summa ac perfecta, at aliqua tamen cognitione iuris & iniuriæ, caussæ tractari non possunt. fontes tamẽ omnis iuris in philosophorum commentarijs & disputationibus de Moribus & legibus continentur. Quamobrem non modò oratori, uerùm etiam iurisconsulto futuro proderit, in illa philosophiæ parte uersatũ esse, Platonis & Aristotelis de Moribus & Repub. nec non Ciceronis de Officijs & Legibus libros euoluisse, qui ad omnem iuris partem uiam patefaciant. Sed exercitatio meditatioq; doctrinæ accedat oportet, sine qua proferre nihil aut parum poterimus.

Si imprudẽter aut necessitate, aut casu quippiã fecerit, quod nõ cõcederetur ijs, qui sua spõte & uoluntate fecissent, ad eius facti deprecatiõnẽ ignoscẽdi petẽda uenia est, quæ sumetur ex plerisq; locis æquitatis.

Si imprudenter.) Qualitas ea quæ iure nititur, quæ & iuridicialis appellatur, rursum bipertita

tita est. nam & absoluta qualitas est, & assumpta, ut Rhetores uocant. Absoluta est, quæ ipsa in se, ut nihil foris assumatur, cõtinet iuris & iniuriæ quæstionẽ. Assumptiua, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, facti ue defensionem: foris autem aliquid defensionis assumit. Ad absolutam pertinẽt, quæ adhuc de iure tradidit. nunc paucis de assumptiua admonet. de qua plura suprà in qualitatis partitione, cum de confirmatione ageretur, tradidit. Faciunt autem assumptiuæ partes quatuor, comparationem, relationem, siue translationem criminis, remotionẽ criminis, & concessionem. hanc postremam hic ponit Cicero, non uerbo & nomine, sed re & partibus. Concessio dicitur, cum reus non id quod factum est defendit, sed ut ignoscatur postulat. hãc in duas diuidunt partes: in purgationem siue excusationem, & deprecationem. Purgatio est, cũ factum conceditur, culpa uerò aliqua de caussa remouetur. Hæc partes habet tres, quas etiã hic Cicero numerat: Imprudentiam, siue inscitiam, casum siue fortunam, & necessitatem: hæc enim omnia excusationem habẽt facti aliquãhonestã.

Quod nõ concederetur.) De altera cõcessionis parte loquitur, quæ deprecatio dicitur. Est enim deprecatio, cũ et peccasse, & cõsultò peccasse se reus cõfitetur, & tamen ut ignoscatur postulat.

- *Ius*
  - *Naturæ*
    - *Diuinum, quod religione continetur.*
    - *Humanũ, æquitate*
      - *Per se, quod dicitur*
        - *Directum*
        - *Verum*
        - *Iustum*
        - *Aequum*
        - *Bonum.*
      - *Ad aliud*
        - *Gratia, in beneficio.*
        - *Vltio, in iniuria.*
  - *Lex*
    - *Diuina*
      - *Scripta*
        - *Publica*
        - *Priuata.*
      - *Non scripta.*
    - *Humana*
      - *Scripta*
        - *Publica*
          - *Lex*
          - *Senatus cõsultũ*
          - *Fœdus.*
        - *Priuata*
          - *Tabulæ*
          - *Pactũ*
          - *Cõuẽtũ*
          - *Stipulatio.*
      - *Non scripta*
        - *Ius gentium*
        - *Mos maiorum.*

Expoſitum eſt, ut potui breuiſsimè, de omni controuerſiarum genere, niſi præterea tu quid requiris.

Expoſitum eſt, ut potui.) Dicit ſe, quãta breuitate potuerit, omnia ſumma capita ſtatuum expoſuiſſe: & eſt uerũ. nã uix breuius tot res, tã diſsipatæ, tot partes implicatæ, explicari potuerũt. Callidè aũt cæteros qualitatis ſtatus cõtrouerſiasq; diſsimulat, ut filij exploret ingenium.

DE SCRIPTO ET SENTENTIA.

C. F. Illud equidem, quod iam unum reſtare uideo, quale ſit: cum diſceptatio uerſatur in ſcriptis. C. P. Rectè intelligis. eo enim expoſito, munus promiſsi omne confecero. Sunt igitur ambigui duobus aduerſarijs præcepta communia. Vterq; enim hanc ſignificationem, qua utetur ipſe, dignam ſcriptoris prudẽtia eſſe defendet. Vterque id, quod aduerſarius ex ambiguè ſcripto intelligendum eſſe dicet, aut abſurdũ, aut inutile, aut iniquum, aut turpe eſſe defendet, aut etiam diſcrepare cum

cæteris

cæteris scriptis, uel aliorum, uel maxime si poterit, eiusdẽ, quamq; defendet ipse, eam rem & sententiam quemuis prudentem & iustum hominem, si integrum daretur, scriptu rum fuisse, sed planius: eamq; sententiam, quam significari posse dicet, nihil habere aut captionis, aut uitij. Contrariam autem si probarit, fore ut multa uitia, stulta, iniqua, contraria consequantur.

C. F. *Illud quidem.) Memorem adolescentem uides: qui unum controuersiarum genus restare probe sciat: quale sit, cum in scripto uersatur disceptatio. Huius igitur tractationem & locos requirit.*

C. P. *Rectè intelligis.) Laudat filij diligentiam, qui uideat, eo posito, munus Partitionum esse confectum.*

Munus promisi.) Initio enim, id filio poscenti uidimus promissum: uidelicet, se de omni doctrina dicendi præcepta ordine traditurum.

Sunt igitur ambigui.) Tria, ut antè uidimus, in scripto cõtrouersiarũ genera facit: unũ ambigui, secundũ scripti & uoluntatis, tertium cõtrariarum legũ. His trib. ordine explicatis, perorabit.

In hoc genere ambigui cõmunia sunt duob. aduersarijs, petitori scilicet, ac recusatori, præcepta, cõmunesq́; loci. Vterq; enim suam scripti significationem laudat: uterq; alterius ex ijsdem locis uituperat. Quinám uerò uel cõmendationis, uel uituperatiõis sint loci, tum ex hac Ciceronis *notatione, tum ex alijs* Rhetoricis *libris clarius est, quàm ut cuiusquã egeat explicatione. Sed magno tamẽ usu ac doctrina opus est, ad ambigua intelligẽda, quæ doctrina ferè à* Dialecticis *traditur.* Ambiguũ *hic capitur, cum quod scriptum est, in uarias significationes trahi potest.* Huius *cõtrouersiæ hoc exemplũ dat* Cicero. Paterfamilias, *cum filiũ hæredẽ faceret uasorum argenteorum centũ pondo, uxori suæ sic legauit:* Hæres *meus, uxori meæ uasorum argenteorum pondo centũ, quæ uolet, dato. post mortẽ eius uasa magnifica & preciosè celata, petit à filio mater: ille se, quæ ipse uolet, debere dicit. quæritur, de quo testator intellexerit uerba illa,* Quæ uolet. *nam tã ad matrẽ, quàm ad filiũ, referri posse uidentur.* Iuris *tamẽ cõsulti matri adiudicant. huiusmodi sunt multa in* Pãdectis, *de* Auro *& argẽto legato: uelut l.8. & 9. lib.34.* De *ambiguis hãc legẽ ponit* Celsus, *tit. de leg. l.19.* In *ambigua uoce legis, ea potius accipiẽda est significatio, q̃ uitio caret: præsertim cũ etiã uolũtas legis ex hoc colligi posit.*

Cum autē aliud ſcriptor ſenſiſſe uidetur, & aliud ſcripſiſſe, qui ſcripto nitetur, eum re expoſita, recitatione uti oportebit: deinde inſtare aduerſario, iterare, renouare, interrogare, num aut ſcriptū neget, aut contra factum inficietur. Poſt iudicem ad uim ſcripti uocet: hac cōfirmatione uſus, amplificet rem lege laudanda, audaciamq; confutet eius: qui cum palàm contra fecerit, idq; fateatur, adſit tamen, factumq; defendat. Deinde infirmet defenſionem, cum aduerſarius aliud uoluiſſe, aliud ſenſiſſe ſcriptorē, aliud ſcripſiſſe dicat, nō eſſe ferendū, à quoquam potius latoris ſenſum, quàm à lege explicari. cur ita ſcripſerit, ſi ita non ſenſerit? Cur cum ea, quæ planè ſcripta ſint, neglexerit, quæ nunquā ſcripta ſint proferat? Cur prudentiſsimos in ſcribendo uiros ſummæ ſtultitię putet eſſe damnandos? Quid impedierit ſcriptorem, quo minus exciperet illud, quod

aduersarius, tanquam si exceptum esset, ita dicit se secutũ? Vtetur exemplis ijs, quibus idem scriptor: aut si id non poterit, quibus alij, quod excipiendum putarint, exceperint. Quærẽda etiam ratio est, si qua poterit inueniri, quare nõ sit exceptũ: aut iniqua lex, aut inutilis futura dicetur, aut alia caussa obtemperãdi, alia abrogandi: dissentire aduersarij uocem, atque legis. Deinde amplificandi caussa, de conseruandis legibus, de periculo rerumpublicarum atque priuatarũ, cùm alijs locis, tum in perorãdo maximè, grauiter erit, uehementerque dicendum.

Cum autem aliud scriptor sensisse uidetur.) Scripti & sententiæ cõtrouersia pluribus explicatur, propterea quod difficiliorem habeat doctrinam, usumq; maiorem. incidit enim sæpißimè in legibus explicandis, in testamentis, in interdictis, in religionis controuersijs, ac deniq; in omnium autorum explicatione. Primum igitur Cicero eum instituit, qui scriptũ defendat: pòst etiam, qui sententiã. Hæc autẽ scriptũ tuentis institu-

ſtitutio bipartita eſt.prior pars octo cõtinet capita,ſiue locos,quibus ſcriptũ confirmatur: altera,ſeptem ad infirmandã aduerſarij defenſionẽ. cũ pugnandũ eſt, nõ modò nos idoneis armis inſtructos eſſe oportet,ſed etiã aduerſariorũ noſſe & artes et arma debemus:ut quomodo illis reſiſtendũ ſit,intelligamus. Loci pro ſcripto ſint, *expoſitio,ſcripti recitatio, percunctatio, iteratio,renouatio,interrogatio,demõſtratio, amplificatio.* Expoſitio eſt,*totius cõtrouerſiæ propoſitio,et deſignatio,hoc modo:*M.*Coponius teſtamentum fecit,atq; ita ſcriptũ reliquit: Si mihi filius gignitur, isq; priuſquã in tutelã ſuã uenerit moritur, tũ mihi* M. *Curius ſit hæres. Coponius moritur ſine liberis: poſthumus ei nullus naſcitur:Curius hæreditatẽ adit: agnati Coponij iure experiuntur. Scæuola pro agnatis cauſſam agit, atq; ex ſcripto negat, niſi poſthumus & natus, & antequã in ſuã tutelã ueniſſet,mortuus eſſet, hæredem Curiũ eſſe non poſſe,qui eſſet ſecundũ poſthumũ & natũ & mortuũ hæres inſtitutus. Craſſus aũt defendit:hac Coponiũ mente fuiſſe, ut ſi filius nõ eſſet, qui in tutelã ueniſſet,* M.*Curius eſſet hæres.*Nõ *deſtitit uterq; in ea cauſſa in autoritatibus,in exẽplis,in teſtamentorũ formulis,hoc eſt in medio iure ciuili uerſari.Scæuola igitur in hũc modũ agere cœpit,ac primùm teſta*

menti

mēti uerba recitare: Verba tibi recitari uis Crasſe, recitata ſunt: audiuiſti haud dubiè: Si mihi filius gignitur, is'que prius moritur, &c. tum ut mihi M. Curius ſit hæres. Deinde inſtare pergit, & percūctari: an'nō hæc ſunt teſtamenti uerba? non'ne hæc Coponij uoluntas? an'non perſpicua ſunt? quid quæris, quid melius? Clarius nihil eſſe poteſt. Tū iterare recitationem: Si mihi filius gignitur, audis'ne? oportere filiū gigni? Isq; anteq̄ in tutelā uenerit. ergo natū fuiſſe oportuit. quid deinde? Mortuus ſit. uixerit igitur oportet. Hæc te intelligere puto. Tum renouare percunctationem, & rurſus inſtare aduerſario: Recitata tibi uerba ſunt Coponij, & ſic ſcriptum eſſe non negas: quid igitur petis? num tibi uidētur latina, clara, & ſine ulla ambiguitate perſcripta? quid horum negare potes? Tum interrogare quadam cum diuiſione, ſine complexione: Nū ea eſſe fortè uerba negas? at recitata tibi ſunt, & hic coram omnibus pronunciata. num te M. Curi contra teſtamentū feciſſe, qui hæreditatē adieris? at conſtat, idq; ipſe fateris? Tum uim ſcripti argumentis demonſtrare, & iudicem ad id ſequendū uocare: Quid per Deum immortalem aliud eſt, C. Aquili, Si mihi filius gignitur, isq; ante pubertatem moritur, quid ſi mihi nullus ſit filius qui in tutelā ueniat, Curius'ne ſit hæres? Hæc eſt teſtato-

testatoris cõditio, et exceptio, ut nisi posthumus & natus, & ante tutelæ tempus mortuus sit, ne sit hæres Curius. Hanc tibi legem præscripsit, C. Aquili, qui testamentum fecit, quam in iudicãdo sequi debeas: hanc uerborum uim atq; sententiã, à qua te recedere tua fides, integritas, sapientia prohibet. Tum amplificare à scripti, uel scriptoris collaudatione, & ab aduersariorum audaciæ reprehensione: De Testamento agitur, C. Aquili, quo in priuatis ciuiũ actis nihil firmius esse maiores nostri uoluerunt: agitur de postrema Coponij uoluntate, quam ipse claris, nõ obscuris: latinis, non barbaris: proprijs, non alienis uerbis consignauit: ita ut nil præterea sit requirendũ. Quod cum ita sit, licet audaciã mirari aduersariorum, qui cum contra id quod testamento fecerint, & faciant, tamẽ ausint etiamnũ coram te, C. Aquili, publici & priuati iuris seuerißimo tutore stare, factiq; defensionem quærere: quæ res non facto solum nocet, sed etiam exemplo. Hæc à Scæuola pro scripto dicta sint. Sequũtur loci illi septem, qui ad rationes aduersarij diluendas ualent: quorum primus est, aduersarij sententiæ contemptio, & interpretationis irrisio. Aliud, inquit, uoluit testator, aliud scripsit. hoc tu attendis & audis silentio, C. Aquili, sicut debes pro tua patientia. Sed tamen quid ineptius

hoc

hoc dici, aut fingi poteſt, quàm homines de his rebus, quas maximè intelligi uelint, aliud ſentire, & aliud loqui uel ſcribere? nemo iam teſtamenta, nemo ſtipulationes, nemo leges ullas intelliget ut ſcriptæ ſunt: ſed ex eorũ ingenio qui cõtrà fecerint, iudicet, poſſeßionesq́; det. Secundus *à ſententia & loco communi:* Voluntatẽ & *ſententiã ſcriptoris quæris? eam tibi ille patefacit: à nullo enim melius, quàm ab ipſius ſcripti uerbis explicari poteſt.* Ea *eſt mens, ea ſententia & uoluntas, quæ literis ipſius & ſcripto continetur, quam ſuæ uoluntatis quaſi imaginem eſſe uoluit.* Tertius *locus, rationis altera percunctatio, ſiue ut* Rhetores *uocant, quæſtio.* Hanc *quadripartitò diuidit* Cicero: *quarum duo priora exempla ad finem pertinẽt, reliqua duo ad cauſſam efficientem.* Age *quæſo, cur ita ſcripſit, ſi ita non ſenſit? cur ſi ita ſenſit, aliter ſcripſit? cur prudentiſſimos in ſcribendo uiros ſummæ ſtultitiæ putas eſſe dãnandos?* Quid *obſecrò ſcriptorem impedierit, quo minus exciperet illud, quod uos, tanquam ſi exceptum eſſet, ita dicitis uos eſſe ſecutos?* Quartus *locus, ab exemplis, uel eiuſdem ſcriptoris, uel aliorum, qui quod excipiendum putarent, diſertè exceperint: ut nihil ſit opus aliquid hominum ſcriptis, quòd ipſi non exceperint, affingere.* Conſueſſe *eos qui aut leges,*

ges, aut testamenta scribant, exceptionibus uti. cui addi potest ille similis locus: Ab exemplis earum rerum, quæ cum aduersarijs sententia redderetur, & uoluntas afferretur, à scripto potius iudicatæ sunt. Quintus locus, à caussa, quamobrem non sit exceptum. Quæris, quare Coponius non exceperit: Sin mihi nullus sit posthumus, tum ut mihi ille, uel illi hæredes sint? Quia uidebat homo politus, ineptum esse, si pluribus perscripsisset, quod paucis breuiter & absolutè poterat. Deinde uir prudens intelligebat, nullo posthumo nato, iure ad agnatos hæreditatem uenire. Quòd si natus esset, & ante tutelæ tempus decessisset, grati hominis & memoris esse existimauit, ad eum hæreditatē uenire, qui pro patre filij tutor & curator extitisset. Sextus locus, à collatione scripti & sententiæ, qua aduersarij uocē, & testamenti, dissentire ostendimus. Attende quæso C. Aquili, dum scriptum cum horum sententia contendo. Testamentū dicit: Si mihi filius gignitur, & moritur. isti, Si mihi nullus filius sit. Scripti nostri uox est, ut tum sit Curius secundus hæres: isti, primum esse uolunt. Tuæ igitur sapientiæ est Aquili, uidere, utrum tibi sequendum sit: id'ne quod diligenter perscriptū sit: an id quod contrà scriptum acutè sit, ne dicam audacter & ineptè, excogitatum.

Septi-

Septimus locus, amplificationem continet, quæ constat duobus communibus locis: quorum alter est, de conseruandis legibus & scriptorũ autoritate, de periculo rerumpublicarum atq; priuatarũ, si semel à scripto recedatur. cuius exempla sunt in oratione pro Cluentio illustria. Locus uerò amplificationis est, cùm in tota confirmatione, tũ in peroratione, maximè quod in ea sit proprius amplificationis locus, ut alibi quoq; dictum est. & hæc à scripto dicta sint.

Ille autẽ qui se sententia legis, uoluntateq́ defendet, in consilio, atq; in mente scriptoris, nõ in uerbis ac literis uim legis positam esse defendet: quodq́; nihil exceperit in lege, laudabit, ne diuerticula peccatis darentur, atq; ut ex facto cuiusque iudex legis mentem interpretaretur. Deinde erit utendum exemplis, in quibus omnis ęquitas perturbetur, si uerbis legum ac non sententijs pareatur. Deinde genus eiusmodi calliditatis & calumniæ retrahatur in odium iudicis, cum quadam inuidiosa querela. & si incidet impuden-

dentiæ caussa, quæ non ad delictũ, ſed ad caſum, neceſsitatémue pertineat, quod genus paulo antè attigimus, erit iiſdem æquitatis ſententijs contra acerbitatem uerborum deprecandum.

Ille autem qui ſe ſententia legis, uoluntateq; defendit.) Iam partes eius qui contra ſcriptum à ſententia ſtabit, ſequuntur. Huius quæſtionis tractatio quinq; locis nititur, ſententia communi, cauſsis, exemplis, querela, & deprecatione. His locis cũ uteretur Craſſus aduerſus Q. Mutium Scæuolã, eam obtinuit, ut pro Cecinna teſtatur Cicero. Primum enim, omni dicẽdi copia illum cõmunem locum exornauit: in cõſilio atq; in mente ſcriptoris, & utilitate cõmuni, non in uerbis ac literis uim legis aut alterius monumẽti poſitũ eſſe. Tu me ad uerbũ uocas? Nego oportere, nego obtineri poſſe: nego ullã rẽ eſſe, quæ aut cõprehendi ſatis, aut caueri, aut excipi poſsit, ſi aut præterito aliquo uerbo, aut ambiguè poſito, ſentẽtia & re cognita non id intelligatur, ſed id quod dicitur ualebit. Quæ lex, quod Senatuſcõſultum, quod magiſtratus edictum, quod fœdus aut pactio, quod (ut ad priuatas res redeam) teſtamentũ, quæ iudicia, aut ſtipulationes, aut pa-

cti & conuenti formula non infirmari, aut conuelli potest, si ad uerba rem deflectere uelimus? consiliũ autẽ eorum qui scripserunt, & rationẽ & autoritatem relinquamus. Sermo herculè & familiaris & quotidianus non cohærebit, si uerba inter nos aucupabimur. Deniq; imperiũ domesticũ nullũ erit, si seruulis hoc nostris cõceßerimus, ut ad uerba nobis obediãt: nõ ad id quod ex uerbis intelligi poßit obtemperent. Quæ res igitur ualet? uolũtas & sententia regnare debet in iudicijs, atque in omni imperio ac sermone: quæ si tacitis nobis intelligi posset, uerbis omnino nõ uteremur. Quia nõ potest, uerba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarẽt uoluntatẽ. Deinde quod nihil excepisset Coponius in testamento, quo Curium hæredem esse uoluit, caussas attulit Crassus, scriptorẽq; laudauit. Sed quid opus fuit pluribus rem apertißimã, & uel pueris notam, inuoluere? Quid enim apertius, quàm à Coponio eũ hæredẽ esse institutũ, nullo nato filio: qui filio nato, atque intra pubertatis annos, uel eodẽ die quo editus eßet, mortuo, succedere debuit. Quid enim refert, quo pacto nullus supersit filius, siue quòd natus non sit, siue quod mortuus: neq; enim uir prudentißimus, ut nostis, existimauit se, qui testamẽtum recitarẽt, quòd quiuis facere poßet, habiturũ, sed qui mẽ-

tem

tem assequi, & uoluntatē interpretari poßent. Nam cum intelligeret, quales uiri de huiusmodi controuersijs iudicarent: idcirco quæ perspicua uidentur eße, non adscripsit, quod uos nō scripti sui recitatores, sed consilij & uoluntatis interpretes fore putaret. Quanquā C. Aquili, neminē unquā fore tam stultum cogitauit, qui in re tam perspicua hæreret, atq; in luce tenebras, & nodum in scirpo (ut dicitur) quæreret. Post exēplis, autoritatibus & testamentorū formulis sententiā suam confirmauit. Exemplis nunc uti, uidelicet, mihi neceße est harū rerum omniū: Nō occurrit unicuiq; uestrûm aliud alij in omni genere exemplū, quod testimonio sit, non ex uerbis totū pendere ius, sed uerba seruire hominū consilijs, & autoritatibus? Lex usum & autoritatē fundi iubet eße bienniū. At utimur eodem iure in ædibus, quæ in lege nō appellātur. Actio est in actorē præsentē his uerbis: Quādoquidem te in iure conspicio, hac actione Appius ille cæcus uti non poßet: si tam uerè homines uerba consectarētur, quàm rem, cuius caußa uerba sunt, nō considerarēt. Testamēto, si excitatus hæres eßet pupillus Cornelius, isq; iam annos uiginti haberet: uobis interpretibus amitteret hæreditatem? Veniunt in mentem mihi permulta, uobis plura recuperatores certò scio. Verū ne nimiū multa

 com-

cõplectar, ueſtra diligẽtia prohibeor. Deinde genus eiuſmodi calliditatis & calũniæ retraxit in odiũ iudicis, cum quadã inuidioſa querela. Illud autẽ in tota oratione tua, Q. Muti, mihi maximè mirũ uidebatur, te tantũ & talem iuriſperitum, qui nobis iura deſcripſeris, dicere, nullius hominis autoritate à ſcripto recedi oportere. Quod ego tametſi nõ nunc primum, neq; in hac cauſſa ſolũ audeo, tamẽ admodũ mirabar abs te quẽadmodũ diceretur. Nam cæteri tum ad iſtam hortationẽ decurrunt, cũ ſe in cauſa putant habere æquum & bonũ, quod defendant: ſi contrà uerbis & literis, &, ut dici ſolet, ſummo iure, quod ſæpe ſumma iniuria eſt, cõtenditur, ſolent eiuſmodi iniquitati & boni & æqui nomen dignitatemq; opponere. Tũ illud, quod dicitur, ſic uenire irridẽt: tũ aucupia uerborũ & literarũ tendiculas, in inuidiã uocant: tũ uociferãtur, ex æquo & bono, nõ ex callido uerſutoq; iure rem iudicare oportere: ſcriptũ ſequi, calumniatoris eſſe: boniq; iudicis, uoluntatẽ ſcriptoris autoritatẽq; defendere. In iſta uerò cauſſa cum tu ſis, qui tã diligenter & tã callidè uerbis cõtrouerſias, nõ æquitate defendas, & iura non utilitate cõmuni, ſed literis exprimas, quî potes dicere, autoritati obtemperare non oportere? Et ſimul C. Aquili indignitatẽ iniquitatẽq; hominũ uide,

de, qui tenuibus literis, & obscuris notis, leges, fœdera, pacta, edicta, testamēta, iura omnia diuina & humana, imperia, cōmunesq; omnium sentētias & sermonē obtēperare uellent, atq; ex ijs de uita & nece, de fortunis omniū mortaliū, iudicia fieri. Deprecatio non in ciuili caußa, sed in ijs quæ contra leges facta uidētur, locū habet. Quod si acciderit aßumptiuæ qualitatis locis, ac præsertim cōceßionis partibus, de quibus supra dictum est, utetur qui uolet. Poßumus tamē contra scriptū niti, si dixerimus, quod ex scripto ex uerbis aliquis uelit, nō poße fieri, nō lege, nō more, non natura, nō bono & æquo: quæ omnia uoluiße scriptorē, nemo dubitet. Ad sententiæ defensionē sunt iurisc ōsultorum aliquot dicta preclara, tit. de leg. uelut illud Celsi l. 17. Scire leges nō est uerba earū tenere, sed uim & potestatem. Item eiusdem l. 18. Benignius leges interpretandæ sunt, quo uoluntas earū conseruetur. Item Pauli l. 23. Minimè sunt mutāda, quæ semper interpretationē certam habuerant. Item Modestini l. 25. Nulla iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter, pro utilitate hominū introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra eorū commodum producamus ad seueritatem. Item Paulus l. 29. Contra legem facit, qui id facit quod lex probibet: in

fraudem uerò legis, qui sententiã eius circumuenit. Item Vlpianus l. 30. Fraus enim legi fit, ubi id fit quod fieri noluit, fieri autem non uetuit: & quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit. Atque hæc de scripto & sententia.

DE CONTRARIIS LEGIBVS.

Sin scripta inter se dissentient᷒ tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraq; cõnexa & apta, ut quę paulo antę præcepta dedimus ambigui, quæq; proximè sententiæ & scripti, eadem ad hoc genus caussæ tertium transferãtur. Nam quibus locis in ambiguo defendimus eam significationem quæ nos adiuuat, eisdem in contrarijs legibus nostra lex defendenda est. Deinde est efficiendum, ut alterius scripti sententiam, alterius uerba defendamus. Ita quæ modò de scripto sentẽtiaq; præcepta sunt, eadem huc omnia transferamus.

Sin scripta inter se dissentiunt.) Appellant hunc postremũ statum cõtrariarum legũ. melius

hic Cicero, qui genus posuit, non partē. Possunt enim non modò leges, (legum autem nomine, & leges & plebiscita, & Senatusconsulta intelligi debent) uerùm etiam pactiones, conuenta, stipulationes, tabulæ, atq; alia scriptorum genera inter se dissentire. Sed in legibus attendēdum maximè. Ferè aūt his modis dissentiūt, cum eadē de re altera iubet, altera uetat: aut cū altera cogit, altera permittit: aut cū altera statim aliqd fieri uult, altera cū mora: aut cū una de genere omni, altera de parte quadā loquitur. Monet Cicero, ex proximis superioribus duabus controuersijs, ambigui & scripti & sentētiæ locos esse sumēdos, & ad contrarias leges in utrāq; partē tractandus transferendos: id quod etiam Hermogenes scribit in libro de Statibus. In rhetoricis tamen de Inuētione, Cicero locos huic generi proprios aßignat: etsi ibidem etiam moneat, ex alijs statibus plerosque posse sumi. Quare qui uolet, eos ibidem uidere poterit. Exēpla uerò contrarium legum, præter Rhetores, suppeditabūt etiā libri Pandectarū: quanquā pleriq; negent. Sed Budæus satis apertè illos redarguit in Annotationibus, quas in Pandectas scripsit. Eße autem interdū contrarias leges, testatur etiam Paulus Iurisc. l. 28. tit. de leg. Sed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi sint contrariæ:

fraudem uerò legis, qui sententiã eius circumuenit. Item Vlpianus l. 30. Fraus enim legi fit, ubi id fit quod fieri noluit, fieri autem non uetuit: & quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc distat fraus ab eo quod contra legem fit. Atque hæc de scripto & sententia.

DE CONTRARIIS LEGIBVS.

Sin scripta inter se dissentient, tanta series artis est, & sic inter se sunt pleraq; cõnexa & apta, ut quę paulo antę præcepta dedimus ambigui, quæq; proximè sententiæ & scripti, eadem ad hoc genus caussæ tertium transferãtur. Nam quibus locis in ambiguo defendimus eam significationem quæ nos adiuuat, eisdem in contrarijs legibus nostra lex defendenda est. Deinde est efficiendum, ut alterius scripti sententiam, alterius uerba defendamus. Ita quæ modò de scripto sentẽtiaq; præcepta sunt, eadem huc omnia transferamus.

Sin scripta inter se dißentiunt.) Appellant hunc postremũ statum cõtrariarum legũ. melius hic

hic Cicero, qui genus posuit, non partē. Possunt enim non modò leges, (legum autem nomine, & leges & plebiscita, & Senatusconsulta intelligi debent) uerùm etiam pactiones, conuenta, stipulationes, tabulæ, atq; alia scriptorum genera inter se dissentire. Sed in legibus attendēdum maximè. Ferè aūt his modis dissentiūt, cum eadē de re altera iubet, altera uetat: aut cū altera cogit, altera permittit: aut cū altera statim aliqd fieri uult, altera cū mora: aut cū una de genere omni, altera de parte quadā loquitur. Monet Cicero, *ex proximis superioribus duabus controuersijs, ambigui & scripti & sentētiæ locos esse sumēdos, & ad contrarias leges in utrāq; partē tractandos transferendos: id quod etiam* Hermogenes *scribit in libro de Statibus. In rhetoricis tamen de* Inuētione, *Cicero locos huic generi proprios aßignat: etsi ibidem etiam moneat, ex alijs statibus plerosque posse sumi. Quare qui uolet, eos ibidem uidere poterit. Exēpla uerò contrarium legum, præter* Rhetores, *suppeditabūt etiā libri* Pandectarū *: quanquā pleriq; negent.* Sed Budæus *satis apertè illos redarguit in Annotationibus, quas in* Pandectas *scripsit. Eße autem interdū contrarias leges, testatur etiam* Paulus *Iurisc. l. 28. tit. de leg. Sed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi sint contrariæ:*

 idq;

idq; multis argumẽtis probetur. Nos *hoc unum exemplum ex ijsdem* Pãdectis *proferemus, in l. per seruũ, de usu & habitatione. quæ sic habet:* Deniq; *si fructus deducto usu legatus sit, inutile esse legatum,* Pomponius *lib,5. scribit. Contraria uerò huic legi est illa, in l. huic stipulationi. tit. sequenti.* Ergo *etsi fructus sine usu obtigerit, stipulatio locũ habebit.* H*æc enim omnino inter se dissentiunt.* Altera *enim inutilem dicit stipulationem, in eadem materia, altera utilem.*

PARTITIONVM ORA- *toriarum conclusio.*

EXPOSITAE sunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quę quidem è media illa nostra Academia floruerũt: necq; sine ea aut inueniri, aut intelligi, aut tractari possunt. Nam & partiri ipsum, & definire, & ambigui partitiones diuidere, & argumentorum locos nosse, & argumẽtationem ipsam cõcludere, & uidere quæ sumenda in argumentando sint, quidq; ex ijs quæ sumpta sunt efficiatur, & uera à falsis, uerisimilia ab incredibilibus dijudicare, & distinguere, & aut malè sumpta, aut

malè

malè cõclusa reprehendere, & eadẽ uel angustè differere, ut dialectici qui appellãtur: uel ut oratorẽ decet, latè exprimere, illius exercitationis, & subtiliter disputandi, & copiose dicẽdi artis est. De bonis uerò reb. & malis, æquis, iniquis, utilibus, inutilib. honestis, turpib. quam potest habere orator, sine illis maximarũ rerũ artib. facultatẽ aut copiã? Quare hæc tibi sint, mi Cicero, quæ exposui, quasi iudicia fontiũ illorũ: ad quos si nobis ijsdẽ ducib. alijs'ue perueneris, tũ & hæc ipsa melius, & multa maiora alia cognosces. C. F. Ego uerò, ac magno quidẽ studio, mi pater, multisq́ ex tuis præclarissimis munerib. nullũ maius expecto.

Expositæ sunt tibi.) *Hæc totius huius dialogi conclusio est, in qua sunt hi loci præcipui. Primo loco indicat, unde hasce partitiones sumpserit, & quibus ex fontibus hauserit. Deinde, sine dialecticæ & moralis philosophiæ cognitione, Oratorem esse non posse. Tum, quæ sint Dialecticæ partes & officia. Quarto loco, quid*

dialectica à rhetorica differat. Quintò, *quæ sit doctrinæ moralis subiecta materies.* Vltimò, *breui hortatione ad eas artes discendas extimulat.*

Omnes *oratoriæ partitiones.*) Ergo *frustra quærũtur meliores & perfectiores libri, cũ hic unus omnia* Oratoria *præcepta, eaq́; ad reminiscendum aptißima ratione cõplectatur, ut initiò diximus.* Nam *cum in tres partes distributa sit omnis doctrina dicendi, & eas omnes partiẽdo & diuidendo singulas ad extremã usq; particulã deduxerit & explicauerit, pſpicuũ est, omnes ab eo oratorias partitiones expòsitas eße.*

Quæ *quidẽ è media nostra* Academia *floruerunt.*) Vnde *& hanc partiendi doctrinam, & quæ partitionibus his continẽtur præcepta hauserit, ingenuè fatetur: nimirum ab ea* Academia, *hoc est, ex* Platonis, *ac potißimũ* Aristotelis *doctrina & libris.* Nã Academicos *ueteres &* Peripateticos *eosdẽ fuiße, multis locis testatur* Cicero, *ut de* Finib. *lib.* 4. *&* 5. *& in procemio lib. de* Officijs. *re enim cõsentiẽtes, uocabulis differebant.* Academiam *nostram appellat, indicans se* Academicum *esse.* Nam *cum multæ eßent à* Socrate *philosophorũ tãquam proseminatæ familiæ,* Academicã Cicero *adamauit, propter disserendi libertatẽ, atq; ubertatẽ.* Fuit *enim cõsuetudo* Academiæ, *probabilia sequi, & de omnib.*

rebus

reb. in contrarias partes copiosè differere: suāq; illā ἐποχὴν, id est, assensionis retētionē seruare. Qua de re in Acad. quæst. & in 3. de Orat. multa. Quòd autē dicit floruerūt, pro effloruerūt, id est, extiterūt & manarūt, positū est: ut in procemio de Orat. Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. Est enim translatum uerbum à stirpibus, è quibus cum existunt flores, & prodeunt, florere siue efflorescere dicuntur.

Neq; sine ea) Sine Academia, hoc est, sine philosophia. Sed Academiā nominauit tāq̃ principē atq; eruditissimā philosophādi rationem. Omnis nāq; rerū optimarū cognitio, atq; in his exercitatio, philosophia nominatur. Ex Academicorū autē scriptis & institutis, ut ipse de Fin. lib. 5. scribit, cū omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi potest: iū uarietas est tāta artiū, ut nemo sine eo instrumēto ad ullā rē illustriorē satis ornatus possit accedere. Ab his oratores, ab his imperatores, & rerū publicarū principes extiterūt: ut ad minora ueniā. Mathematici, poetæ, musici, medici deniq; ex hac, tanq̃ ex omniū artiū officina, pfecti sūt. Nō mirū igitur si dicit, Partitionū oratoriarū doctrinā sine Academia nec inueniri, quod ad priorē partē dialecticæ pertinet, quæ τοπικὴ dicitur: nec intelligi, quod est iudicij, quæ pars κριτικὴ & ἀναλυτικὴ nominatur:

tur: nec tractari, quod est exercitationis, posse.

Nam & partiri ipsam.) *Probat à dialecticæ officijs primùm, sine Academicorum doctrina Oratorem esse non posse. tradit enim dialectica uiam & rationem partiendi, definiendi, ambigua distinguendi, argumenta ex locis inueniendi, quæ omnia sunt inuentionis. Deinde argumenta explicandi: ac tum maioris propositionis, tũ minoris, cũ medio collocationẽ: quídq; ex eis efficiatur, ueras enũciationes à falsis, uerisimiles ab incredibilibus discernere, quæ iudicij & acuminis sunt. Postremò, aut malè sumpta, aut malè conclusa reprehendere: id est, fallaces conclusiunculas indicare & refellere, quod eius artis est, quam in ἐλέγχοις tradit Aristoteles.*

Et eadem uel angustè dißerere.) *Discrimen indicat dialecticæ ac Rhetoricæ: quarum quum sit una eadẽq; materia, de omni re proposita ex ijsdem locis dißerere: hoc tamẽ differut inter se, quòd hæc ratio dicendi latior, illa loquẽdi & disputãdi cõtractior est, ut ipse in Orat. ait. Hinc licet ueram utriusq; definitionẽ elicere, ut dialecticã angustè & subtiliter disputandi artẽ esse dicamus, rhetoricã uerò latè & copiosè dicẽdi.*

De bonis uerò reb.) *Locos præcipuos, quib. doctrina de morib. continetur, memorat, ut perspicuum fiat, Oratorem ea carere non posse, si*

nomen suum tueri, dignitatemq́; uelit. Id cùm in alijs oratorijs libris magnificè ostēdit, tum de Orat. lib. 1. sic disputationē concludit: Quare hic locus de uita & moribus, totus est Oratori perdiscēdus. Et in Oratore fatetur, se oratorē, quicunque sit, non ex rhetorū officinis, sed ex Academiæ spacijs extitisse. Bona & mala sunt, ut ostendimus, triplicia: animi, corporis, & fortunæ. Sed hic quæ bona sunt, per se & generaliter intelligit. Aequa & iniqua, iuri & iustitiæ, & eorum cōtrarijs attribuūtur. Vtilia & inutilia ad bona quidē & mala referūtur, sed quæ ita propter aliud sunt, ut ostensum est in deliberatione. Honesta & turpia, in bonis & malis animi cernūtur, interdū etiā corporis & fortunarū, cum ex decoro considerantur. Rursus mala & bona, itemq́; utilia & inutilia, suasionis & dissuasionis fines suprà positi sunt: æqua & iniqua, ad iudicia pertinent: honesta & turpia, ad laudationes & uituperationes: quæ tria sunt genera, in quibus præcipuè uersatur Orator. Ex quo efficitur, necessariam esse moralem & ciuilem Philosophiam Oratori.

Quare hæc tibi sint, mi Cicero.) Clausula huius perorationis, ab utili: hortatur enim filium, ut ad fontes ipsos accedat: id est, ad libros Platonis & Aristotelis, si & quæ ipse tradidit

in his Partitionib. uelit intelligere, quæ ab ijsdẽ fontib. quasi riuuli quidã deductæ sunt, & multa alia lõgè præstãtiora cognoscere. Hac eadem *trãslatione usus est de* Orat. *lib.1.* Equidẽ *uobis (inquit) quoniã ita uoluistis, fontes, unde hauriretis, atq; itinera ipsa ita putaui demonstrãda esse, & ut fieri solet, digitũ ad fontes intendere.*

Fontium illorum.) Illorũ, ad ipsos fontes demonstrãdos refertur, non ad personam aliquam illorũ fontium, quos modò indicaui. Sunt tamen qui legant illarum, ut ad artes, aut ad res bonas & malas, quas memorauit, referatur.

Ad quos si nobis eisdem ducibus.) Si me autore & magistro usus fueris, si tibi locos philosophiæ Romano *sermone explicauero: quod quidẽ fecit.* Nam *& ad ipsum filiũ tres de* Offi*cijs libros scripsit, in quibus locos de morib. & ciuili ratione illustrauit: eũq; ibi hortatur, ut nõ solum orationes suas, sed etiam de philosophia libros studiosè legat.* Cicero *enim omnes ferè philosophiæ locos, quos* Oratori *necessarios esse putauit, in suis dialogis copiosa oratione explicauit: ut ab uno eodemq; autore, quæ hic dicit* Oratori *necessaria esse, haberemus.*

C. F. Ego *uerò, ac magno quidem studio, mi pater.)* His *uerbis mirificum studium suum, & magnum quendam ardorem animi ostendit filius:*

filius: quod mirificè ualet ad patrem, ut philosophiæ locos ei tradere, & se ducem ad eos quos dixit fontes præbere uelit, accendendum.

Nos uerò etiam ex ijsdem fontib. unde hæc ipsa sunt hausta, Partitiones doctoris nostri Ciceronis irrigare, & luce aliqua doctrinæ illuminare conati sumus: non equidē ut ab illis fontib. adolescentes absterrerē, sed potius ut magis incitarem. Sic enim solent, qui domum refertā habent preciosis mercibus, quædam per transennā spectanda prætereuntibus proponere, ut eos ad spectandum, deinde etiam ad alia maiora petenda alliciant. Qui si accesserint, & proferri sibi alia popóscerint, tū diues ille mercator eos introducit, eis'que alia longè maiora & preciosiora, quorum illa tantum specimen fuerāt, ostendit, sumendiq; copiam facit. Nam ut Socratem illum solitum aiūt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus exhortatione sua ad studium cognoscendæ percipiendæq; uirtutis: sic ego intelligo, si his nostris commentariolis adolescentes ad illa maiora & pleniora quærenda accēsi fuerint, me operam & oleum, quod dicitur, nequaquam perdidisse.

EXPLICATIONVM C. S. C. in Oratorias Partitiones FINIS.

SVMMA PRAECEPTORVM DE ARTE dicendi, ex tribus Ciceronis libris de Oratore, distinctè ac dilucidè collecta, & exemplis ex eiusdem Orationibus breuiter illustrata.

CVM is igitur sit orator, hoc tā graui dignus nomine, qui, quæcunq; res inciderit, quæ sit dictione explicanda, prudenter & compositè, et ornatè, et memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate, ab illo penitus pernoscendi sunt omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura tribuit, ad mentes auditorum uel ad irā, aut odium, aut dolorem incitandas, uel ab ijsce ijsdē permotionibus ad lenitatem misericordiāq; reuocandas. hoc enim est proprium oratoris, oratio grauis, & ornata, & hominum sensibus ac mentibus accommodata. Tenenda præterea est omnis antiquitas, exemplorumq; uis, cum in rerum & temporum ordine, in cōsiliorum ratione, in uarijs rerum euentis posita, non parum afferat ad persuadendum utilitatis. Neq; *legum aut*

iuris ciuilis

iuriſciuilis ſcientia negligenda eſt:ut ſi de teſtamentis, de hæreditatibus, de obligationibus, de actionibus, de emptione & uenditione, de locatione, de pecunijs repetũdis, de pœnis, de ſicarijs, de ueneficijs dicendum contigerit (quod ferè ſæpiſsimè fit) poßit prudenter, cõpoſitè, copioſeq́; dicere. Accedat eòdem oportet ſcientia rei militaris, ſi quando occurrerit aut contra Imperatorem, aut pro Imperatore diſſerere: de Repub. de bello, de pace, de inducijs, de præſidio militum, de cuſtodia ciuitatis. Adſit etiã neceſſe eſt lepos quidam, facetiæq́;, & eruditio libero digna homine, celeritasq́;, & breuitas, & reſpondendi et laceßẽdi ſubtili uenuſtate atq; urbanitate cõiuncta. Quid dicã de philoſophia? quæ cum in tres partes diſtributa ſit, in naturæ obſcuritatem, in diſſerẽdi ſubtilitatẽ, in uitam atq; mores, duo illa relinquẽda, idq́; inertiæ noſtræ largiendũ: tertium uerò, quod ſemper oratoris fuit, niſi tenuerit, magnus eſſe omnino minimè poterit. Quare hic locus de uita & moribus totus oratori perdiſcẽdus: ut quid oportuerit de rebus bonis aut malis, expetẽdis aut fugiẽdis, honeſtis aut turpibus, utilibus aut inutilibus, de uirtute, de iuſticia, de continentia, de prudentia, de magnitudine animi, de liberalitate, de pietate, de amicitia, de fide, de officio, cæteriſq́; uirtutibus, contrarijſq́;

uitijs, facilimè eloquatur. Et *certè nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum, atq; artium scientiam consequutus.* E*tenim ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio: quæ nisi subest ab oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem, ac penè puerilem.* Vnde *non sine ratione illius artem nullis terminis circumscribunt, quo minus ei liceat uagari quà uelit.* Etenim *quum cæteræ ferè artes seipsæ per se singulæ tueantur: oratoris autem, quæ est scienter, & peritè, & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionē, cuius finibus septa teneatur: cū plena perfectaq; esse nequeat, nisi de omnibus rebus poßit uariè, copioseq; dicere.* Q*uare maximo in errore uersantur, qui artem minimè putāt esse hanc dicendi: quòd ita nati simus, ut & blandiri, & suppliciter insinuare ijs, à quibus esset petendum, & aduersarios minaciter terrere, & rem gestam exponere, & id quod intenderemus, confirmare: & id quod contradiceretur, refellere: ac ad extremum deprecari aliquid, & conqueri, non aduertentes artem esse imitationem, atq; animaduersionem naturæ, cum nōnullos temerè hæc facere, ac sine ulla ratione uideamus: nonnullos autem institutione atq; obseruatiōe rem dissolutā, diuulsamq;*

conglutinare.

conglutinare, & ratione quadam constringere: quod totum proculdubio artis est, non fortunæ, aut casus existimandum. Quamobrem quum ignota quondam omnibus, ac diffusa latè uiderentur, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, his adhibita est extrinsecus animaduersio quædam, qua in ordinem artemq; redigerentur. De quibus omnibus, ut, quemadmodum proposuimus, aliquid pertractemus, ab ipsa inueniendi ratione sumamus exordium. Non ignorandum est, omnem orationẽ esse aut de infinitæ rei quæstione, sine designatione personarum & temporum: aut de re certis in personis ac temporib. locata. Infinita mihi uidetur, in qua aliquid generatim quæreretur, hoc modo: an intueri lucem eĩ fas esse uideatur, qui à se hominẽ occisum esse fateatur. Certa autem, in qua quid in personis, & in constituta re, et definita quæreretur: cuiusmodi sunt, quæ in foro, atq; in ciuiũ caussis, disceptationibusq; uersantur. Eæ mihi uidentur aut in lite ordinãda, aut in cõsilio dãdo, aut in laudatione (ut adiunxit Aristoteles) esse positæ. Sed istæ omnes ctrouersiæ ad uniuersi generis uim & naturam referuntur. nam si quæratur, Interfecit Clodium Milo defendẽdæ salutis causa, nihil pertinet ad oratoris locos Milonis persona. de ipso enim uniuerso genere infinita quæstio

est, num pœna uideatur esse afficiendus, qui alterum uitæ tuendæ causa interemit. Nulla deniq; est causa, in qua id quod in iudicium uenit ex rei persona, ac non generum ipsorum uniuersa disputatione quæratur. Itaque omnia necessariò à tempore atque homine ad communes rerum & generũ summas reuoluuntur. In utraq; autem re quicquid in controuersiam uenit, in eo quæri solet, factum'ne sit: aut si est factum, quale sit, aut etiam quo nomine uocetur. Nam illud quod quidam adiungunt, Recte'ne factum sit: totum in eo est, quod quale sit quærimus. Existunt etiam controuersiæ ex scripti interpretatiõe, cum aut scriptum sit ambiguum, aut contrariũ, aut dißidens à scribentis sententia. Istæ autem controuersiæ non debent à facti qualitate seiungi. nunquam enim tam quæritur, quale sit genus ipsum rei, quàm in scripto. Ita tria omnino remanent, quæ in disceptationem aut cõtrouersiam cadere possunt, an aliquid sit, quale sit, & quid sit. Quamobrem danda opera est, ut orator primùm reum examinet, ut causa cognita, statim quæ sit causa ambigui cogitet, an facti, an qualitatis, an definitionis. Ac omnes ferè causæ, quæ quidem sunt criminum, plerunq; inficiatione defenduntur. nam & de pecunijs repetundis, de sicarijs, de beneficijs, de peculatu, inficiari necesse est. Sæ
pe autem,

pe autem, non sit nec'ne, sed qualis sit quæritur: ut in causa Milonis, in qua nihil de Clodij nece negabat, sed id iure, ut uim ui illatam propulsaret, factū esse dicebat. Iure autē omnia defendun tur, quæ sunt eius generis, ut aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentia, aut casu facta esse uideātur. Postremò quid uocetur, quæritur: in qua parte illud animaduertendum est, nō esse affectandas minutas illas definitiones uerbi, de quo disceptatur, sed omni copia dicēdi dilatandum & explicandum, ne definitio reprehenso uerbo uno, aut addito, aut adempto, è manibus extorqueatur, ne'ue redoleat doctrinam exercitationemq́; penè puerilem: ne'ue prius à mēte iudicis præterlabatur, quàm percepta sit. In his autem controuersijs pertractandis probatione opus est. Ad probandum autem, duplex est oratori subiecta materies. una rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore, sed in re positæ, ratione tractantur: ut leges, tabulæ, testimonia, quæstiones. ut: Quod si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum uerò, si se telo defenderit, interfici impunè uoluerunt: quis est, qui, quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet? Archias non est professus, imò uerò his tabulis professus est, quæ solæ ex illa professione collegioq́; pretorū

obtinent publicarum tabularum authoritatem. Minitatus est Miloni Clodius. uos ex Marco Fauonio audistis, Clodium sibi dixisse, periturum Milonem triduò. Clodius impudicus est, cum sorore germana nefarium stuprum fecisse. L. Lucullus iuratus, se quæstionibus habitis dixit cõperisse. Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. ita in superiori genere de tractandis argumentis, in hoc autem etiam de inueniendis cogitandum est. Et primum genus illud earũ rerum quæ ad oratorem deferũtur, meditatum nobis in perpetuum ad omnem usum similiũ causarum esse debebit. Nam & pro legibus, & contra leges: & pro tabulis, & contra tabulas: & pro testibus, & contra testes: & pro quæstionibus, & contra quæstiones dicere solemus. In posteriori uerò genere tres dicendi rationes requiruntur: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia cõcitandorũ. Harum trium partiũ, prima lenitatem orationis, secunda acumen, tertia uim desiderat. nam hoc necesse est, ut is qui nobis causam adiudicaturus est, aut inclinatione uoluntatis in nos propẽdeat, aut defensionis argumẽtis adducatur, aut animi permotione cogatur. Sed quoniã illa pars, in qua rerum ipsarũ explicatio ac defensio posita est, uidetur omnẽ huius generis

quaſi doctrinam cõtinere, de ea primùm loquemur. Ad hanc autem conſequandam, primùm orator naturã cauſæ uideat, quid faciat cauſam: id eſt, quo ſublato cõtrouerſia ſtare non poßit: deinde quid ueniat in iudicium, quod hoc modo quæritur: Interfecit Clodiũ Milo. quid facit cauſam? quod tuendæ ſalutis cauſa. hoc tolle, cauſa non erit. At inſidiatum Miloni Clodium negabant accuſatores. ueniet igitur in iudicium, uter utri inſidias fecerit. Poſtea uideat locos probationum, qui ex ſua ui atque natura aſſumuntur. aſſumuntur autem ex ſua ui, cum aut res quæ ſit tota quæritur, aut pars eius, aut uocabulũ quod habeat, aut quippiam, rem illam quod attingat. ſi res tota quæritur, definitione uniuerſa uis explicanda eſt. ut pro Ligario: Atq; ille non mediocri cupiditate arripuit imperium, ſi illud imperium eſſe potuit, quod ad priuatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico cõſilio deferebatur. Sin pars, partitione: ut pro C. Rabirio perduellionis reo. Atq; uidemus hæc in rerum natura tria fuiſſe, ut aut cum Saturnino eſſet, aut cũ bonis, aut latêret. Latêre, mortis erat inſtar turpißimæ: cum Saturnino eſſe, furoris et ſceleris: uirtus, et honeſtas, et pudor, cum conſulib. eſſe cogebat. Sin ex uocabulo, ut in Paradoxis: Laudetur uerò hic Imperator, aut etiam ap-

pelletur, aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo? aut cui tandē hic libero imperabit, qui nō potest cupiditatib. suis imperare? Sin ab eo quod rem attingat, plures sunt argumentorum sedes ac loci. nam & coniuncta quærimus & genera, & partes generibus subiectas, & similitudines, & dissimilitudines, & contraria, et consequentia, & consentanea, & quasi præcurrentia, & repugnantia, & causas rerum uestigabimus, & ea quæ ex causis orta sunt, & maiora, paria, minora quæremus. Ex coniunctis sic argumenta ducuntur, ut pro lege Manilia: Etenim si uectigalia neruos esse Reipub. semper duximus: eum certè ordinem, qui illa exercet, firmamentum cæterorum ordinum rectè esse dicemus. Ex genere autem, ut pro Milone: Sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper uim quacunque ope possent à corpore, à capite, à uita sua propulsarent: non potestis hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudicetis, omnib. qui in latrones inciderint, aut illorum telis, aut uestris sententijs esse pereundum. Ex parte autem ea quæ subiecta est generi, in M. Antonium prima: Quæ lex melior? utilior? optima etiā in Repub. sæpius flagitata? quàm ne prætoriæ prouinciæ plusquā annū, ne plusquam

quam biennium consulares obtinerentur? Hac lege sublata, uidentur ne acta Cæsaris seruari? Ex similitudine, ut in octaua: In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri ac secari patimur, ut membrorum aliquod potius, quàm totum corpus intereat: sic in Reipublicæ corpore, ut totum saluum sit, quicquid est pestiferum, amputetur. At ex dissimilitudine in tertia: Certus autem dies non ut sacrificij, sic consilij expectari debet. Iam ex contrario, pro Milone: Obuiam fit ei Clodius, expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut solebat, sine uxore, quod nunquam fere: cum hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendã apparasset, cum uxore ueheretur, in rheda penulatus, uulgi magno impedimento, ac muliebri & delicato ancillarum puerorumq; comitatu. Ex consequentibus, pro Roscio: Si lege occisus est Roscius, bona quoq; lege uenisse fateor: sin autem constat, contra omnes non modò ueteres leges, uerùm etiam nonas occisum esse, bona quo iure, aut quo modo, aut qua lege uenierint quæro? Ex cõsentaneis, ut pro Milone: Obuiam fit ei Clodius, expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimẽtis, nullis Græcis comitibus, ut solebat: sine uxore, quod nunquam ferè. Ex repugnantibus, pro Ligario: An ille, si potuisset il

sine ullo modo euadere, Vticæ potius quàm Romæ? cum P. Actio, quàm cum concordißimis fratribus? cum alienis esse, quàm cum suis maluisset? Ex præcurrentibus, ut pro Milone: Interim cum sciret Clodius (neq; enim erat difficile scire,) iter solenne, legitimum, necessarium, ante diem tertium decimum calẽdarum februarij Miloni esse Lanuuium ad flaminem prodendum, quod erat dictator Lanuuij Milo, Roma subitò ipse profectus pridiè est, ut ante suum fundum, quod re intellectum est, Miloni insidias collocaret. Ex caussis autem rerum sic, pro lege Manilia: Itaq; hæc uobis prouincia Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem sustinere uultis, nõ modò à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. Ex ijs autem quæ sunt orta de caussis, pro Ligario: Caussa tum dubia, quod erat aliquid in utraq; parte, quod probari posset: nunc melior certè ea iudicanda est, quam etiam dij adiuuerunt. Ex maiore, pro Cecinna: Qui exercitus armatos mouet, is aduocationem togatorum non uidebitur mouisse? Ex minore, pro lege Manilia: Maiores uestri sæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis, bella gesserunt: uos tot ciuium Romanorum millibus uno nuncio atq; uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Ex pari, pro Q. Roscio Co-

scio Comœdo: Nihil interest inter periurum, & mendacem. nam qui mentitur peierare etiā consueuit. Sed iam ad eam partē accedamus, quæ in ratione conciliationis posita est. Valet enim plurimum ad uincēdum, probari mores, instituta & facta, et uitam eorum qui agent causas: & eorum, pro quibus: et item, improbari aduersariorum: ualetq; in primis ad uictoriam in causis cōsequendam, animos eorum, apud quos agitur, conciliari quàm maximè ad beneuolentiam, cùm erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet orator. Conciliantur autem animi dignitate hominis, rebus gestis, existimatione uitæ: in oratoreq; maximè lenitate uocis, uultus, pudoris significatione, uerborum comitate, facilitate, liberalitate, pietate, grati animi opinione, mansuetudine: ut si quid persequatur acrius, inuitum ac coactum se id facere præseferat. Reorum etiam exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, uel in principijs, uel in re narrāda, uel in perorāda, tantam habet uim, si est suauiter & cum sensu tractatum, ut sæpe plus quàm causa ualeat. Huic autem est illa dispar adiuncta ratio orationis, quæ alio quodam genere mentes iudicū permouet, impellitq;, ut aut oderint, aut diligant, aut inuideāt, aut saluum uelint, aut

metuant,

metuant, aut ſpernant, aut cupiant, aut abhor-reant, aut lætentur, aut mereant, aut miſereantur, aut punire uelint, aut ad eos motus adducantur, ſi qui finitimi ſunt, & propinqui ijs ac talibus animi perturbationibus. Atque illud in pri*mis ſagaciſſimè eſt ab oratore inueſtigandum, quo magis declinet animus iudicis, quid ſentiat, quid exiſtimet, quid expectet, quid uelit, quò deduci oratione facillimè poſſe uideatur, ut facilius eum ut currentem incitare poſſit.* Oportet *autem eos motus, quos orator adhibere uolet, iudici, ut in ſeipſo impreſſos atque inuſtos eſſe præſeferat uerbis, ſententijs, uoce, uultu, collachrymatione denique ipſa: neque enim facilè eſt perficere, ut iraſcatur iudex, ſi orator ipſe id lentè ferre uideatur: neq; ut oderit, niſi ipſum flagrantem odio antè uiderit: neque ut ad miſericordiam adducatur, niſi ille ipſe dicendo, agendoq; ſigna doloris oſtenderit.* Hæc *autem fere ſunt in iudicum animis molienda: amor, odium, iracundia, inuidia, miſericordia, ſpes, lætitia, timor, moleſtia. Sentimus autem amorem conciliari, ſi id uelle uideamur, quod ſit utile ipſis, apud quos agamus defendere; ſi aut pro bonis uiris, aut certè pro ijs qui illis boni atque utiles ſint, laborare.* Enitendum *præterea eſt, ut oſtendat orator, in ea re quam defendat, aut di-*

gnitatem

gnitatem inesse, aut utilitatem: eumq;, cui conciliet hunc amorem, significet nihil ad utilitatem suam retulisse, ac nihil omnino fecisse causa sua. hæc autem omnia moderatè ab eo sunt facienda, ne quos ob benefacta diligi uoluerit, eorum laudem atque gloriam, cui maximè inuideri solet, nimis uideatur efferre. Ex ijs ijsdẽ locis, & odium in alios struet, uel à se dimouebit. Eademq; hæc genera tractanda sunt in iracundia uel excitanda, uel sedanda. nam si quod ipsis qui audiunt, perniciosum aut inutile sit, id factum augeat, odium creatur: sin quod aut in bonos uiros, aut in eos quos quisque minimè debuerit, aut in Rempublicam: tum excitatur, si non tam acerbum odium, tamen aut inuidiæ aut odij non dissimilis offensio. Item timor incutitur aut ex ipsorum periculis, aut ex communibus: interior est ille proprius, sed hic quoque communis ad eandem similitudinẽ est perducendus. par, atque una ratio est spei, lætitiæ, molestiæ. Horum longè autẽ est acerrimus inuidiæ motus, tam in ea comprimenda, quàm in excitanda. Inuident autem homines maximè paribus, aut inferioribus: cum se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse. Sed etiam superioribus inuidetur sæpe uehementer, et eo magis, si intolerantius se iactant, & æquabilitatem

tem cõmunis iuris præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transcunt: quæ si inflammanda sunt, maximè dicendum est non esse uirtute parta, deinde uitijs, atque peccatis: tum si erunt honestiora, aut grauiora, tamen non esse tanti ulla merita, quanta insolentia hominis, quantumq; fastidium. ad sedandã autem, magno illa labore, magnis periculis esse parta: nec ad suum commodum, sed ad aliorum esse collata: seseq;, si quam gloriam peperisse uideatur, tametsi ea non sit iniqua merces periculi, tamen ea non delectari, totamq; abijcere atque deponere: omninoq; perficiundum est, ut hæc opinio minuatur, & illa excellens opinione fortuna cum laboribus & miserijs permixta esse uideatur. Iam misericordia mouetur, si is qui audit, adduci potest, aut illa quæ de altero deplorentur, ad suas res reuocet, quas aut tulerit acerbas, aut timeat, aut intuens alium crebrò ad seipsum reuertatur. ita cum singuli casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur, si dicuntur dolenter: tum afflicta & prostrata uirtus maximè luctuosa est. & ut illa altera pars orationis, quæ probitatis commendatione boni uiri debet speciem tueri, lenis atque summissa: sic hæc, quæ suscipitur ab oratore, ad commutandos animos, atque omni ratione flectendos, intenta ac uehemens esse

debet.

debet. Sed est quædam in his duobus generibus, quorum alterum lene, alterum uehemens esse uolumus, difficilis ad distinguendum similitudo. Nam ex illa lenitate, ad hanc uim acerrimam, influat oportet aliquid: & ex hac ui nonnunquam animi aliquid influendum est illi lenitati. In utroque autem genere dicendi, & principia tarda sunt, & exitus tamen spißi & producti esse debent. Nam neque aßiliendum statim est ad illud genus orationis uehemens: nec cum in eam orationem ingressus sis, celeriter discedendum est. Sed in perturbationibus excitandis in primis cõsideretur, postulet'ne causa. nam neque paruis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces: neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectendas proficere poßimus, ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragœdias agamus in nugis, aut conuellere adoriamur ea quæ non poßint commoueri. Sed quoniam tribus rebus omnes ad nostram sententiam perducimus, aut docendo, ut diximus, aut conciliando, aut permouendo: una ex tribus his rebus res præ nobis est ferenda, ut nihil aliud nisi docere uelle uideamur: reliquæ duæ, sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebunt. Quoniam uerò ad hoc idem uidetur per-

tur pertinere uel ad sedandas, uel ad molliēdas, uel ad recreandas iudicum mentes, risus, & facetiarū tractatio, de his quoq; aliquid breuiter afferemus. De risu autem quinq; sunt quæ quærantur: unum, quid sit: alterū, unde sit: tertium, sit'ne oratoris uelle risum mouere: quartum, quatenus: quintū, quæ sint genera ridiculi. Atque illud primum, quid sit ipse risus, quo pacto concitetur, ubi sit, quomodo existat, atq; ita repentè erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus, & quomodo simul latera, os, uenas, uultū, oculos occupet, uiderint Physici. neq; enim ad nos hoc pertinet. Locus autem ridiculorū, unde proueniunt, turpitudine et deformitate quadam continetur. hæc enim ridentur uel sola, uel maximè. Est autem, ut ad illud tertiū ueniā, oratoris, mouere risum, uel quòd ipsa hilaritas beneuolentiam conciliat ei, per quem excitata est: uel quòd admiramur omnes acumē, uno sæpe in uerbo positum, maximè respondētis, nonnunquam etiam lacessentis: uel quod frangit aduersarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat, uel quod ipsum oratorem politum esse hominem significat, quod eruditum, quod urbanum, maximeq; quod tristitiam ac seueritatem mitigat & relaxat: odiosasq; res sæpe, quas argumentis dilui non facile est, ioco risuq; dissoluit.

Quatenus

Quatenus autem sint ridicula tractanda oratori, perquàm diligenter uidendum est, id quod in quærendi quarto loco posueramus. nam nec insignis improbitas, & scelere iuncta, nec rursus miseria insignis agitata ridetur. facinorosi maiori quadam ui, quàm ridiculi, uulnerari uolunt: miseri illudi nolunt, nisi si se forte iactant. parcendum est autem maximè charitati hominum, ne temere in eos dicamus qui diliguntur. In hac autem re non modò illud præcipitur, ne quid insulse: sed etiã, si quid perridiculè poßis. Tria uerò sunt genera facetiarum, ut ad illud perueniamus, quod ultimo loco posueramus: quorum unum re tractatur, alterum dicto: simul re & dicto, tertium. re, si quando quid, tanquam aliqua fabella, narratur, in qua ita facta demonstranda sunt, ut mores eius de quo narres, ut sermo, ut uultus omnes exprimantur: ut ijs qui audiunt, tum geri illa, fieriq́; uideantur. In dicto autem ridiculum est id, quod uerbi aut sentẽtiæ quodam acumine mouetur: sed uerborũ tollitur, si uerba mutaueris: sententiarum permanet, quibuscunq; uerbis uti uelis. Sed quoniã infinitus est facetiarum numerus, ideo his breuiter explicatis, non progrediamur ulterius. Sed quum iam satis à nobis de generis iudicialis inuentione dictum sit quàm breuißimè, quamuis ad deliberatiuum

etiam, et demonstratiuum, quæ diximus, poßint accommodari, ad propriam reliquorum duorum generum inuentionem tractandam accedemus. & ut ab eo quod in laude & uituperatione positum est, exordiamur: dico, perspicuum esse alia in homine optanda, alia laudanda. Optantur pecuniæ, genus, propinqui, amici, opes, ualetudo, forma, uires, cæteraq; quæ sunt aut corporis, aut externa. Verùm quoniam ipsa uirtus in harum rerum usu ac moderatione maximè cernitur, tractanda etiam in laudationibus hæc sunt, naturæ & fortunæ bona: ut si habuerit ille, quem laudamus, bene his usum: si non habuerit, sapienter caruisse: si amiserit, moderatè tulisse dicamus. In his etenim summa laus est, nō extulisse se in potestate, non fuisse insolentem in pecunia, nō se prætulisse alijs propter abundantiam fortunæ: ut opes & copiæ non superbiæ uideantur, ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dedisse. Virtus autem, quæ est per seipsa laudabilis, ac sine qua nihil laudari potest, plures habet partes. Sunt enim aliæ uirtutes, quæ uidentur in morib. hominum, & quadam comitate ac beneficentia positæ: aliæ, quæ in ingenij aliqua facultate. In his tamen illæ potißimum commendantur, quæ nō tam ipsis, qui eas in se habent, sed generi hominum

num

num fructuosæ putantur. Sed tamen in laudando iungenda sunt etiam hæc genera uirtutum. Ferunt enim aures hominum, cùm illa quæ iucunda & grata, tum etiam illa quæ mirabilia sunt, in uirtute laudari. Et quoniam singularum uirtutum sunt certa quædam officia & munera, & sua cuique uirtuti laus propria debetur, erit explicandum in laude iusticiæ, quid cum fide, quid cum æquabilitate, quid cum eiusmodi aliquo officio is qui laudabitur fecerit. Itemque in cæteris, res gestæ ad cuiusque uirtutis genus, & uim & nomen accommodabuntur. Gratißima autem laus eorum factorum habetur, quæ suscepta uidentur à uiris fortibus, sine emolumento ac præmio: quæ uerò etiam cum labore ipsorum, hæc habent uberrimam copiam ad laudandum: quod & dici ornatißimè possunt, & audiri facillimè. Ea denique uirtus esse uidetur præstantis uiri, quæ est fructuosa alijs, ipsi autem laboriosa, aut periculosa, aut certè gratuita. Magna etiam illa laus, & admirabilis uideri solet, tulisse casus sapienter aduersos: non fractum esse fortuna: retinuisse in rebus asperis dignitatem. Neque tamen illa non ornant, habiti honores, decreta uirtutis præmia, res gestæ iudicijs hominum comprobatæ: in quibus etiam

fœlicitatem ipsam deorum immortalium iudicio tributam, laudationis est. Sumendæ autem res erunt, aut magnitudine præstabiles, aut nouitate primæ, aut genere ipso singulares. neq; enim paruæ, neq; usitatæ, neq; uulgares admiratione, aut omnino laude dignæ uideri solent. Vituperandi autem præcepta contrarijs ex uitijs sumenda esse, perspicuum est. Sed ut aliquando ad tertiũ genus causæ perueniamus, suadere aliquid, aut dissuadere grauißimæ mihi uidetur esse personæ. nam & sapientis est, cõsilium explicare suum de rebus maximis: & honesti & diserti, ut mente prouidere, authoritate probare, oratiõe persuadere poßit. Ergo in suadẽdo nihil est optabilius, quàm dignitas. nam qui utilitatem putat, non quid maximè uelit suasor, sed quid interdum magis sequatur, uidet. nemo est enim, præsertim in clara ciuitate, quin putet expetendam maximè dignitatem: sed uincit utilitas plerunq;, quum subest ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem posse retineri. Controuersia autem inter hominum sentẽtias, aut in illo est, utrum sit utilius: aut etiam, cum id conuenit, certatur, utrum honestati potius, an utilitati consulendum sit? Quæ quia pugnare inter se uidentur, qui utilitatem defendet, enumerabit commoda pacis, opum, potentiæ, pecuniæ, uectigalium, præsidij militum,

utilitates

utilitates cæterarum rerum, quarũ fructum utilitate metimur. itemq; incommoda contrariorũ. Qui ad dignitatẽ impellet, maiorum exempla, quæ erunt uel cũ periculo gloriosa, colliget: posteritatis immortalem memoriam augebit, utilitatem ex laude nasci defendet, semperq; cum dignitate esse coniunctam. Sed quid fieri poßit, aut non poßit, quidq; etiam sit necesse, aut non sit, in utraq; re, maximè est quærendũ. Ad cõsilium autem de Repub. dandũ, caput est, nosse Rempublicam: ad dicendum uerò probabiliter, nosse mores ciuitatis: qui quia crebrò mutantur, genus quoque orationis est sæpe mutandum. Et quanquam una ferè uis est eloquentiæ, tamen quia summa dignitas est populi, grauißima causa Reipublicæ, maximi motus multitudinis, genus quoque dicendi grandius quoddam & illustrius esse adhibendum uidetur: maximaq; pars orationis admouenda est ad animorum motus: nonnunquam aut cohortatione, aut commemoratione aliqua, aut in spem, aut in metum, aut ad cupiditatem, aut ad gloriam concitandos: sæpe etiam à temeritate, iracũdia, spe, iniuria, inuidia, crudelitate, reuocandos. Exposui ferè, ut potui, in omni genere causarum, quæ sequi poßimus, quæ fugere, quæ spectare, qua omnino in causis ratione uersari. Proximum est, ut de dispositione orationis,

tionis,ut proposuimus, aliquid breuiter pertra ctemus. Cuius ratio duplex est:altera, quam affert natura causarũ:altera, quæ oratorum iudicio & prudentia comparatur. Nam ut aliquid ante rem dicamus, deinde ut rem exponamus, post ut eam probemus nostris præsidijs confirmandis, contrarijsq; refutandis:deinde ut cõcludamus,atq; ita peroremus.hoc dicendi genus natura ipsa præscribit. Vt uerò statuamus ea quæ probãdi,docendi,persuadendi causa dicẽda sunt, quemadmodum componamus,id est uel maximè propriũ oratoris prudentiæ.Nam & digredi ab eo quod proposueris, atq; agas,permouendorũ animorũ causa,sæpe utile est.Itaq; uel narratione exposita,sæpe datur ad commouẽdos animos digrediendi locus:uel argumentis nostris confirmatis,uel cõtrarijs refutatis:uel utroq; loco, uel omnibus,si habet eam causa dignitatem,atq; copiam,rectè id fieri potest.Sed quemadmodum in oratore optimus quisque,sic in oratione firmissimum quidque primum esse debebit: dum illud tamen in utroque teneatur, ut ea quæ excellant, seruentur etiam ad perorandum: siq; erunt mediocria ,in medium agmen conijciantur.His omnibus rebus consideratis,tum deniq; id quod est primum,dicendum:postremò debemus cogitare, quo utamur exordio . nam si quando id pri-

mum

mum inuenire uoluerimus,nullum nobis occurret, nisi aut exile, aut nugatorium,aut uulgare, aut cõmune. Principia aũt dicendi causarũ propria esse,ab earumq; uisceribus deduci oporte. Idcirco tota causa pertẽtata atq; perspecta,locis omnibus inuẽtis atq; instructis,cõsiderandũ est, quo principio sit utendũ. Sumetur enim ex his reb. quæ erunt uberrimæ uel in argumẽtis,uel in ijs partibus,ad quas diximus digredi sæpe oportere.Ita & momẽti aliquid afferẽt,cum erunt pené ex intima defensione deprompta:& apparebit ea nõ modò nõ esse cõmunia, nec in alias causas posse transferri:sed penitus ex ea causa, quæ tunc agatur,defluxisse. Omne autem principiũ, aut rei totius quæ agetur significationẽ habere debebit : aut aditũ ad cau am,& munitionẽ:aut quoddã ornamentũ,et dignitatẽ. Sed oportet,ut ædibus ac templis uestibula & aditus, sic causis principia pro portiõe rerũ præponere. Itaq; in paruis atq; frequentib. causis ab ipsa re sæpe est exordiri cõmodius:cum uerò erit utendũ principio,aut ex reo, aut ex aduersario,aut ex re, aut ex ijs apud quos agitur,ducemus sententias. Ex reo,quæ significẽt uirũ bonũ,quæ liberalẽ, quæ calamitosum, quæ misericordia dignũ, quæ ualeãt contra falsam cirminationẽ.Ex aduersario, ijsdẽ ex locis ferè cõtraria.Ex re,si crudelis, si in

fanda, si præter opinionẽ, si immeritò, si misera, si ingrata, si indigna, si noua, si quæ restitui sanariq; nõ poßit. Ex ijs aũt apud quos agetur, ut beneuolos beneq; existimantes efficiamus. Maxima uerò copia principiorũ ad iudicẽ aut alliciẽdum aut incitandum ex ijs locis trahitur, qui ad motus animorum conficiẽdos inerunt in causa: quos tamen totos in principio explicari non oportebit, sed tantum impelli primò iudicẽ leniter, ut iam inclinato, reliqua incumbat oratio. Connexa autem ita esse cõsequenti orationi debebunt, ut tanquam cohærentia cum omni corpore membra esse uideantur, non ut sibi audientiam uelle facere uideantur. Sed quando utendũ, aut non sit narratione, consilij est. neq; enim, si nota res est, nec si dubium sit quid gestum sit, narrari oportet: nec si aduersarius narrauit, nisi si refellemus, ne illa quæ suspicionem & crimen efficient, contraq; nos erunt, acriter persequamur, et quicquid poterit, detrahamus. Fiet autẽ narratio breuis, si uerbum nullum redundet: & cum tantum uerborum est, quantum necesse est. Erit autem perspicua, si uerbis usitatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabimus. Sequitur, ut causa ponatur: in quo uidendum est, quid in controuersiam ueniat: tunc suggerenda sunt firmamenta causæ coniunctè, & infirman=

infirmandis contrarijs, et tuis cõfirmandis. nanque una in causis ratio quædam est eius orationis, quæ ad probandam argumentationem ualet: ea autem & confirmationem & reprehensionem quærit. Sed quia neq; reprehendi, quæ contrà dicuntur, possunt, nisi tua cõfirmes: neq; hæc confirmari, nisi illa refellas: idcirco hæc, & natura, & utilitate, & tractatione coniuncta sunt. Omnia uerò concludenda plerunque rebus augendis, uel inflammando iudice, uel mitigando: omniaq; cùm superioribus orationis locis, tum maximè extremo, ad mentes iudicum permouendas, et ad utilitatem nostrã uocandas conferenda sunt. Cum uerò omnis ex re atq; uerbis constet oratio: neq; uerba sedem habere poßint, si rem subtraxeris: neq; res lumen, si uerba semoueris: cũ de rebus hactenus, earumq; serie dictũ sit, ad uerborum elocutionem iam nostra conuertetur oratio: quæ in hoc posita est, ut latinè, ut planè, ut ornatè, ut ad id quodcunq; agetur, aptè dicamus. Sed illa duo superiora linquamus, quæ cognitionem habent facilem. neq; enim conandũ est, docere eum dicere, qui loqui nesciat: nec sperandum, qui latinè non poßit, hunc ornatè esse dicturum: neq; uerò qui non dicat quod intelligamus, hunc posse quod miremur dicere, & ad ornatum uerborum deueniamus. Cum igitur om-

nis oratio conficiatur ex uerbis, eorum primùm nobis ratio simpliciter uidenda est, deinde coniunctè. nam est quidã ornatus orationis, qui ex singulis uerbis est: alius, qui ex continuatis, coniunctisq; cõstat. Ergo utemur uerbis aut ijs quæ propria sunt, et certa quasi uocabula rerum, pene unà nata cum rebus ipsis: aut ijs quæ transferuntur, & quasi alieno in loco collocantur: aut ijs quæ nouamus, & facimus ipsi. In proprijs est igitur uerbis ea laus oratoris, ut abiecta atque obsoleta fugiat: lectis atq; illustribus utatur, in quibus plenum quiddam ac sonans inesse uideatur. Sed in hoc uerborum genere propriorũ delectus est quidam habendus: atq; is aurium quodam iudicio ponderandus: in quo consuetudo etiam bene loquendi ualet plurimum. Quoniam uerò in proprijs uitium tantummodo uitamus, in quo nõ magna est laus oratoris, quid ipse ædificet, & in quo adiungat artem, id esse à nobis quærendum atq; explicãdum uidetur. Tria sunt igitur, quæ in uerbo simplici orator afferat ad illustrandã atq; exornandã orationẽ: aut inusitatum uerbum, aut nouatum, aut translatum. quia uerò inusitata, prisca ferè, ac uetusta, & ab usu quotidiani sermonis iam diu intermissa, poetarumq; licentiæ liberiora, quàm oratorum, sed quæ tamen propter antiquitatem habent aliquando

quando in oratione dignitatem, ut proles, soboles, effari, nuncupari, opinabar, rebar, in proprijs sunt, de ijs nihil dico. Ita duo omnino remanent simplicium uerborum genera, quæ afferãt splendorẽ orationi, nouatorũ scilicet, & translatorum. Nouantur autem uerba, quæ ab eo qui dicit, ipso gignuntur, ac fiunt uel coniungendis uerbis, ut uersutiloquus: uel sine coniunctione, ut incuruescere. Proximus ille modus trãsferendi uerbi latè patet, quẽ necessitas genuit, inopia coacta & angustijs: pòst aũt delectatio, iucũditasq́; celebrauit. Nam ut uestis frigoris depellendi causa primò reperta, pòst adhiberi cœpta est ad ornamentum etiam corporis, et dignitatem: sic uerbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis. Nam gemmare uites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt. quod enim declarari uix uerbo proprio potest, id translato quum est dictum illustrat, id quod intelligi uolumus, eius rei, quam alieno uerbo posuimus, similitudo. Ergo hæ trãslationes, quasi mutuationes sunt, cum quod non habeas, aliunde sumas: illæ autem, quæ non inopiam indicant, sed orationi splẽdoris aliquid accersunt, delectant maximè, cum uerbum similitudine quadam in alieno loco tanquam in suo positum agnoscitur. quod si nullam habet similitudinem

tudinem cum eo, repudiatur. Quamobrem ea transferri oportet, quæ aut clariorem faciunt rem: ut concionum procellas, eloquētiæ flumen. aut quæ rem totam siue facti alicuius, siue consilij magis significent: ut illa, incensum ira, inflammatum cupiditate, lapsum errore. aut breuitatis causa, ut illud pro Milone: Magnum fuit Miloni conficere illam pestem. non potuerunt breuius proprijs uerbis tot scelera exponi, quàm sunt uno significata translato. Qua in re fugienda est dissimilitudo, ne cœli ingentes fornices dicamus: quū nulla sit in sphæra fornicis similitudo. Deinde uidendum est, ne longè simile sit ductum. nam libentius scopulum, quàm syrtim matrimonij dixerim: uoraginem bonorum potius, quàm Charybdim. facilius enim ad ea quæ uisa, quàm ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur. Summa uerò laus est uerbi transferendi, ut sensum feriat id quod translatū sit. Quare fugienda est omnis turpitudo earum rerum, ad quas eorum animos qui audiunt, trahat similitudo. Nolo morte dici Africani castratā Rempublicam: nolo stercus curiæ dici Glauciam, quamuis sit simile. est enim in utroque deformis cogitatio similitudinis. Nolo præterea translatum esse maius, quàm res postulet, ut tempestas commessationis: aut minus, ut commessatio tem-

pestatis:

pestatis. aut angustius, quàm illud proprium, ac suum: ut, me adiri abnuto: melius esset ueto, prohibeo, absterreo. Atque etiam, si ueremur ne paulò durior translatio esse uideatur, molliēda est præposito sæpe uerbo. ut in M. Antoniū: Manendum mihi statuebā in uigilia quasi quadam consulari, ac senatoria. Etenim uerecunda esse debet translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse uideatur. Fit & aliud genus translationis non uno uerbo, ut superiora, sed pluribus continuatis, ut aliud dicatur, & aliud intelligatur. ut pro Rabirio perduellionis reo: Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos S. Titij afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarū uideres. in quo obscuritas fugienda est, ne ex allegoria fiat ænigma. Est & aliud genus, cum ornandi causa uerbum propriū proprio commutatur: ut, Cuncta Asia atque Græcia uestrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem coguntur, pro Asiaticis & Græcis. ex quo genere Martem communē, pro bello, in oratione pro Milone dixit Cicero: curiam pro senatu, campum pro comitijs, togam pro pace, arma ac tela pro bello: & uirtutes & uitia pro ipsis, in quibus illa sunt. ut, Insidiator superatus, ui uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est.

est. Huic sunt finitima illa minus ornata, sed tamen non ignoranda, cum intelligi uolumus aliquid aut ex parte totum, ut mucronem pro gladio: ut pro Ligario, Cuius latus mucro ille petebat? aut ex toto partem, ut ferrum pro gladio: ut Post reditum in senatu, Cum ferro & facibus tota urbe uolitantes. aut ex uno plures: ut, Romanus prælio uictor, pro Romanis. aut cum ex pluribus unum, ut pro Milone: Sed stulti sumus, qui Drusum, qui Africanũ, Pompeium, nosmetipsos cum Clodio comparamus: cum de seipso tantum modo loqueretur. Diximus de singulorum uerborum uirtute: sequitur uerborum continuatio, quæ duas res maximè, collocationẽ primũ, deinde modum quendam, formamq; desiderat. Collocationis est componere & struere uerba sic, ut ne'ue asper eorum concursus, ne'ue hiulcus sit: sed quodammodo coagmentatus & leuis, ut iunctam orationem efficiat, ut cohærentẽ, ut lenem, ut æquabiliter fluentem. Hoc assequemur, si uerba extrema cum consequentibus primis ita iungemus, ut ne'ue asperè occurrant, ne'ue uastius diducantur. Collationem subsequitur modus & forma uerborum: in quo illud est uel maximum uitium, quod uersus in oratione si efficitur coniunctione uerborum, uitium est: & tamen eam coniunctionem sicuti uersum numerose cadere,

& quadrare et perfici uolumus. Neq; quicquam est, quod magis oratorem ab imperito dicendi, ignaroq; distinguat, quàm quòd ille rudis incondité fundit quantum potest: & id quod dicit spiritu, non arte determinat. Orator autem sic alligat sententiam uerbis, ut eam numero quodam complectatur, et astricto, ut soluto: ut uerba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege uersuũ: neq; ita soluta, ut uagentur. Quamobrem illud est in primis efficiendum, ne fluat oratio, ne uagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius, ut membris distinguatur, ut cõuersiones habeat absolutas. Quare primi & postremi pedes sunt ratione quadam numerorum seruãdi: quia medij latêre possunt: modò ne circuitus ipse uerborum sit aut breuior, quàm aures expectent: aut longior, quàm uires atq; anima patiatur: sed in extremitate uariandi sunt pedes, ne aut animorũ iudicijs repudientur, aut aurium satietate. Atq; ideo horum pedum uicißitudines efficient, ut neque ij satientur, qui audient, fastidio similitudinis: nec nos id quod faciemus, dedita opera facere uideamur. Postquam uerò hæc omnia adhibuerimus, quæ à nobis dicta sunt de singulorum laude uerborum, de coniunctione, de numero, atque forma: tum est quasi luminibus distinguenda, & frequentanda omnis

oratio.

oratio sententiarum atque uerborum. Nam & commoratio una in re permultum mouet, & illustris explanatio: rerumq́; , quasi gerantur, sub aspectum penè subiectio, quæ & in exponenda re plurimùm ualet, & ad illustrandum id quod exponitur, & ad amplificandum, ut ijs qui audient, illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse uideatur. & huic contraria sæpe præcisio est, & plus ad intelligendum, quàm dixeris, significatio, & distinctè concisa breuitas, & extenuatio, & huic adiuncta illusio, & ab re non longa digreßio: in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus & concinnus esse debebit: propositioq́; , quid sis dicturus, & ab eo quod est dictum, seiunctio, & reditus ad propositum, & iteratio, & rationis apta conclusio: tum augendi, minuendi'ue causa ueritatis superlatio atque traiectio, & rogatio: atq; huic finitima, quasi percunctatio, expositioq́; sententiæ suæ: tum illa, quæ maximè quasi irrepit in hominũ mentes, alia dicentis ac significantis dißimulatio, quæ est periucunda, cum in oratione, non cõtentione, sed sermone tractatur: deindè dubitatio, tũ distributio, tum correctio, uel antè uel pòst quàm dixeris, uel cũ aliquid à te ipso reijcias. præmunitio est etiã, ad id quod aggrediare, et reiectio in alium: communicatio,

quæ

quæ est quasi cũ ijs ipsis, apud quos dicas, deliberatio, morum ac uitæ imitatio, uel in personis, uel sine illis, magnum quoddam ornamentũ orationis, & aptum ad animos cõciliandos uel maximè, sæpe autem etiam ad commouẽdos. Personarum *ficta inductio, uel grauissimum lumen augendi, descriptio, erroris inductio, & in hilaritatem impulsio, anteoccupatio: tum duo illa quæ maximè mouent, similitudo & exemplum, digestio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio: uox quædam libera, atq; etiam effrenatior augẽdi causa, iracundia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio breuis à proposito, non ut superior illa digressio, purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atq; execratio.* H*is ferè luminibus illustrant orationem sententiæ.* Orationis *autem ipsius tanquam armorum est, uel ad usum comminatio, & quasi petitio: uel ad uenustatem ipsam tractatio. nam & geminatio uerborum habet interdum uim, leporem aliàs, & paulum immutatum uerbum atq; deflexum: & eiusdẽ uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio, & in eadem uerba impetus & concursio, & adiunctio, & progressio, & eiusdẽ uerbi crebrius positi quædam distinctio, & reuocatio uerbi: & illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter: aut*

quæ paribus paria referuntur, aut quæ sunt inter se similia. Est etiam gradatio quædam, & conuersio, & uerborum concinna transgreßio, & contrarium & dissolutũ, & declinatio & reprehẽsio, & exclamatio & imminutio, & quod in multis casibus ponitur: & quod de singulis rebus propositis ductum, refertur ad singula: & ad propositum subiecta ratio, & item in distributis supposita ratio, & permißio: & rursum alia dubitatio, & improuisum quiddam: et dinumeratio, et alia correctio: et disputatio, et quod continuatum, & interruptũ: & imago, & sibi ipsi responsio: & immutatio, & disiũctio, et ordo, et relatio, et digreßio, et circunscriptio. Hæc sunt, uel horum similia, quæ sentẽtijs orationẽ, uerborumq; conformationibus illuminent. Sed quoniam duæ sunt partes orationis illustrandæ, ac totius eloquentiæ cumulandæ, quarum altera dici postulat ornatè, de qua diximus: altera aptè, hoc est, quod maximè deceat in oratione, de qua breuiter agendum uidetur, quanquã id quidem perspicuum est: non igitur omni causæ, nec auditori, neq; personæ, neque tempori congruit unum genus orationis. Nam & causæ capitis alium quendam uerborũ sonum requirunt: aliũ rerum priuatarum, atq; paruarum: & aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes: aliud

iudicia,

iudicia, aliud sermones: aliud consolatio, aliud obiurgatio: aliud disputatio, aliud historia desiderat. Refert etiam, *qui audiant, senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli, & quales ipsi quoq; oratores, qua sint ætate, honore, autoritate debet uideri. tempus pacis an belli, festinationis an ocij.* Itaq; *hoc loco nil aliud sanè est, quod præcipi posse uideatur, nisi ut figuram orationis plenioris, & tenuioris, & item illius mediocris, ad id quod agimus accommodatam deligamus, ut humilia subtiliter, magna grauiter, mediocria temperatè dicantur.* Ornamen*tis ijsdem uti ferè licebit aliàs contentius, aliàs summißius: omniq; in re posse quod deceat facere, artis & naturæ est: scire quid, quandoq; deceat, prudentiæ.* Sed *iam his breuiter explicatis, memoria nobis opus est, quam ijs qui exercere uoluerint, arte quadam loci sunt capiendi, & ea quæ memoria tenere uellēt, effingenda animo, atque in his locis collocanda: sic fore, ut ordinē rerum, locorum ordo conseruaret: res autem ipsas, rerum effigies notaret.* Ea *etenim maximè animis nostris effinguntur, quæ sunt à sensu tradita, atq; impressa: acerrimus autem ex omnibus nostris sensibus, est sensus uidendi.* Quare *facillimè animo teneri possunt ea, quæ perciperentur auribus, & cogitatione, si etiam oculorum cō-*

mendatione animis traderentur, ut res cæcas, et ab aspectus iudicio remotas, conformatio quædam, & imago & figura ita notaret, ut ea quæ cogitando cõplecti uix possemus, intuẽdo quasi teneremus. Quare hac exercitatione non eruenda memoria est, si est ulla naturalis: sed certè, si latet, euocanda est. Memoriam sequitur actio, ut tandẽ ad ultimã nostri sermonis partem perueniamus, quæ una Demosthenis testimonio in dicendo maximè dominatur: in qua primùm uocem moderari debemus, et aptè orationum formæ accommodare. Aliud enim uocis genus iracundia sibi assumit, acutum, incitatũ, crebrò incidens: aliud miseratio ac mœror, flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce: aliud metus, dimissum et hæsitans, et abiectum: aliud uis, contentum, uehemens, imminens, quadam incitatione grauitatis: aliud uoluptas, effusum, lene, tenerum, hilaratũ ac remissum: aliud molestia, sine cõmiseratione, graue quiddam, & uno pressu ac sono obductũ. Omnes autem hos uocis motus, subsequi debet gestus uniuersam rem et sententiam significatione declarans, laterum inflexione: manus autem minus arguta, digitis subsequens uerba, nõ exprimens: brachiũ procerius proiectũ, quasi quoddam telũ orationis: supplo sio pedis in contentionib. aut incipiẽdis, aut finiendis.

niendis. Sed in ore sunt omnia: in eo aũt ipso dominatus est omnis oculorum. Quare, ipsorum est magna moderatio. nam oris non est nimium mutanda species. Oculi sunt, quorum tum intentione, tum remißione, tum coniectu, tum bilaritate motus animorum significemus aptè cum genere ipso orationis. est enim actio, quasi sermo corporis, quo magis menti cõgruens esse debet. Oculos enim natura nobis ad motus animorum declarãdos dedit. Exposui breuiter, quas partes oratorẽ habere oporteat: eas uerò facilè cõsequemur diligentia, imitatione et exercitatione, sine quibus inanes erunt omnes à nobis suscepti labores.

PRAECEPTA ARTIS RHETORICAE SVMmatim de multis, ac Syntomata, à Iulio Seueriano collecta.

Forsitan me usurpatorem ardui operis, atque irriti laboris, Desideri, fateare, quòd hunc libellũ ad te de arte dicendi scriptum miserim: quum poßis aduertere, nihil me Rhetorum præceptis adiunxisse, sed quæ in ipsis sparsim legeram, in quasdam sermonis angustias coartasse. Denique si hæc quisquam digna æstimet, quæ in manus sumat, reperiet ea me de ueteribus perstrinxisse, quibus quotidie ad forensem campum adolescentia imbuta proludit: quorum si nota uis est, syluescentium uidelicet præceptorũ, uideri certè possum plura his ademisse, quàm addidisse. Namq; ueteres ita nobis præcepta reliquerunt, ut etiam sui nominis sempiternam memoriam propagarent. Ego non ullius famæ cupidus, sed immensi laboris molestiã considerans, certos tibi ad compendium gymnasij forensis tramites constitui, quos ad memoriam reparadã facili lectione percurreres. Animaduerti præterea (uideris quid cæ-

teri

teri sentiant) obesse dicentibus rhetoricæ artis nimiam disciplinam. Memento tamen, non ante tibi hæc esse compendia relegenda, quàm ingenium tuum Tulliana arte subegeris. Oratorijs *artibus nemo instrui potest, nisi cui ingenium, & frequens studium est. Primùm animi sit oportet quædam naturalis ad uidendas ediscendasq; res potentia, tum uox, latus, decor, ualetudo, frugalitas, laboris patientia. Necessaria deinde orationum frequens lectio est, quæ nos exemplo conformet: neque earum modò, sed & historiarum & carminum, ex quibus compositio dicendi non in totum trahenda est. Nam per lectiones sapientum præcepta noscuntur, sine quibus nihil subtile, neque magnificum cogitari potest. Iuris uerò ciuilis nec omittendum studium est, nec penitus appetendum. nam nec rudis esse debet orator: & si se multum iuris scientiæ dederit, plurimum de cultu orationis atque impetu amittet. Huic & ueteres oratores legendi sunt, & præsentes audiendi. Super hæc frequenter scribendum, agendum, & declamandum est. His enim rebus oratorum fiducia simul cum facundia comparatur. In cæteris ferè studijs uerum quæritur: finis autem oratoriæ artis est, uerisimilia dixisse, uel tantum contendisse, quantum res passa sit ad uictoriam. Proximè quærendum est, quo genere*

orationis uti debeat orator: Atticorum'ne nobis sequenda sit actio, qui breues astrictiq; & acres sunt, purè inter ipsas res aculeosq; uersantes, qui'que affectum ex occulto petunt: an imitanda nobis sit Asianorum licentia, qui uagi ac fusi, rapere potius affectibus, quàm disputationibus persuadere didicerunt. Sit tamen Romanus orator Asiatico presior, Attico copiosior. Ego uerò ipsum oratorem eligere arbitror, & probare genus orationis, quo magis capi suum iudicem senserit: aliter apud eum, quem latior delectabit oratio: aliter apud eum, quem astrictior: aliter apud superiorem, aliter apud uacuū, aliter apud districtum: nec sic in priuatis caussis, ubi semper iudices festinant, quemadmodum in publicis: nec sic in accusationibus, ut in patrocinijs. Maxima itaque ars erit, semper circumspicere, quid personæ, quid loco, quid tempori conueniat.

De disponendis criminibus.

Quidam à maximis criminibus ad leuissima gradum faciūt, aut à leuissimis ad maxima. Nos primùm æstimamus, actorē quasi membra quædam facere debere: ut separet quæ ad lubidinem, quæ ad auaritiam, quæ ad crudelitatem, aliud'ue, quod ad noxæ genus pertinet: aut si non genera criminum, tempora tamen discernat. Primò (ut-

puta)

puta) quæ ante militiam facta sunt, quæ in militia, quæ post militiam. aut seiũgat ea quæ ad priuatas causas, deinde ea quæ ad publicas pertinebunt, aliud'ue simile: ut Cicero, qui crimina Verris & in tempora & in genera diuisit. Nam pri*mus liber cõtinet, quæ ante Siciliensem præturã commisit: quatuor insequentes, ea quæ in prætura Siciliensi. tum in his ipsis, secundus ad priuatorum furta pertinet, tertius frumentariam rationẽ, quartus sacrilegia, quintus maiestatis crimina comprehendit.* Deinde *inter ipsa unius generis crimina, in primis magna ponito: quæ minima sunt, in mediũ congerantur: quæ maxima, ultimis partibus reseruabis. ut de graui crimine, quod à Cicerone in ultimam partem dilatum est. Ita iudicis animus & occupabitur, & ualidißima maximè memoriæ mandabit.* Hinc *est quòd Cicero pro Scauro, reprehendit aduersarij confusam criminationem. ait enim:* Et *quoniã congesta fuit accusatio, magis aceruo quodam criminum, non distinctione aliqua generum, & uarietate.*

De Principijs.

De *principijs nihil putaui dicendum: quandoquidem ad ea quæ arte seruãda sunt, natura duce sæpius peruenitur.*

De Narrationibus.

Narrationis certũ est tres esse uirtutes, ut dilucida sit, ut breuis, ut uerisimilis. Dilucida *fit, si apud nescientem narres, in qua intueberis initium, medium, & finem, ita ut ipsa narratio ordinem suum habeat. facile enim percipitur, ubi quod sequitur ex priore pendet.* Interdũ *aliqua suo loco memoriæ nostræ non occurrisse fingemus.* Breuis *fit, si circuncisis quibusdam superfluis, sola quæ necessaria sunt posueris.* Quæcun*que enim tibi mediocriter prosunt argumentis, uel disputationibus, perseuerabunt.* Verisimilis *ideo, ut credatur, & corporis robustißimi fuisse eum, à quo duos tresúe occisos uideri uolueris. adijcere etiam occasionem, quæ perficiundæ rei fuerit: ut dicas, dormientes oppressos.* Personas *uerò nominibus, quibus notißimæ sunt, nuncupabis: si hoc parum est, etiam aliquas notas adijcies, ut* Scipio Africanus, *ut* Annibal Pœnus, *& similia.* Nunquam *narrationem, nisi perfectam, reliqueris: sed ubi iudicẽ minus intellexisse perspexeris, nunquam ei tarditatem ingenij obieceris: sed in te culpam retorque, quòd parum dixeris.* Vbi *longior narratio est, quo sit dilucida magis, admonere iudicẽ debes quid exposueris, uel quid expositurus sis: ut,* Dixi de me, *dicam de aduersario.* Neq; *alienum est, ubi lõgior fuerit expositio*

positio uel narratio, extremam ita finire, ut admoneas quæcunq; dixeris. Verba autem narrationis ex media cōsuetudine esse debent. simplex sermo, etsi uicina compositio in expositionibus plus mora nocet, nec loquentis personas narrationibus inseras.

Minuitur præterea offensa longioris orationis, si te prætermittere aliqua simulaueris. In aliquibus post quæstiones ponenda narratio est, in aliquibus in ultimo. Nam pro natura causarum narratio uariatur: nec semper debet orator ueterum se præceptis addicere, sed scire debet incidere nouam materiam, quæ noui aliquid postulet. Narrari pro eo non expedit, qui omnia quæ ab accusatore dicuntur, tantummodo negat: nec ibi se fuisse. talis causa Syllæ fuit, negantis sibi quicquam cum Catilina conuenisse contra Rēp. Tales ferè sunt ambitus caussæ, & Repetundarum: in quibus unum rei patrocinium est, se nullas dedisse uel accepisse pecunias. Superuacua narratio est, ubi nota res est, de qua ambigitur: ut nihil stultius sit, quàm si apud scientes narres. Alterum genus est, in quo utriq; æquè superuacua narratio est: ubi quod facit quæstionē, abundè propositione indagari potest, etiamsi ignotum est. Nec aliquam narrationem à Cicerone admissam putemus, nisi pro natura causarum.

Edebat

Edebat enim non solum patrocinia causarū, sed & exempla dicendi. Euenit ut antè sit respōdendum, quàm sit ponenda ratio. ut pro Milone. *Incidunt causæ, in quibus quòd summā habet quæstionis, magna ex parte tractandum sit: & sic sit ponenda narratio, ut prouocare nō uel * ut pro* Habito. *In narrationibus res exponimus, probamus argumētatione. Narratio, insinuatio est totius causæ, quemadmodū facta est. expositio uerò, quæ non de causa nascitur: ut,* Est *honesto genere natus, splendidè magistratum gesßit. nō potest uideri narratio, sed expositio alicuius rei, quæ causam adiuuat: nec dat quæstioni materiā, sed pro argumento ponitur, uel inter argumēta.*

De disponendis Argumentis.

Litigatores quidē instruunt argumentis aduocatos. Artis patronorum est, ut hæc disponāt, figurent, ordinent, augeāt, ut his affectus intermisceant. In primis uideto, quæ ex ijs sint ualentia, uel quæ infirmiora sint argumenta. nam quæ erunt ualentia, longiori oratione non prosequimur, ne aut dubitare de his uideamur: aut plura dicendo, ponamus aliquid, aduersum quod dispu tari poßit. Namq; *in argumentis infirmioribus uersatur* Oratorius *labor. qualia sunt,* Occidisti *hominem: cruentam enim uestem habuisti. hæc uerisimilia sunt, nō utiq; uera: quæ uarijs sunt attollenda*

tollenda rationibus, quæ tractatu fiunt potẽtia. Præterea in potestate sua habere debet Orator, ut & causam maximã breuiter peroret: & paruulam diu extendat. sed quũ breuiter dicendum erit, argumenta tantũ ponet, sine ullis ornamentis. Cum autem dicere diu uoluerit, omne argumentum ornatius exequetur. Cum plura erunt argumẽta, à ualidis incipies: inualidiora desines: medium imbecillioribus replebis. Vtputa, ualidum argumentũ est, Inimicus: mediocre, ebrius: ualidißimum est, In rixa hominem occidit. Si unum ualidum argumentum est, & unum friuolum, à ualido incipies, friuolum prosequêris: rursum ualidum repetes. Argumentatio illa melior & fidelior uideri potest, quæ obscuratur, cum aliquibus partibus causa laborat. utilius ordinem quæstionum confundimus, quas ex toto tractare non expedit. Scias, nunquam confitenda esse quæ nocent: interdum non neganda. quòd Cicero pro Milone sequutus uideri potest. nam interfectum ab eo Clodium neq; negauit, neque fassus est. Non negauit, quia sic confessus est, tanquam occidisset: fassus non est, quia inscio eo dixit à seruis occisum, cum hi dominum interemptum arbitrarentur.

Præterea utilius existimo, disputationem ad speciem paucarum rerum & formarum conuertere:

tere, easq; astruere & exaggerare. Potius est e-*nim plures res in unam cogere, q̃ unam in plures diuidere.* In omni *materia quærendũ puto, quid sit quòd maximè nos foueat, aut urgeat. huc e-nim uires suas conferre debet* Orator,*ut q, maxi mè nos premit, frangat. Sicut tamẽ genus caussæ quiddã cõtra nos recipit ualentißimũ, sic pro no bis omnis caussa aliquid ualẽtius habere debet.*

De propositione aduersarij.

Responsurus *autem aduersario, primùm id quod ille posuerit, uerbis infirmioribus pronunciato: quæ uerò incredibilia uisa fuerint, aut imbecilla, ita uniuersa ponentur, sicuti ab aduersario dicta sunt. ut est illud, Bostarẽ igitur quendã dixit* Norensem, *fugiẽtem è Sardinia Scauri aduentum. & infrà addit, etiam augendi criminis causa, prius illum sepultum, quàm huic cœnam esse sublatam.* Euenit *ut propositionem aduersarij uerbis nostris ultra fidem extollentes, incredibilem faciamus. item, propositioni aduersarij si natura sui incredibilis fuerit, cum quodam impetu animi, ac ridicula admiratione respondebimus. ut est illud: Septingenta millia passuum biduo cursa sunt. & respondet:* O *rem incredibilem, ò cupiditatem inconsideratam, ò nuncium uolucrem. & infrà:* Roma *trans alpes biduò ueniunt, ò hominẽ fortunatum, qui eiusmodi*

modi nuncios, seu potius pegasos habeat. Proposito eo quod aduersarius dixerit, respondebimus duobus modis: aut non esse id, aut non ideo nos uinci debere. Propositis quib. responsuri sumus, quaerendum nobis erit, an inter se comparata repugnantia sint, ut suis armis corruant. ut Cicero de Antonio: Auunculum suum sceleratum esse fatebatur: poena affectũ querebatur. Itẽ pro Caelio: Cur aut tam familiaris fuisti, ut aurum cõmodares: aut tam inimicus, ut uenenum timeres? Similiter pro Gallo, ubi accusator pecunias obiecit. ibi enim dum singula inter se comparat, alterum altero Tullius diluit. Item, ultimum erit docere, quod aduersarius dixerit, etiam pro nobis esse. ut, pro Milone Cicero: quòd lex promulgata de quaestione fuisset, quàm pro se esse ostendit. Argumentis uerò omnib. aduersarij respondere non est necessarium. finem enim non habebit oratio: & satis erit propositionibus repugnasse. His sanè argumẽtis respondendũ erit, quib. crũt Iudices cõmouẽdi: sin uerò aduersariũ suis argumẽtis confutare nequiueris, alijs rationib. quod posuerit cõuellito. De uitijs argumẽtorum, quae aduersarij malè posuerint, plenè à Tullio insinuatum est.

De Statibus.

Status tres sunt, ubi quod à te factum obijcitur, negas. Cõiectura est, ubi quod à te factum fate-

fateris, & negas eam uim nominis habere quam aduersarius criminatur. Finis est, si neq; de facto, neq; de nomine ambigitur. sed si iure factū contendis, qualitas nominatur.

De Coniectura.

In coniecturalibus causis hinc argumenta sumuntur: à personis, causis, facultatibus, uerisimilibus, signis. Signum causam aut antecedit, aut in eadem est, aut sequitur. Item proferuntur auditiones, suspiciones, spolia, quæstiones, indices, fama uel opiniones, & multa similia, quæ rerū uarietas sumministrat. A' persona, ut Cicero pro Cluentio: *Cum esset, inquit, egens, sumptuosus, audax, callidus, perfidiosus, ad omnem maliciam & fraudem uersare mentem suam cœpit. A' causa: Satis'ne igitur cernitis, quibus ille mercedibus, quibus emolumentis, quibus præmijs incitatus, &c. A' facultatibus, ut* Tullius: *Seruos agresteis & barbaros, quibus syluas publicas depopulatus erat, ex* Apenino *deduxerat: & reliqua. A' uerisimili:* Quid, *quod caput est audaciæ, iudices, quis ignorat maximā illecebram esse peccandi, impunitatis spem? & reliqua. A' signis, quæ causam antecedunt, instrumentum, iter, & similia. Simul sunt, pugna, clamor, & similia.* Sequuntur, *ut in ueneficio, liuor & tumor: in cæde, uulnus & sanguis.* Auditiones, *ut* Tullius:

Vos

Vos ex M. Fauonio audistis, Clodiũ sibi dixisse: & auditis, uiuo Clodio, periturum Milonẽ. Post diem tertium gesta res est, quam dixerat: cum ille non dubitarit aperire quid cogitarit, uos potestis dubitare quid fecerit? Suspiciones, ut pro Scauro: Quæ quidem suspicio ualuit, etiam ob hanc causam, quòd cum agerent parentalia Norenses, & reliqua. Spolia, ut est illud: Ille deos, deorũ spolijs ornare noluit: Hic ornamenta Mineruæ Virginis in meretriciam domum transtulit, & similia. Quæstiones, ut est: Cum igitur de furto quæreretur, & de eo furto quod ille sine controuersia fecerat: cum ille de eo quod non quærebatur, uerbum nullum fecit: de ueneno statim dixit, & reliqua. Indices, cum iudici offeruntur, uel certè ut est: Venit index ad Pineam matrem, neq; obscurus, neq; incertus. Fama, uel opinio, ut Cicero: Opinio fuit duplex: una non abhorrens à statu, naturaq; rerum, & rei. Argumentorum omnium enumerationẽ aduertite studiosam uideri: quandoquidem in his plus ingenij uis dominetur, arsq; ipsa magis à natura profecta dicatur. sed nec quisquam æstimet argumentum his numeris præfinitum, siquidem tanta esse possunt, quanta orator intento acriter ingenio reperire ualuerit: non tamen omne genus causarũ omnia argumẽta habet. nã quid opus est illic

de causa disputare, ubi non apparet: aut de persona aduersarij aliquid dicere, quum integra sit.

De Fine.

In finitiuo statu quaeritur, ut, an sit imminuta maiestas? nam primus locus accusatoris est, quũ de ui nominis quaeritur, ut generalis eius sit definitio, breuis, aperta, & ex opinione hominũ ducta, hoc modo: Maiestatem minuere, est de dignitate aut potestate populi Romani aliquid derogare. quae definitio ut uera probetur, multis argumentis, aut rebus, uel exẽplis similibus confirmabitur. Post speciatim factum eius qui accusatur describendo subiungere, ut id quod reũ fecisse arguis, simile sit ei quod supra definieris. Ergo generalis definitio erit: Maiestatem minuere, est de dignitate aut potestate populi Ro. aliquid derogare. Species criminis erit, ostẽdere quid aduersarius specialiter fecerit, uel dixerit, ut probetur maiestas imminuta. Post loco communi confirmare, per quem facti atrocitas cum indignatione augetur. Defensoris autem locus est, aduersarij definitionem prius infirmare, si falsa ex opinione hominum, aut moribus monstrabitur. Post, suam definitionem, ac si ueram, ponere: quae multa argumentatione, & exemplis, similibus, confirmabitur. deinde, suscepti factum ab ipsa definitione dissimile esse ostẽdere:

post

pòst, locum cõmunem subijcere, per quẽ indignabimur: accusatorem, non res solum, sed & uerba, in periculum innocentis conuertere. Sic Cicero pro Quintio, aduersarij definitionem ex opinione hominum reprehendit: si qui unũ aliquem fundũ quauis ratione poßideat, ipsum autem dominum patiatur cætera prædia tenere, is, inquit, ut opinor, prædium, nõ bona uideatur alterius poßidere. & ponit definitionẽ suã: Quid est, inquit, poßidere? nimirum in posseßione esse earum rerum, quæ possunt eo tempore poßideri. Probat Næuium non bona, sed prædium possedisse: Cum domus erat, inquit, Romæ, serui in ipsa Gallia, priuata Publij Quinti prædia, quæ nunquã ausus es poßidere. et colligit: Quòd si bona Quintij poßideres, poßidere omni eo iure deberes. At, si factũ aduersarij tutò definire nequiueris, & uerborum tuorum laqueos infirmare posse conspexeris, rem ipsam tanquam indignam, iudici demonstrabis.

De Qualitate.

In qualitate per coniecturam quæritur, quale sit: hoc est, utrum iure factum sit, an iniuria?

De Affectibus.

Rarò affectus narrationibus interponuntur, quia non nisi grauium causarum sunt: sed ubi inferi possunt, magnum pondus rebus accommo-

dant. Cum uerò aliquem affectũ, hoc est, aut inuidiam, aut misericordiam, uel quid simile commouemus, formam uel speciem narrationis excedere non debemus: sed affectus qui in narratione latebit, eadem explicita reddendus erit, atque exequendus. Euenit ut sit narratio, quæ inter se locos communes partiatur, quos etiam affectus uocamus: qui non erunt in ultimum, hoc est, post narrationẽ differendi. Sed hæc narratio grauissimi criminis erit, in qua cum se primum affectus obtulerint, statim interponendi sunt. Neque enim possunt simul omnes post narrationem reddi: ut est, Prædonum dux Heracleo repentè præter spem classem pulcherrimam populi Romani, quum primum inuesperasceret, inflammari incẽdiq; iussit. ac mox interponit affectum: O' tẽpus miserum atq; acerbum provinciæ Siciliæ, O' casum illum multis innocentibus calamitosum. Ad narrationem redit: Affertur, inquit, nocte intempesta grauis huiusce mali nuncius Syracusas. Rursum, dum narrat excedit. Quo neq; Atheniensium, inquit, gloriosissimæ classes cum mari plurimum poterant, & reliqua. Rursum, ad narrationem redit: Eo'ne, inquit, pirata penetrabit, quò simulatq; adisset, non modò à latere, sed & à tergo, magnam partem urbis relinquebat. Rursum excedit: Siculos'ne milites, ara-

torum ne liberos, quorum patres tantum labore suo frumenti exararant, ut populo Romano totiq; Italiæ sufficeret? Et item aliter excedit: & spectaculum miserum atq; acerrimum, ludibrio esse urbis gloriam. Ad narrationem redit: Posteaquam è portu, inquit, piratæ non metu aliquo adfecti, sed satietate exierunt, & reliqua. Pleriq; nuda argumenta posuerunt, affectus uerò perorationibus, hoc est epilogis reseruarũt. Scire autem nos debemus, affectus qui ex quæstionibus nascuntur, statim ut propositioni responsuri sumus, esse reddendos. alibi enim quàm ubi nati sunt, interponi, uel augeri non possunt. ut est: Ad uadimonium non uenit Quintius. Et statim interponit affectum, antequam quæstioni respõdeat: Si res ista, inquit, grauißima sua sponte uideretur, tamen neceßitudinis nomine leuaret, & reliqua talia sunt. Affectus autem qui de omni causa nascuntur, perorationibus reseruabuntur. Omnis penè argumentatio, moralem disputationem recipit: sed non omnis affectũ. Moralis argumentatio, de natura hominum, uel morum cõsuetudine ducitur. ut Cicero: Hic ego dubitem in eam disputationem ingredi, quæ ducatur ex natura hominum, atq; omnium sensibus, & omnia quæ sequuntur. Ergo, sicut argumentatio illa melior erit, quæ moralis fuerit: sic per-

orationes affectus fiunt meliores. Cicero sanè per omnem orationem, affectum inserit. Nam *odio Clodij iudices turbat, euersurũ fuisse remp. sed prius Milone, qui obstabat, occiso. Affectus nanq; hi sunt, ira, odium, misericordia, liuor, metus, spes. odium, siue ira, ex antè actæ uitæ facinoribus colligitur: quorum commemoratio ad hoc fit in iudicio, non ut exinde nasci causa uideatur, sed ut odiosa uita hominis comprobetur. ut* Cicero, *qui flagitia* Clodij *superioris uitæ retexuit:* Cuius *nefandum, inquit, adulterium in puluinaribus, sanctißimæ fœminæ comprehenderunt, eum: cuius supplicio senatus solemnes religiones expiandas sæpe censuit: eum, quem cum sorore germana nefandum stuprum fecisse, & quæ sequuntur. Iram cum odio, quum multa crimina congerimus, ut* Cicero: Non *furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ, & reliqua, quòd in principijs sæpius irritatur. Misericordiã mouemus, si ab ijs nos impugnari dicimus, quorum auxilio tuti esse deberemus: ut* Cicero *pro* Oppio. *Vel quum alicuius calamitates commemoramus: quùm magnitudinem periculi ostendimus, sicuti pro Cornelio Cicero. Liuorem autem simul cum odio, ut Caluus in* Vatinium, *quum dicit:* Hominem *nostræ ciuitatis audacißimũ, de factione diuitem, sordidũ,*

male-

maledicum accuso. nam & diuitiæ de factione quæsitæ, interpositæ sunt, ut his iudices inuiderent. Metum facere Cicero tentat in Verrem, quum ait: Quis hoc non perspicit, præclarè nobiscum actum iri, si populus Romanus istius unius supplicio contemptus fuerit? & quæ sequuntur. Non est, inquit, in hoc peccandi locus iudices. Confirmat enim alijs iudicibus dãnari Verrem, & senatum iudicandi potestatem amissurũ. Ad spem redit in eodem loco: Adduxi enim hominem, in quo reconciliarem existimationem iudiciorum amißam: redire in gratiam cum populo Romano, satisfacere exteris nationibus posse tis. de quo si uerè ac religiosè iudicaueritis, auctoritas ea quæ in uobis remanere debet, hærebit. Contrà dicenda erũt, ne specie miserationis, ne ira deducantur à fide, aut de odio. Vt Cicero pro Cœlio, quum dicit, in quondam odiũ sit iniustum uocatus. Vel de liuore, agere tanquã apud maleuolos: de timore, loqui tanquam apud timidos: de spe, quum uana spe solicitare iudices uelint. Affectus sibi aliquotiens uicini sunt: ut, cum misericordia mouetur, statim & odiũ concitatur. aut ubi utrunq; non est, alterum tamen commouetur: aut liuore excitatur, si tamen appareat: aut spe animus iudicis solicitabitur: qui tamen affectus certam sedem non habent. nam

per totam orationem ſpargendi ſunt. Cicero miſericordiam mouet, quum ait: Patres ij quos uidetis, iacebant in limine, matresq́; miſeræ pernoctabant ad hoſtium carceris. Ad iram redit, cum ſubijcit: Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorq́; ſociorum. Item, ad miſericordiam redit: Non uitã liberûm, ſed mortis celeritatem precio redimere cogebantur parẽtes. Rurſum odium mouet: Lætaris tu in omniũ gemitu, & triumphas. Metum quoq; miſcet: Quò confugient ſocij? Affectus tunc maiorẽ gratiam habent, ſi ex ijs moueant, quæ iam probata ſunt. Affectus ex his trahitur: à re, à perſona, à loco, à cauſa, à tempore, à ſignis, à facultatibus, à toto ad partes, à partibus ad totum, à contrario, à minori ad maius, à maiori ad minus, à ſimili, et à barbaris gẽtibus, & à beſtijs & in animalib. ducitur, & de cæteris locis unde & argumenta ſumuntur. Nec te moueat, quòd hinc & argumẽta duci ſuprà retulerim: ſiquidẽ illa omnino circũſtantia, unde ad conuincendum reum argumenta ſumuntur: inde etiam poſtquã crimen prouocaueris, affectus cõmouentur. Ante omnia illud cõſiderandum eſt, ut quum aliqua res natura ſui grauis fuerit, ipſa tantũ ſola, inuidiã moueamus ne aliquas rationes alias adferendo, res, quæ per ſe grauis eſt, dubia uideatur: quæ nonnunquã ſola re-

la repetitione augetur. ut illud est: Matrẽ tuam cæcidisti. repeto affectum, quum irascendum dico ei qui hominem occidit. A' persona, dum queror magis, esse iugulatum. A' causa, dum officio in Romano populo uincitur. A' loco, quũ dico, in foro. A' tempore, quum dico, luce, palàm. A' signis, ut Cicero: Te prætore Siculi milites palmarum stirpibus, piratæ Siculo frumẽto alebantur. A' toto ad partes: Inuidia facta est, Remp. uniuersam petis. & ad partes descendit: Templa deorum immortalium, tecta urbis, uitã omnium ciuium, Italiam totam, ad exitium & uastitatem uocas. A' parte ad totũ: Vbi unus, puta, ciuis læsus, tota respublica læsa dicatur, ut est: Non tu hoc loco Gauiũ, non unum hominẽ nescio quem, sed communem libertatem in crucem egisti. A' facultatibus: Cleomenes huius libidini nec aduersari poterat, nec audebat: erat enim prætor, qui maximam habebat potestatem. Inde Tullius traxit inuidiam. à contrario misericordiam mouet Cicero, quum dicit: Forteis & animosos, & se acriter ipsos morti offerentes seruari cupimus: eorumq; nos miseret, qui nostrã misericordiam requirunt. Item à contrario: Si qui deos colant, laudantur, sacrilegi puniendi sunt. A' pari: Qui parentes contemnit, & deos negligit. A' consequenti: Qui semel deliquit, semper maiora cona

tur. A *repugnanti, ut Cicero de Antonio: Auunculum suum sceleratum esse fatebatur, pœna adfectum querebatur.* A *minori ad maius: Serui mehercule mei, si me isto pacto metuerent, quo te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris?* A *maiore ad minus: Quò neq; Atheniensium gloriosissimæ classes, cum mari plurimū poterant, bellis sæpe conatæ, nunquam aspirare potuerunt, eó ne te prætore, pirata penetrauit?* A *simili: Eryphilam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut quum uidisset monile, ut opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa, salutem uiri proderet: similis est, inquit, istius cupiditas.* A *barbaris gentibus: Si tu apud Persas, aut extrema India deprehensus Verres ad supplicium ducerere, quid aliud clamares, nisi te ciuem esse Romanum? & tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros in extremis atq; ultimis gentibus positos, & reliqua. Item à bestijs & inanimalibus. Vt Cicero: Deniq; si non ad homines, uerùm ad bestias, aut etiam (ut longius progrediar) si in aliqua desertissima solitudine, ad saxa & ad scopulos hæc conqueri ac deplorare uellem, tamen omnia muta, atque inanimalia tanta tam indigna rerum acerbitate mouerētur. Affectus hactenus crescunt, ut quum eum qui sit*

cæ-

cæsus, occisum: qui sit improbus, latronem nominemus. si extollendum aliquid fuerit, ampliora uerba ponenda sunt cum ipsis nominibus. ut Cicero: Non *furem, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ: nō sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumq́;: nō sicarium, sed crudelißimum carnificem ciuium sociorumq́;, in uestrum iudicium adduximus. Item crescit affectus, ut quum unum crimen sit sententiæ, hic uerba unum significantia, aceruo quodam congeruntur. ut est: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus mucro ille petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?* Ergo *alibi congeries multorum criminum enumeratio est, hic unius, uerbis facta multiplicatio. Similiter, aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terror que sociorum & ciuium* Romanorum, *lictor Sestius. Affectus tanto plus ualet, quanto uerbis firmioribus extollitur. In argumentis enim enucleata diligentia, in affectibus grandiloquium quæritur. Sunt etiam alij loci communes, qui magis ad causam ex periculi magnitudine, non ex causæ genere ducuntur: quæ tamen non re per totam caussam, sed in omne genus caussæ incidunt. Citò tamen principijs aptantur, ut mi-*

seri-

sericordiam captent: quum aut aduersariorum calumnias, factiones, solitudinem suscepti, uel cætera eius infortunia memoramus. ut pro Vareno: Amici deficiunt, cognati deserunt. Et rei aut accusatorum calumniam prodimus, ut in eodem loco: In inimicißima ciuitate urgent, instant, insequuntur: studio, multitudine, pecunia, periurio pugnant. Contrà species minuendi hæc est: ut eũ qui pulsauit, tetigisse: qui uulnerauit, læsisse dicamus. ut Cicero: Vulnus quod acu punctum uideretur: Item, uxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse. nanq; affectus nisi uim animi habeat, nullus est: nec proderit inuentus. ut Cicero de eodẽ: Vt dolere, ut flere, ut ardere uideamur.

De Epilogis.

Epilogos de omni causa reperies, & maximè quæ misericordiam mouere posse conspexeris: qui tamen erunt breues, nec diu prosequẽdi. nam lachrymis comparati sunt, quibus nihil citius arescit. Scire autem debes, in omnib. ferè officijs caput esse artis, decere quòd facias. Horum præterea natura præceptorum est, ut etiam obesse uideantur, si medioctiter nota sint: quæ tunc infinitum proderunt, si animo frequenti usu sculpta permanserint.

FINIS.

ORATORIARVM EXPLICA-
tionum præcipua capita.

Libri primi.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

De

CAPITA LIBRI TERTII.

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGES, & leges: prior numerus paginam, secundus uersum significat.

1.11 *Galeno usurpata* 2.2 *rei proprietates* 2.22 *ut multis* 8.6 *adiunctione* 11.25 *eloquentia* 14.3 *partim ciuilis* 24.3 *collocationē* 43.20 *Huc etiam referuntur* 100.1 *Ciceronis legitur* 102.26 *illis* Romani 109.8 *nouamus* 118.25 *impudenter* 119.20 *atq; exuperantia* 120.25 *Sin alios* 121.6 *mutis rebus* 121.25 *coniunctis quæro* 124.17 *si uerba mutaris* 126.3 *ita poscat* 141.13 *& deinceps, distinctiones omnes in eo exemplo sunt perturbatæ. Sic igitur erunt distinguenda, petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido* 143.19 *quàm uanitate* 144.21 *lib. 2. de* Orat. 155.17 *hac instru.* 155. *in textu uersu* 3. *germana literaturæ* 164.7 *hic requirūtur* 175.7 *præ nobis* 178.8 *maiestatem* 184.25 *cōtraria sunt* 199.16 *percepta est* 213.1 *ad fidem* 214.2 *iacit* 215.22 *uitatur* 217.22 *& 23 ex eo indicta causa* 218.3 *quanquam* 230.6 *Præparatio* 231.2 *& rerum.* Verba, *&c.* 234.13. *ducta* 250.1 *quam rei.*Rationē, *&c.* 259.7 *nō si quid* 277.24 *orationis partibus* 279.9 *in* Oratore 282.17 *hæc sumēda sunt* 296.12 *indicat:* 309.25

nie

ERRATA.

uitantur & 26. Hanc litem, sine, per 312.26 rationem propositam 338.27 quam spem 348.26 iussum. 349.8 debeatur 151.2 profectã 354.16 ut definitioni 359.11 in angustum 381. uoluptatis & doloris 385 ut Cornificius li. 4. scribit. & 20. (id quod 392.21 quam unum redundat.

FINIS.

BASILEAE, EX OFFICINA
Ioannis Oporini, Anno Salutis humanæ
M. D. L V I. *Mense Septembri.*